SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

OPERA OMNIA

QUÆ EXTANT


VEL

QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR.

VOLUMEN QUARTUM

Complectens omnia, quæ post Editionem Parisiensem anni MDCXCVIII. ad hanc diem prodierunt.

TOMUS TERTIUS.



PATAVII, MDCCLXXVII.

EX TYPOGRAPHIA SEMINARII,

Apud JOANNEM MANFRE'.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

IN UNIVERSA
QUÆ IV. HOC VOLUMINE CONTINENTUR
PRÆFATIO.



Actenus in Latina Operum D. Athanasii Interpretatione excudenda Editionem a Monachis Benedict. adornatam, ac Parif. An. MDCXCVIII. evulgatam fideliter in omnibus sequuti sumus. Atque in hoc quidem ita nobis nihil licere existimavimus, ut ipsas etiam *Emendationes*, quas illi absoluto jam Operi apposuerunt, suis locis insertas exhiberi noluerimus; ut nostra hæc Volumina legentibus illud etiam appareat, quid Illi primum, quid postea cogitaverint, & ne Viris doctissimis eam laudem quodammodo eriperemus, quæ ex posterioribus curis (quæ sapientiores esse solent) proficiscitur. Cum vero ex quo eadem Editio feliciſſime absoluta fuit ad nostram usque ætatem per industrios Antiquitatis indagatores non pauca S. Doctoris monumenta e Bibliothecarum tenebris eruta in lucem venerint, plurima vero ad ejus scripta ac gesta illustranda, ac majus in lumen collocanda ab eruditissimis viris subinde fuerint elucubrata; ideo nos, qui in id studium omne ac diligentiam impendimus, ut nostra hæc & exacte omnino elaborata, &, quantum in nobis est, numeris omnibus absoluta prodeat, quæcumque post ea tempora Magni Athanasii scripta, & ἀποσπασμάτια vulgata sunt, accuratissime collegimus, & in unum quasi corpus congessimus; ex Eruditorum autem Opusculis ac Dissertationibus ea tantummodo selegimus, quæ & magis necessaria, & gratiora legentibus judicavimus, ne si omnia coacervaremus, & levioribus locus esset, & Volumen ipsum in nimiam magnitudinem excresceret. Neque vero hujusmodi S. Athanasii Monumentorum, quæ typis nostris commisimus, collectionis laudem nobis tributam volumus; iis enim jure optimo debetur, quorum doctrina & consilio id præstitimus. Ea vero laus, ac gloria propria in primis est JO: HIERONYMI GRADONICI Archiepiscopi Utinensis, qui ad Ecclesiasticæ dignitatis amplitudinem in hoc præcipue studiorum sacrorum genere singularem quandam, & exquisitam eruditionem adjungit. In hujus etiam societatem venit Congregationis Oratorii Presbyter, Andreas Galland, qui, quantum studio, doctrina, Criticæ Artis peritia, ac rerum Ecclesiasticarum cognitione præstet, Nova Patrum Bibliotheca ab ipso Venetiis edita satis luculenter ostendit. In iis vero, quæ Horum consilio collegimus non eum ordinem sequuti sumus, quem in sua ad Rerum Sacrarum, præcipue SS. Patrum Studiosos Admonitione anno proxime elapso edita Typographus noster indicavit; neque enim ad id fide obstrictos nos duximus; & cum hic ordo ex libero cujusque arbitratu potius pendeat, quam ex rerum ipsarum convenientia, eum demum prætulimus, qui magis arrisit. Quid igitur a nobis præstitum fuerit, breviter indicemus, ac singula, quæ postremo hoc Volumine comprehensa sunt, sub unum quasi conspectum (quod munus eorum est qui præfantur) subjiciamus.

I. Principem itaque locum XXII. Animadversionibus * in D. Athanasii vitam & scripta attribuimus, quas statim excipiet Diatriba de causa Marcelli Ancyrani: egregium utrumque opus præstantissimi P. Montfauconii, quo nemo in excutiendis & illustrandis D. Athanasii operibus, ac rebus ad ejus vitam & scripta pertinentibus impensius ac felicius insudavit. Atque in priore quidem cum nonnulla in Parisiensi Editione in transcursu agitata accuratius, ut ipse fatetur, excussit; tum præcipue Cl. Tillemontium strenue refellit, ubicumque Ille aut in gestorum recensione, aut in temporum supputatione sibi adversatur. In posteriore vero rem in Ecclesiastica Historia perobscuram, & ab eruditis magna animorum contentione in utramque partem agitatam, de Marcelli nempe Ancyrani doctrina, disquirendam aggreditur, eaque affert, ex quibus nova Marcellianis rebus lux oboriatur, ut sin minus in omnibus, in multis saltem quæstionis admodum implicatæ difficultas enodetur.

II. Neque minus obscura, atque difficilis quæstio est de anno, quo D. Athanasius tantorum laborum pro Ecclesiæ utilitate exantlatorum præmia recepturus e vivis excessit. Ut enim de iis taceam, qui ejus interitum ad An. 375. referendum pu-

* Animadversionibus tamen præmisimus Cl. Montfauconii Præfationem; iisque subnexuimus ex Præfatione ejusdem in Cosmæ Ægyptii Topographiam Christianam Caput VI. De Epistolis Festalibus Athanasii, quæ in decimo Cosmæ libro exstant.

putant, nonnulli magni nominis Scriptores, & Chronographi Sanctissimum Patriarcham An. 371. decessisse arbitrantur: contra vero Ecclesiasticorum Annalium Parens Baronius pro An. 372. acriter pugnat: maxima tandem Eruditorum pars insequente An. nempe 373. eundem obiisse contendit. Postrema hæc opinio cum jam vulgo recepta esset, totius Antiquitatis peritissimus Vir Justus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus Historiam Litterariam Aquilejensem conscribens, ut certo statueret quo anno Rufinus, & Melania in Ægyptum venere (eodem autem anno venisse constat, quo D. Athanasii interitus contigit) quæstionem de anno emortuali S. Doctoris iterum ad examen revocavit peculiari Dissertatione ad calcem Historiæ Litterariæ Aquilejensis adjecta. In ea Vir & ingenio & eruditione summus multa, eaque gravia ex omni ferme antiquitate testimonia congerit, quibus Baronii calculos longe accuratissimos cæteris fideliores ostendat. Gratum igitur Lectoribus nos facturos putavimus, si post Animadversiones ac Diatribam Cl. Montfauconii hanc quoque Dissertationem adjungeremus, ut in re adeo in ancipiti posita, pro qua summa ingenia haud segniter inter se decertarunt, quid ad veritatem accedere propius videretur, clarius dispicere ac dignoscere possent. Hæc nimirum solummodo ex Eruditorum lucubrationibus ad scripta, gesta, obitumque Athanasii spectantibus nobis seligere visum est; de Cl. autem Scipionis Maffeii Animadversionibus in insigne Historiæ Ecclesiasticæ Sæc. IV. Fragmentum ab eo Veronæ repertum editumque paulo infra dicemus.

III. His in antecessum præmissis ad ipsius Athanasii Opera devenimus, quæ nunc primum collecta typis nostris evulgamus. Ex his, quæ primo loco occurrunt, quæque secundo supra vigesimum numero censentur, e Bibliothecarum latebris primus eduxit, ac publici juris fecit Cl. Montfauconius, duobus contra Novatianos Fragmentis exceptis, decimo octavo numero comprehensis, quæ ex Codice LVIII. Bibliothecæ Collegii Novi Oxoniensium prodierunt cura, ac diligentia Jo: Christophori Wolfii *. Insignis siquidem ille Benedictinæ familiæ Monachus, atque indefessus Antiquitatis pervestigator lustratis, excussisque summa cura ac studio Galliæ, & Italiæ Bibliothecis quotquot ad manum venerunt Codices evolvit, ut si qua adhuc laterent Athanasii scripta in lucem emitteret; tantique laboris ac sollertiæ fructus fuere quæ supra innuimus Opera. Ac Fragmentum quidem ex Sermone de Fide in Coisliniana Bibliotheca edidit, reliqua vero in nova Patrum, & Scriptorum Græcorum Collectione. Neque vero omnia ut genuinos Sanctissimi Antistitis fœtus venditat, de pluribus tamen nihil esse ambigendum statuit. Quid vero de illis sentiendum sit, ex ejusdem Præfatione potius, & ex Monitis singulis Operibus præfixis, quam ex nobis ediscendum. Nihil enim pro ea, qua pollebat, eruditione ac doctrina prætermisit, quod ad rectam eorum intelligentiam atque judicium necessarium videretur.

IV. Inter Athanasiana vero, quæ collegimus, Scripta suum etiam habere locum putavimus Monumenta aliquot Ecclesiastica a Cl. Maffejo in lucem emissa tum Tom. III. Opusculorum, quibus titulus *Osservazioni Letterarie*, tum in fine ejus Operis, quod inscripsit *Storia Teologica*. Non omnia quidem a Magno Athanasio conscripta sunt, sed duæ tantum Epistolæ, quarum altera ad Mareoticas Ecclesias missa fuit, ad Clerum altera Alexandrinum ac Parembolam. Verum com ex illis quoque, quæ Athanasium auctorem non jactant, non pauca ejusdem vitam ac scripta propius attingant, nullum duximus omittendum. Ac primum quidem ex hisce Monumentis historicum quoddam fragmentum est ad Meletiani Schismatis primordia pertinens, in quo duas habemus Epistolas perraras eorum temporum reliquias, quæ Nicænam Synodum præcesserunt. Sequitur deinde Sardicensis Concilii ad Mareoticas Ecclesias Epistola, itemque D. Athanasii duæ, quas paulo ante commemoravimus. Ac Sardicensis quidem Concilii Epistola eo magis summo in pretio, atque honore habenda est, quod, ut recte animadvertit Cl. Maffejus, licet multæ ab eodem conscriptæ fuerint, paucæ admodum injuria temporum ad nos pervenerunt; ex priore vero D. Athanasii, etsi in ea subscriptiones fœde alicubi depravatæ appareant, Episcopalium tamen aliquot Ecclesiarum nomina ediscimus, quas apud sacros Geographos frustra requiras; nonnulla etiam Virorum, ac Locorum nomina nondum emendata rectæ lectioni restituuntur, ex posteriore demum præcipuarum in Historia Ecclesiastica gestarum rerum veritas evidentius demonstratur, firmiusque stabilitur. Hujusmodi tres Epistolas Historia Acephala consequitur

ad

* Vid. ejusdem Præf. ad Tom. III. Anecd. Græc.

ad Athanasium potissimum, ac res Alexandrinas pertinens, in qua nonnullæ rerum περιστάσεις prius ignotæ afferuntur, quædam explicantur enucleatius, quædam etiam aliter enarrantur, singula vero temporibus exacte prorsus distincta sunt; quæ utinam amanuensium incuria non vitiasset! Verum quod est notatu præcipue dignum, annus est emortualis S. Athanasii, quem, si hujus Historiæ Scriptori habenda est fides, An. 373. decessisse comperimus; ex quo celeberrimi Montfauconii, cæterorumque hac de re sententiæ non parum roboris ac firmitatis accedit. Qui vero pleniorem de istis Ecclesiasticis Monumentis cognitionem desiderat, is legat, quas simul edendas curavimus, Cl. Scipionis Maffeii in eadem Animadversiones, seu potius Commentaria, in quibus omnia pro mira ingenii sui felicitate sagaciter evolvit, & exquisitæ eruditionis luce perfundit, quin etiam obiter aliqua Eruditorum errata castigat.


V. Extat Tom. I. pag. 34. Catalogi Codicum Manuscriptorum Bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ, quem diligentissimus æque ac eruditissimus Vir Ang. Mar. Bandinius Florentiæ edidit An. 1764.; extat, inquam, interpretatio Tituli Psal. 77. quæ Magni Athanasii nomen præsefert. Desumpta est ex Plut. V. Cod. XIV. in quo habetur Catena quorundam Patrum in Psalmos, cumque ipsa ab edita * Tituli ejusdem Psalmi interpretatione differat, ne quid videamur omittere, placet hoc loco ejus versionem nunc primum proferre. *Psalmus 77. Intellectus Asaph. Refert in hoc Psalmo quæ in libris Exodi, Numerorum, & Deuteronomii narrantur, Psalmum vero canit novo populo, admonens ut legi Evangelicæ attendat. Cum autem veterem Judæorum populum tanquam insipientem accuset, qui beneficia nulla gratiarum actione rependerit, nosque excitet ad intelligentiam eorum, quæ afferuntur, ideo* Intellectus *titulum præposuit*.

VI. Reliquum tandem est, ut de Interpretatione Psalmorum, sive Libro de titulis Psalmorum, quem ut genuinum D. Athanasii Opus edidit Nicolaus Antonellus Romæ An. MDCCXLVI. quique licet postremam, maximam tamen hujusce Voluminis partem conficiet, pauca dicamus. Librum itaque de titulis Psalmorum a Sanctissimo Doctore fuisse conscriptum nos dubitare non sinit D. Hieronymus de Script. Eccles. cap. 87. S. Athanasii Librum interpretationis Psalmorum Synodus quoque II. Nicæna commemorat act. 6. Fragmenta quædam Athanasiana Expositionum in Psalmos latina interpretatione donaverat Politianus; quædam etiam Daniel Barbarus, & Balthassar Corderius in Catenis Patrum ad Psalmos protulerant; Petrus item Felckmannus ex Catena Nicetæ Heracleotæ fragmenta commentariorum Athanasii in Psalmos evulgaverat. Postea Monachorum Benedictinorum studio ac diligentia locupletiores in Psalmos Expositiones D. Athanasii prodierunt, & quamquam inscriptionem non satis commode Libro de titulis Psalmorum ab Hieronymo laudato convenire ultro fateatur Montfauconius, eas tamen genuinum S. Doctoris fœtum asseverat. Verum enimvero non defuerunt Viri Eruditi, qui re attentius explorata easdem Magno Athanasio abjudicarunt. Tandem quod Cl. Montfauconius in Præfatione ad Opera S. Athanasii ab se in nova Patrum Collectione evulgata persuasum sibi esse affirmaverat, nimirum præter ea, quæ tunc temporis in vulgus primum mittebat S. Doctoris scripta, alia insuper inedita delitescere, eruditus Vir Nicolaus Antonellus inter manu exaratos Bibliothecæ Barberinorum Codices Expositionem Psalmorum, sive Librum de titulis Psalmorum, quo de agimus, feliciter detexit. Id germanum esse D. Athanasii opus omnino non ambigit, idemque esse ac Librum de titulis Psalmorum a D. Hieronymo recensitum. Quod ut sibi persuadeat duorum doctissimorum Virorum Andreæ Scotthi, & Lucæ Holstenii auctoritate præcipue movetur; multa præterea, eaque non levia argumenta affert, quibus idipsum manifeste evincat; quædam etiam, quæ in contrariam partem objici possent, ingeniose non minus, quam erudite refellit. Legenda omnino ejusdem Præfatio, quam Operi a se edito præmisit, ubi rem totam docte admodum, ac fusiori stylo persequitur. Utra istarum in Psalmos Interpretationum Athanasio tribuenda sit, eane, quam Benedictini Monachi, an vero quam Antonellus detexit, definire ipsi nos non audemus: litem hanc Eruditorum judicio dirimendam relinquimus. De hoc uno, quod ad nos attinet, admonendus est Lector, post editum nempe ab Antonello Psalmorum Commentarium Athanasii nomine insignitum in Bibliotheca Vaticana repertum fuisse Codicem inter Palatinos n. 44. in quo Psalmi, idemque Commentarium continebatur, unde Ille plurimas Variantes lectiones, ac sup-

* Tom. II. pag. 1140. Edit. Paris. an. 1698. hujusce nostræ p. 451.

fupplementa depromfit, eaque omnia addita latina Interpretatione Appendicis loco fuæ Editioni adjecit. Ut igitur labor ac tædium Lectori imminueretur, Variantium lectionum, & Additamentorum interpretationem fuis locis inferuimus, Codicis tantum adjecto nomine, vel ut plurimum nulla Codicis mentione facta, fi quafdam Variantes Textus Pfalmorum lectiones excipias, quas perfpicuitatis gratia Vaticani, vel Palatini Codicis nomine indicavimus. Neque vero verba fingula ab Antonello in Appendice adfcripta retulimus, fed ea duntaxat, quibus conftat lectionis varietas; quin ipfam interpretationem omifimus, quotiefcumque alteram ab altera minime differre deprehendimus. Hæc nos de D. Athanafio loquuti, fummam tandem laudem Nicolao Antonello deberi certe fatemur, cujus doctrina cum ex omni eruditionis genere florefceret, fuit etiam Sancti hujus Doctoris Operibus fortunatiffima. Ille quidem ampliffimam Dignitatem confequutus Romanæ Purpuræ fplendorem auxit; editis vero luculentiffimis Operibus fui nominis immortalitati confuluit. Nos, quam Viro huic honoris gratique animi fignificationem debemus, eam non aliter explebimus, quam ea fubjiciendo quæ ipfe fcripfit, quæque Chriftophanus Amadutius earum litterarum, quas Romæ profitetur, Græcarum fcilicet, fcientiffimus Cl. Joanni Lamio a. d. VI. Cal. Octob. An. MDCCLXVII. per Epiftolam commemoravit *. Hæc igitur nos præmonuimus; hæc illa funt, quibus noftra hæc D. Athanafii Operum Editio præ cæteris, quæ ad hanc diem prodierunt, aucta & locupletata publicæ luci fe fe committit; quæ fi Eruditorum fuffragio, ut nobis pollicemur, comprobabitur, majora etiam, quæ animo volvimus, in pofterum aggrediemur.

* Qui nient' altro v' è di nuovo, che abbia di letterario, fe non che la perdita pur troppo funefta alla più colta letteratura, che facemmo Giovedì notte all' ore 6. del più dotto Cardinale che ornaffe ora il Sacro Collegio, l' Eminentiffimo Sig. Card. *Niccolò Antonelli*, morto in età d' anni 69., involatoci in poche ore da una gagliardiffima infiammazione. L' Interpretazione Greca de' Salmi di S. *Atanafio*, le Opere Armene di S. *Jacopo Nifibeno*. quella e quefte da lui tradotte in Latino, ed illuftrate con Prefazione e con Note; l' antico *Meffale Romano Monaftico Lateranenfe* illuftrato da Lui con Note e Differtazioni; le *Ragioni della Santa Sede fopra Parma e Piacenza*; la Differtazione fopra il titolo di S. *Evarifto*, e l' altra fulla Commemorazione del Romano Pontefice da farfi dagli Orientali nel Sacrificio della Meffa; e finalmente un nuovo Compendio della Somma di S. *Tommafo* ftampato ultimamente in *Propaganda* per ufo degli Alunni di quel Collegio, lo diftingueranno fempre per un egregio Letterato, e per un degniffimo Cardinale.



ELEN-

E L E N C H U S

Eorum quæ in hoc Volumine continentur.


P R Æ L I M I N A R I A.

D I A T R I B A

De causa Marcelli Ancyrani.

ELENCHUS

Operum Athanasii quæ nunc primum *collecta* eduntur.



PRÆ-

PRÆFATIO

IN OPERA S. ATHANASII

quæ nunc primum *collecta* publicantur.



QUI a primis adolescentiæ annis ad decursam usque ætatem, frangendis tum calamo tum opera hæreticorum conatibus & consiliis strenue advigilavit, Athanasius; qui totis sex & quadraginta annis Alexandrinæ Ecclesiæ præsul, non plebis modo regimini, sed etiam sovendæ per orbem rei Catholicæ totus incubuit; infinita prope scripserit necesse est. Nam quanta putas edidisse contra hæreticos, nec tantum illos qui sua ætate ingenti numero prorupere, Arianos, Pneumatomachos, Photinianos, Dimœritas, Apollinaristas; sed etiam eos, qui pridem exorti, sanæ fidei oppugnandæ nondum finem secerant, Manichæos, Novatianos, Marcionistas? Quot epistolas ejusdem fidei causa ultro citroque missas penes se habuit, qui de rebus solum Sardicensis synodi quadringentorum Episcoporum literas ad se missas, servare se testificatur: quibus ἀμοιβαίας remisisse, silente licet Athanasio, indubitatum videtur? Quot homilias ad populum edidit ille, dum præsens Alexandriæ consideret, itemque dum profugus per otium solitudinis, populos ad pietatem & rectam fidem, missis literis, informaret? Non mirum ergo si nova in dies prodeant S. Doctoris opuscula: ac etiamsi, lustratis Galliæ & Italiæ Bibliothecis, summa cura studioque quotquot ad manum venerunt Codices evolverim, ut Athanasii ἀνέκδοτα eruerem, publicique juris facerem, bene multa adhuc latere nihil ambigo, eruditosque, nec sine spe amplæ segetis, investigandi laborem adire peropto. Quamquam vero ad singula opera præviis Monitis, quid de quolibet sentiendum sit, aperuimus: libet ea quæ jam diximus paucis retractare, & quæ nobis δευτέραις φροντίσιν notitiæ accesserint, Lectori benevolo patefacere.

I. *De legatione Ecclesiæ Ancyranæ* ad Athanasium pro causa Marcelli, peculiari Diatriba pluribus infra agitur, ac eximii opusculi occasione, Marcelli causa pro virili expenditur.

II. *Sermo Major de Fide*, opus a Theodoreto laudatum, egregia est contra Arianos aliosque Athanasiani ævi hæreticos disceptatio: ubi syllogismis & dilemmatibus lucifugarum errores proterit & refellit S. Doctor. Et primo quidem cum Ariani deitatem Verbi minuentes, ἐλαττοῦντες, dicerent, Verbum esse rem factam & creatam; iis ille strenue obsistit, evincitque, non posse rem creatam esse eum, qui omnia creaverit, tam visibilia, quam invisibilia: nec vere dici posse omnia creasse Deum Verbum, si vel aliud quidpiam ab ipso non creatum, vel ipsum Verbum creatum esse reperiatur: hinc ipsum filii nomen proprietatemque, quominus sit creatus Filius officere: nam etsi multi filiorum Dei nomen nacti sint, quin vere & natura filii essent; non parem esse de Filio Dei rationem: etenim, ut alibi ait, ideo μονογενὴς, sive unigenitus ille dicitur, quod solus Filii rationem vere & proprie obtineat. Consequenter vero Arianos arguit, quod dicant Filium esse mutabilem: cum enim Pater natura sit immutabilis; Filius qui naturam & essentiam Patris accipit; alias enim non vere filius esset, natura immutabilis sit oportet. Quoniam autem Ariani, Scripturas ad libitum usurpantes, multa de Christo ut homine dicta, ad Verbi deitatem minuendam in medium adferebant, accuratissime Athanasius, quæ a Christo ut homine gesta sunt ab iis, quæ ab ipso ut Deo sunt edita distinguit & segregat. Nec minus illos adortus est, qui de incarnatione Verbi falsa proferebant, Dimœritas maxime aliosque, in quos ad Epictetum scribens invehitur. Quia enim nonnulli hoc Joannis dictum interpretantes, *Et Verbum caro factum est*, ita explicari volebant, ac si Verbum ipsum in carnem & ossa mutatum fuisset; eam ille opinionem ut insanam explodit, ac repetitis exemplis probe commonstrat, in usu esse ut ex aliquo extrinsecus adjuncto, dicatur homo, verbi gratia, tale quidpiam factus esse, quin naturam mutaverit. Cum autem ii, qui Verbum in carnem vere conversum fuisse dictitabant, humana opera, & ὡς ἴδια ipsi Verbo, ut Verbum erat, adscriberent; comprobat ille, non Verbo adscribi posse, quatenus scilicet Verbum & Deus est, quod postulet pro nobis, quod passum fuerit, &c. Licet autem Christi, ut Deus est, opera, ab iis quæ ut homo operatus est distingui velit, negat tamen Verbum umquam deseruisse quod semel adsumserat, adfirmatque corpus Christi incorruptum mansisse post mortem *propter Verbum inhabitans*, quod a corpore numquam discessit. Ex iis fortasse, quæ contra Dimœritas adferuntur, non abs re credatur, tunc ab Athanasio editum fuisse Sermonem majorem de Fide, cum jam Dimœritæ erumperent & blasphema dicta contra Christum efferrent, anno circiter 369. vel 370.

* III. Io Fragmento ex Sermone *de Fide* agit de jejunio.

IV. In Fragmento de *Paulo Samosateno*, ait Paulum Zenobiæ patrocinio nixum fuisse dum errores spargeret; sed nihil ipsi profuisse ejus patrocinium, nec obstitisse, quominus is ab Episcopis in Synodo coactis damnaretur.

V. *Fragmentum de Stephano Antiocheno*, est pars historiæ cujusdam ab Athanasio conscriptæ, ubi de conspiratione Stephani in Legatos Synodi Sardicensis Euphratem & Vincentium structa, quam in historia ad Monachos carptim tetigerat, pluribus agit ille, remque memorat accuratius.

VI. *Epistola ad Monachos*, brevissima licet, pulcherrimas de Arianorum consortio declinando præceptiones offert: nam quia multi Catholicorum erant, qui Arianorum conventibus interesse, cumiisque precari solebant, a tali consuetudine eos, qui rectæ fidei hærerent, absterrere conatur Athanasius. Qua de re vere auream ejus sententiam hic adponere libet. *Ne quid igitur tale contingat, id vobis in proposito sit, Dilecti, ut eos, qui palam impie sentiunt aversemini; eos autem qui se cum Aria non sentire putant, sed cum impiis tamen communicant, caveatis: nam quorum sententiam aversamur, eo-*

rum

rum maxime communionem fugere consentaneum est. Quod si quis dum rectam se fidem profiteri simulat, cum illis tamen communicare videtur, hunc hortamini ut a tali consuetudine abstineat: ac si quidem polliceatur, hunc fratris loco habeatis; sin proterve insistat, hujusmodi hominem repudiate.

VII. *Commentaria*, sive *Sermones Athanasii in Matthæum* exstitisse jam certo constat: quorum nos partem haud modicam ex Codicibus eruimus. Quia vero opus antiquissimum, Athanasii semper nomen prætulit, vere Athanasii esse opinamur. Licet autem Origenem, quem in Epistolis ad Serapionem purgare videtur, hic ἄθλιον vocet, hinc tamen nihil scrupuli exoritur: exploratum quippe est Origenem, quem Magistri loco in honore habebant Ariani, ab adversæ partis Scriptoribus temeritatis nomine culpatum fuisse: ac etsi Athanasius, dum ad confutandos Pneumatomachos ejus auctoritatem usurpat, illum, licet tamen frigide, excusare videatur, nihil tamen obest, quin expensis ejusdem lucubrationibus, ipsum alio loco & tempore insectetur; ut de Basilio Ancyrano a S. Doctore factum deprehendas.

Primo quidem occasione stellæ, quæ Magos ad præsepe duxit, egregie pugnat contra Genethliacos & Astrologos, qui actiones & vitam nostram astrorum motu regi dictitabant: unde id absurdi sequi commonstrat, neminem sceleris admissi causa culpandum; si astrorum motui vel fato humana gesta adscribantur: nam contra fatum & necessitatem, ut vulgo fertur, ne Jovis quidem pater pugnare valet. Quæ de novem Herodia morbis & ejus genealogia sub hæc leguntur, ex Josepho & Africano mutuatus Athanasius est: neque hac de re quidpiam jam dictis adjicere libet.

Job. 14. 4. Agit postea Athanasius contra hæreticos nonnullos, qui dictum illud Jobi, *Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei fuerit vita ejus*, de peccatis tenellorum infantium actualibus intelligi pugnabant. Quæ tanta insania forte videatur, vix ut credi posset, id opinionis alicui umquam hæsisse; nisi magistra rerum experientia doceret, in absurdissima quæque commenta prorumpere eos, qui arbitrio suo religionis capita definire audent. Horum itaque sententiam acriter depellit Athanasius: & quia existimabat ille sordes animi cujusque, de actuali tantum peccato proprie intelligi posse, de sordibus corporeis, quas ex utero matris contrahimus, Jobi dictum explicat S. Doctor, non quod inficietur singulos homines cum peccati originalis sordibus in lucem edi: eam quippe ille sententiam clarissime profitetur; sed cum hæretici illo Jobi loco nixi, actualia peccata in parvulis constituerent: ex adverso pugnans ille a sordibus animi ad corporeas maculas ejus loci interpretationem transfert. Quia vero locus ille Athanasii, initio & fine mutilus, non totam illius hac de re sententiam exprimit, abs re esset his explicandis diutius immorari, cum maxime peccati originalis doctrinam perspicue Athanasius, si quisquam alius, enuntiet. Sic p. 431. *Omnes itaque qui ex Adamo oriuntur, in iniquitatibus concipiuntur, in proavi sui damnationem collapsi:* & alibi multis in locis, quæ longum esset enumerare.

Singulare admodum est quod habet S. Doctor in hæc Matthæi verba, *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum*, &c. quod Athanasiani ævi conditioni adprime convenit. Ait quippe ille, dicti hujus explicationi insistens, Si Episcopus & Presbyter, qui sunt corporis Ecclesiæ oculi, vel si Diaconus, qui pro manu habetur, aut demum Minister, qui pes esse intelligitur, improbe versentur, & populo lapsus occasio sint; abjiciendos oportere ex Ecclesia, præstabiliusque esse abjectis illis conventus agere, quam cum ipsis damnationem incurrere: quæ res eo tempore non insolens erat. Nam Theodorus Oxyrinchi Episcopus ab Georgio Ariano ordinatus, a Clero & populo abjectus est. Ecclesiam vero deinde interposito temporis spatio regebant Presbyteri & Diaconi. Similiterque Georgius Alexandrinus a plebe pulsus narratur: aliosque multos perinde a populo eliminatos haud difficile esset recensere. Verum etsi Athanasius hæc monita dederit: cave sis putes licuisse populis Præsules suos, etsi sontes & improbos, indiscriminatim ex Ecclesia pellere: nam id muneris ad Synodos episcoporum spectabat. At cum illo ævo Arianorum Meletianorumque protervia omnia miscuisset, ac Ecclesiastica Synodaliaque statuta pessumdaret: cum venalia omnia conscelerati illi proponerent, Episcopos plerumque Ethnicos, Symoniacos, aliosque sexcentis sceleribus obnoxios cooptarent; tum scilicet cum nullum a Catholicis præsulibus subsidium sperari posset, oppressis nempe, in exsilio degentibus, sedeque motis; licitum populis erat Episcopos, qui luporum instar Ecclesias occupaverant, pellere si possent, & Ecclesiæ aditu arcere.

In illud, *Nolite judicare, ut non judicemini*, hæreticorum sui temporis consuetudinem carpit. *Hi namque*, sic ille, *per insanos atque perniciosos pœnitentiæ ritus pecuniæ quæstum aucupantes, ajunt non judicandum sive damnandum esse eum, qui peccata mortalia perpetrat; ait quippe Dominus*, Nolite judicare, ut non judicemini. *Quod si ita se res habet, ut adfirmant ipsi, Noe sane vir justus damnatus fuit, quod derisorem Chamum judicaverit & damnaverit, ut esset fratrum servus*. Nimirum illi pactione pecuniæ homines gravissimis peccatis obnoxios, pœnitentiæ legibus & satisfactione immunes dimittebant. Quod Arianis & Meletianis adprime convenit, qui Ecclesiasticos ritus pessumdabant, nihil non quæstus causa agere parati.

In illud, *Nolite sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*, hæc pulcre tradit Athanasius. *Quemadmodum enim si quis porcum e cœno eduxerit, id sibi porcus damno esse arbitratur; ita si quis libidinosum ex cœno voluptatis avertat, is temperantiæ consiliarium non amici, sed adversarii loco habet. Ne projiciamus ergo nostras incontaminatorum mysteriorum margaritas ante homines porcis similes. At dicet quispiam, Sacrorum participes esse volunt, & sunt tamen canes impudentes, & porci volutati in cœno voluptatis. Tu vero ne dederis: nam ægri quoque aquam postulant, sed medici vetant: Tyranni regiam purpuram expetunt, sed illius custodes, periculum suspicantes, non concedunt. Vide ergo tu quoque, Diacone, ne indignis purpuram impeccabilis corporis præbeas; ac rationi reddendæ, non secundum Romanas leges, sed secundum Domini dicta obnoxius sis.*

In hæc verba, *Propterea dico vobis, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, sed blasphemia in Spiritum non remittetur illis. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro:* eamdem compendio explicationem profert, quam in fine epistolæ IV. ad Serapi-

rapionem pluribus adduxerat; ita ut sententias prope iisdem verbis usurpet; ut vel inde hæc Commentaria certissime Athanasii esse pronuntiet, quisquis hæc accurate mutuo conferat. Hic ille Origenem, ut diximus, carpit, quod pœnarum finem aliquem in futuro sæculo præscripserit, & Novatum, quod pœnitentiam rejecerit. Cætera studioso lectori mittimus exploranda.

VIII. *Commentaria in Lucam*, ut in Monito diximus, vere Athanasium edidisse, ipsa res perspicue commonstrat; contra quam olim suspicabamur, videlicet fragmenta illa Athanasii in Lucam, quæ in Catenis cum manuscriptis tum editis circumferuntur, ex variis S. Doctoris, iisque jam amissis operibus excerpta fuisse. Etenim monuisse juvabit in Catenis manuscriptis, ubi non ex justis Commentariis, sed ex variis hinc inde operibus, interpretationes adferuntur, notare semper Catenarum Collectores ex tali vel tali opere exscriptam expositionem fuisse. Ad hæc vero, hic Lucæ versiculos ordine adfert & explicat Athanasius, quo perspicuum sit ipsum plenos in Lucam Commentarios dedisse, quorum hic aliquantulam partem publicam facimus.

Ipso in limine singulari modo cognationem B. Mariæ Virginis cum Elisabeta explanat Athanasius. *Cognatam autem*, ait, *sanctissimæ Virginis Elizabetam dixit Angelus; sive quia ex uno eodemque proavo Jacobo ortum ambæ ducebant; sive quia ante datam legem Aaron, qui ex Tribu Levi erat, Elizabetam uxorem accepit, filiam Aminadab & sororem Naasson, ex tribu Juda orti. Siquidem hic regia tribus Juda, ex qua sanctissima Virgo exorta est, sacerdotali tribui Levi conjuncta est, ex qua Elizabet erat.*

In sequentibus p. 19. contra Arianos agit qui dicto Lucæ, *Scimus te quis sis, sanctus Dei*, ad C. 4. 23.
Filii deitatem oppugnandam abutebantur. Hos sanctus Doctor strenue pro more suo refellit, eademque ipsa argumenta quæ in Epistola ad Episcopos Ægypti & Libyæ protulerat, sed hic paucioribus, in medium adducit. Tantaque est inter hæc loca similitudo, ut eamdem utrobique Athanasii manum nullo negotio internoscas.

Pulcre Athanasius binos status eorum qui in peccatis obeunt distinguit; aliorum qui salutis qui- P. 20.
dem aliquam sollicitudinem habent, sed præ segnitie, incuria, aut procrastinatione non omnia pietatis munia implent, aliorumque improbe versantium, qui in cœno voluptatis demerguntur, neque ullam Purgatorium.
habent conscientiæ curam. Prioribus ait, cognatorum & familiarium auxilium prodesse; videlicet eos suorum precibus bonisque operibus juvari: nam ii, inquit, *quæ defuncto deerant supplebunt*: ei autem, qui posteriori modo versatus est, *nullus omnino*, ait, *porriget manum: atque ita cum ipso agetur, ut neque ab uxore, neque a filiis, vel a fratribus, aut a cognatis & amicis juvetur: neque Deus illum ullatenus curabit.*

IX. *Homiliam in Canticum Canticorum*, ut spuriam dedimus, neminemque puto fore, qui ea de re controversiam moveat.

X. *Sermo de Patientia*, stylo quidem χυδαίῳ ac demissiore conscriptus est, neque tamen ideo Athanasio abjudicandus: imo vero postremæ Arianorum carnificinæ sub Constantio excitatæ, imaginem præfert: nam hic Episcopi sedibus pulsi, Virgines vexatæ, plebs Catholica exagitata & abducta fertur. Populum ergo ad patientiam cohortatur S. Doctor, monetque ut exemplo Martyrum, qui olim paribus, imo gravioribus, adfecti ærumnis fortiter se gesserant, inflictas calamitates alacriter subeant: in memoriam revocat illos olim sibi necessitudine conjunctos Præsules, Paphnutium scilicet & Potammonem, tacito tamen nomine, quibus pro fide Christi fuerat olim, imperante Maximino, oculus exsculptus. Quæ sane omnia operis γνησιότητα patrocinantur. Quod si styli ratio populare quidpiam ac demissum præferat; nihil mirum, quando infimam plebem, virgines, mulieres, viduas & parvulos alloquitur. Et aliunde fragmenta illa Epistolarum Festalium Athanasii, quarum sinceritas ne minimam suspicionem admittit, eodem prorsus sunt, nec limatiori styli genere conscripta. Cum autem Athanasius haud dubie pulsus & exsulans, hunc sermonem plebi suæ scriptum transmiserit, ἐγγράφως, neque præsens oraverit, hinc forte conjiciatur ipsum ex numero Festalium, ab Athanasio exsulante missarum, esse.

XI. *Homilia in Ramos Palmarum* parem cum Epistolis Festalibus consonantiam exhibet, atque adeo illam ut germanum Athanasii opus admittimus. Epistola alia Festalis in Ramos item Palmarum, sive εἰς τὰ βαΐα, scripta est, ut videas in Fragmentis a Cosma Ægyptio allatis inferius, pag. 42.

XII. *Opusculum in dictum Apostoli*, NOVI HOMINEM RAPTUM USQUE AD TERTIUM CŒLUM, ex vitiato linguæ Græcæ usu inter spuria ablegatur.

XIII. *Opusculi in dictum Apostoli*, DATUS EST MIHI STIMULUS CARNIS, pari [illegible] vitio laborat.

XIV. *Argumentum in Psalmos*, nihil non præfert Athanasio magno dignum, qui nonnulla ex Eusebii Commentariis mutuatus videtur.

XV. *Supplementa in Psalmos*, ex Manuscripto Ambrosiano recenti, ad fidem antiquioris Scorialensis exarato prodeunt. Nimirum ea quæ in Edito Athanasii nostro deerant, hic supplentur. Qua de re in Monito supplementis præfixo vide-sis.

XVI. *Fragmentum contra Macedonianos*, τὸ δριμὺ & τὸ ἀκριβὲς, id est, eam sermonis vim, quæ omnem superfluitatem resecet, exhibet: hæ vero sunt notæ & tesseræ styli Athanasiani, ut observat Photius in Bibliotheca. Ad hæc autem integram periodum adfert, qualis in Epistola ad Episcopos Ægypti & Libyæ legitur: ut nulla suboriri possit περὶ γνησιότητος disceptatio. Licet porro multa contra Pneumatomachos, sive Macedonianos scripserit Athanasius, in iis quæ supersunt operibus, eam hæresim ille, tacito semper Macedonii & Macedonianorum nomine refellit: hicque tantum illos nominatim perstringit.

XVII. *Fragmenta contra Novatianos*, ἀποσπασμάτια sunt insignis cujusdam contra eosdem hæreticos operis, quod in duos saltem libros distributum erat. Siquidem Novatianæ sectæ reliquias ad usque Athanasii ætatem devenisse, non semel in scriptis suis denotat S. Doctor. In tertio autem excerpto, ex eodem, ut videtur, opere desumto, hanc memoratu dignam sententiam effert Athanasius:

Confessio peccatorum. *Quemadmodum homo a Sacerdote baptizatus, Spiritus sancti gratia illuminatur; ita qui confitetur in pœnitentia, per Sacerdotem Christi gratia remissionem accipit.*

* XVIII. Accedunt in hac nostra editione *duo alia Fragmenta contra eosdem Novatianos*, quæ, ut duo superiora, ad Actus Apostolorum illustrandos in Catena MS. adferuntur.

XIX. *In Fragmento de Amuletis*, sive præstigiis, contra eos agit, qui instante morbo ad striges seu vetulas confugiebant: veneficarumque hujusmodi usum & consuetudinem paucis depingit.

XX. *Fragmenta alia*, variis ex locis excerpta, varii argumenti sunt. In secundo brevem & dilucidam mysterii S. Trinitatis explicationem adfert. In tertio ait, si Adamus in innocentia perstitisset, non naturali via & ordine, sed alio ignoto nobis ritu, propagandum fore genus humanum: quæ item fuit quorumdam veterum opinio. In quarto dicitur Africanum & Athanasium de Sepultura Domini pertractasse. In septimo fertur, Paulum vestimenta servantem, Stephanum Proto-Martyrem multorum manibus lapidasse, quod alii ab Athanasio fortasse mutuati postea usurparunt. In octavo observatur, Paulum, non dogmatis tradendi causa, sed ut tempori sese accommodaret, circumcidisse Timotheum.


XXI. *Brevis Expositio Fidei*, notas omnes Athanasiani ævi præfert: quippe cujus omnia dicta, ad repudiandam Arianorum & Pneumatomachorum hæresin concinnata sunt.

* XXII. *Fragmenta ex Epistolis Festalibus*, de quibus hæc habet Cosmas Indicopleusta in suo Opere, cui titulus *Christiana Topographia*, sive *Christianorum opinio de Mundo*: „ Animadverte mihi, „ quæso, quomodo magnus hic doctor circa figuram mundi nobiscum consonet; cum videlicet re- „ gnum cælorum, magnum & cæleste cœnaculum, quod omni creaturæ sufficiat, appellat: in eo- „ que præcursorem pro nobis ingressum dominum Christum prædicat, ac nos cum eo in secundo
Matth. 25. 21. „ adventu ingressuros clamat; atque illud, *Intra in gaudium Domini tui*, de cœnaculo illo, id est „ de cælo cæli, sive de regno cælorum, explicat: atque illud a constitutione mundi hominibus a „ Deo præparatum fuisse, atque Tabernaculum a Moyse structum figuram esse cælorum. „

* XXIII. *Frammento Insigne di Storia Ecclesiastica del quarto Secolo*. Cum in hoc Fragmento & in Cl. Scipionis Maffeji animadversionibus non solum scripta quædam S. Athanasii, verum etiam multa ad ejusdem vitam spectantia, & ad ea tempora illustranda, contineantur, operæ pretium putavimus tum fragmentum ipsum, tum etiam animadversiones ea lingua qua ab Auctore celeberrimo exarata fuerunt hoc loco apponere.

* XXV. *Interpretatio in Psalmos*. Vide Præfationem huic Interpretationi præfixam.

Hæc S. Athanasii *opusculis nunc primum collectis* præmittenda duximus. Tu vero, Lector erudite, vale & his fruere.



ANI-

ANIMADVERSIONES
IN VITAM ET SCRIPTA
S. ATHANASII.

PROOEMIUM.

Nova nec spernendæ Athanasii operum supellectili visum est observationes aliquot præmittere, quas per otium & diuturnam tractationem in Vitam & Scripta ejus adornavimus. Etsi enim iis edendis haud indiligentem pro facultate operam dederimus, nonnulla tamen in transcursu agitata, sub hæc δευτέρας φροντίδας accuratius excussimus: ex assiduo quippe usu nova in dies adsertur rebus jam tentatis accessio. Alia item intervenit his denuo manum admovendi causa. Tillemontius quippe in egregio ad historiam Ecclesiasticam opere, ut sæpissime nobis adstipulatur, ita nonnumquam in gestorum recensione & temporum computo aliam sectatur viam & sententiam oppugnat nostram; qui si auspicato rem aggressus esset, nobis uno veri studio permotis, ejus observationibus suffragium addere liberet, ubi quidem liceret. At cum editionem ille nostram vix sesquimense ante obitum nactus, diuturnoque morbo pressus, cum paulatim vires tum corporis tum animi deficerent, nec res sane perplexas & obscuras ea qua par erat diligentia expendere, nec si quid difficilius occurreret, aliorum comparatione locorum explanare, nec quod minus accurate positum erat posterioribus curis sarcire potuerit; nonnulla sunt cum in temporum calculo, tum in recensione gestorum, quæ minus assequutus videtur vir eruditus. Qui si tantumdem otii Athanasii scriptis evolvendis insumsisset, nostris sane accuratiora dedisset, omnibusque numeris absolutam narrationem adornasset.

ANIMADVERSIO I.

Num Athanasius a Martyribus institutus sit.

A Prima Athanasii adolescentis institutione initium quæstionum ducentes, in litem non ambiguam descendimus. Ex perspicuo namque S. Doct. testimonio, ipsum apud Martyres Christianæ disciplinæ tyrocinia posuisse diximus: atque ut spero sic stabit santentia. Tillemontius contra, Martyres ab Athanasio memoratos, ipsos esse Apostolos arbitratur, in quorum libris adolescens Athanasius Christi doctrinam hauserit: hosce magistros & doctores habuisse putat; non autem Martyres qui in Maximini carnificina cervices pro Christo dederunt. Ex uno Athanasii loco tota res penditur, ἐκεῖνα μὲν γὰρ, sic ille, διὰ θεολόγων ἀνδρῶν παρὰ θεοῦ ἐλαλήθησαν καὶ ἐγράφησαν· ἡμεῖς δὲ παρὰ τῶν αὐταῖς ἐντυγχανόντων θεσπεσίων διδασκάλων, οἳ καὶ μάρτυρες τῆς Χριστοῦ θεότητος γεγόνασι, μαθόντες μεταδίδομεν καὶ τῇ σῇ φιλομαθείᾳ· id est, *Illæ enim* (Scripturæ) *theologorum hominum ministerio a Deo prolatæ & scriptæ sunt: quarum sententiam cum a Magistris divino Spiritu afflatis, qui ipsas legerant, quique deitatis Christi Martyres effecti sunt didicerimus; eamdem tuæ sedulitati tradimus.* Hic sane mireris rem ita planam in controversiam vocari: aperte namque & sine ambage ulla ait, Scripturas quidem sacras de Verbi adventu & de doctrina Christi a Theologis viris, scilicet ab Apostolis & Euangelistis editas fuisse; se vero earum mentem a Magistris suis, qui Martyres Christi fuere, quique eas accurate perlegerant, edidicisse. De quibus item Magistris suis initio libri contra Gentes hæc testificatur: *Exstant quoque plurimi ea de re a beatis Magistris nostris conscripti libri, quos si quis legerit, Scripturarum interpretationem quodammodo intelliget, & eam, quam expetit, cognitionem consequi poterit. Verumtamen cum Magistrorum libros in manibus nunc non habeamus; necesse est ea, quæ ab illis didicimus, tibi patefacere & scribere.* Quia igitur Magistrorum libri non aderant, nec forte poterat res aliud in tempus prorogari, acceptam ab illis doctrinam, ut memoria tenebat, his in libris tradidit. *Till. Not. 3. Vie de S. Ath. — Ath. de Inc. p. 35. — Ath. contra gentes p. 1.*

Magistri vero a quibus institutus Athanasius est, alii ut liquet ab Apostolis & Euangelistis, ii haud dubie erant, qui Maximino grassante martyrio persuncti sunt: quibus accensendus Petrus Martyr, Alexandrinus Præsul, eximius divinusque doctrinæ Magister, θεῖόν τι χρῆμα διδασκάλων, ait Eusebius, ac studio peritiaque sacrarum literarum insignis. Et fortasse cum Magistros pluraliter memoret Athanasius, una cum Petro subindicat, Phileam Thmuitanum Episcopum doctrina conspicuum, qui scripto rem Christianam exornaverat. Et post diuturnas in carcere cum Petro moras, cervices dederat. Petro item haud dubie annumerandi sunt, οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι, Presbyteri Alexandrini, Faustus, Dius, Ammonius, qui in illa Maximini carnificina persuncti martyrio feruntur. Hi Doctores & Magistri Athanasii. *Euseb. Hist. l. 7. c. 32. l. 8. c. 13. l. 9. c. 6. l. 8. c. 10. l. 8. c. 13.*

Ex dictis porro liquet Rufini historiam de puerili lusu, quo Athanasius puer paris ætatis infantes ad oram maris, Alexandro Episcopo spectante, baptizavit, non posse cum vera putandi ratione consistere. Nam cum Petrus Martyr, an. 311. postquam annum egerat in carcere pro Christo necatus sit, Athanasius, qui anno ut tardius 310. sub ejus aliorumve Martyrum disciplina, penitioribus Christianæ doctrinæ mysteriis eruditus institutusque fuerit, tunc primam saltem adolescentiam ingressus sit oportet. Qui ergo potuerit sub Alexandro Præsule, id est tribus hinc annis elapsis, sive anno ut citius 313. quo cœpit Alexander, puerili hujusmodi lusui vacare, qui tunc novemdecimum ut minus ætatis annum, ex definito a nobis annorum calculo, inierat; ex Hermantii autem computo vigesimumtertium? *Rufin. l. 1. c. 14. — In vit. Ath. p. 1.*

ANIMADVERSIO II.

De titulo in Vitam Antonii, & num Athanasius aliquandiu cum Antonio in solitudine vixerit.

Athanas. p. 631. Tillemont. Not. 93. PRæit Prologo ad vitam Antonii titulus hujusmodi, βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου, συγγραφεὶς καὶ ἀποσταλεὶς πρὸς τοὺς ἐν τῇ ξένῃ μοναχοὺς παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας· id est, *Vita & conversatio S. P. nostri Antonii, scripta missaque ad Monachos in peregrina regione versantes, a S. P. nostro Athanasio episcopo Alexandriæ*. Hia probe Græca exprimuntur, ut nemo non videt. At Bollandus illud, πρὸς τοὺς ἐν τῇ ξένῃ μοναχοὺς, *ad Monachos in Xene degentes*, explicandum putat: ratus Xenem esse Monasterium quoddam, aut regionem circa Scethen proxime Ægyptum. Verum ad regionis, non vero Monasterii cujusdam, Monachos vitam Antonii missam Athanasius his testificatur, καὶ γὰρ ἤδη καὶ παρ' ὑμῖν λοιπὸν μοναστήρια, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν ὄνομα πολιτεύεται· hoc est, *Nam apud vos quoque demum Monasteria habentur, & Monachorum nomen frequentatur*: quod sane non de Monasterio quodam, sed de regione vel tractu, intelligere fas est. Ξένην vero regionem frustra quæras: atque hujusmodi voce peregrinum aliquem tractum indicari, cum res ipsa, tum titulus Evagrii qui, superstite adhuc Athanasio, Latinam vitæ Antonii versionem concinnavit, comprobat: sic ille habet, *Athanasius episcopus, ad peregrinos fratres*. Ea item Bollandi sententia, aliis mox adferendis Athanasii testimoniis obruitur. Hac quidem in re nobis adstipulatur Tillemontius: verum nescio quo permotus adjecerit, Non posse se ex Athanasii dictis expiscari, procul-ne an e vicino sita fuerit regio isthæc: ex Prologi quippe dictis liquet fuisse transmarinam: καὶ ὑμεῖς δὲ μὴ παύσησθε (sic ille) τοὺς ἐνθένδε πλέοντας ἐρωτᾷν, *Ne desinatis homines hinc ad vos navigantes percontari*; id est, ut gesta Antonii ediscatis; & inferius ait se festinanter vitam Antonii describere, quia vertente jam navigandi tempestate Tabellarius maturam discessionem pararet, ὁ καιρὸς τῶν πλωΐμων συνέκλειε. quo sane transmarinam fuisse regionem significatur. Nam ad navigationem Nili adverso flumine peragendam id referre, ut tentavit quidam, ἀπροσδιόνυσον est: siquidem ad superioris Ægypti Monachos, in montibus procul degentes, longe expeditior terrestris via erat, ut nemo nescit: & alioquin ad Monachos rerum Antonii ignaros hæc vita mittitur, quod de Ægyptiis vel finitimarum regionum Monachis, quis somniaverit? An auctor est Athanasius Palæstinis & finitimis Ægyptoque vicinis Monachis, ut nautas vectoresque ad oras suas appellentes percontentur, quis qualisve fuerit Antonius, qui in media Ægypto ad quintum supra centesimum annum vitam producens, tantam Monachorum populariumque frequentiam ex Syria, Palæstina, aliisque Orientis regionibus, ad sui spectaculum evocabat, ut testificantur Athanasius & Hieronymus? An Athanasius ne navi-
Hieron. in Vita Hilarionis. gandi tempestas efflueret, & opportunitas elaberetur, festinanter admodum, ut ait ille, vitam Antonii edidisset, si ad Syros vel Palæstinos aliosque vicinos Monachos transmittenda erat? Inde nobis exploratum omnino videtur, ad transmarinos & procul versantes Monachos missam Antonii vitam ab Athanasio fuisse, & ut conjectamus ad Occidentales, quod tamen non perinde certum. Hæc de titulo in fronte posito.

Tillemont. Not. 4. Jam ad locum Prologi, ubi veterum Codicum & editorum lectionem a nobis restitutam, respuit Tillemontius, & Hœschilianam pugnacissime defendit. Utque rem ab exordio ducamus: in antiquis omnibus Latinis editis, sub finem Prologi Athanasii ad vitam Antonii ex versinne Evagrii, hæc leguntur, *Ideo ea, quæ & ipse noveram: frequenter enim eum visitavi, & quæ ab eo didici, qui ad prabendam ei aquam non paululum temporis cum eo feci, dilectioni vestræ indicare properavi*. Hæc item lectio in omnibus Latinis exemplaribus manuscriptis, quæ ingenti numero vidi, quorumque non pauca ad hunc locum nominatim indicavi, ipsis verbis habetur: in uno tamen illius loco, *feci*, legitur, *fui*; in altero, *fueram*, eadem prorsus sententia. Vitam Antonii Græce prior edidit David Hœschelius, an. 1611. ex vitiato Exemplari expressam, ut videre licet ab innumeris mendis, quas in editione Athanasii nostra notavimus: ubi nonnumquam hiatus decem duodecimve linearum deprehendas. Ibi vero sic legitur, διὰ τοῦτο ἅπερ αὐτός τε γινώσκω, πολλάκις γὰρ αὐτὸν ἑώρακα, καὶ ἃ μαθεῖν ἠδυνήθην παρὰ τοῦ ἀκολουθήσαντος αὐτῷ χρόνον οὐκ ὀλίγον, καὶ ἐπιχέαντος ὕδωρ κατὰ χεῖρας αὐτοῦ, γράψαι τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν ἐσπούδασα· id est, *Ideo quæcumque novi, sæpe etenim illum vidi; & quæ ab eo ediscere potui, qui non modico tempore virum sequutus est, atque lavanti manus aquam effudi, vestræ pietati rescribere festinavi*. Secundum hanc unam Hœschiliani editi lectionem, nulla manuscripti Latini auctoritate suadente, Rosvveidus in Evagrii versione *fecit*, pro *feci*, reposuit, qua unius literulæ additione Hœschilianæ Latinam lectionem coaptavit hoc pacto, *Et quæ ab eo didici, qui ad præbendam ei aquam non paululum temporis cum eo fecit*. Sub hæc dum Athanasii operibus edendis insudamus, & Codices diligentissime perquirimus, in quatuor optimæ notæ manuscriptis, lectionem cum Latina veteri quadrantem deprehendimus, quæ sic habet, διὰ τοῦτο ἅπερ αὐτός τε γινώσκω, καὶ ἃ μαθεῖν ἠδυνήθην παρ' αὐτοῦ ἀκολουθήσας αὐτῷ χρόνον οὐκ ὀλίγον, καὶ ἐπιχέων ὕδωρ κατὰ χεῖρας αὐτοῦ, γράψαι τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν ἐσπούδασα· hoc est, *Ideo quæcumque novi: sæpe etenim illum vidi; & quæ ab eo didici, qui non modico tempore virum sequutus sum, atque abluenti manus aquam effudi, vestræ pietati scribere festinavi*. Eamdem vero postea lectionem in Exemplari Vaticano perantiquo num. 566. & in Codice RR. PP. S. Basilii Romæ, paris vetustatis reperi. In quatuor autem aliis Exemplaribus fertur Hœscheliana supra memorata lectio, quibus subjungendum aliud viri docti D. du Poirier Turonensis, sed recens & Bombycinum, quod Hœschilianæ item lectioni accinit. Verum quæ hanc postremam præferunt, non mutuo consonant: nam horum omnium vetustissimum Regium sic habet, παρὰ τῷ ἀκολουθήσαντι αὐτῷ, & reliqua perplexe refert. In qua Manuscriptorum varietate quid agendum nobis erat, quam ut tot Græcis, Latinisque omnibus adsertam lectionem amplecteremur: ac in Latino exemplari vocem restitueremus, ut erat ante Rosvveidum; cum maxime altera lectio varie feratur, & in novanda sententia ab amanuensibus titubatum esse palam sit? Nam cum omnes

omni-

omnino Codices Latini, ac editi quoque ante Rosvveidum, eamdem ipsam lectionem præferant; hinc sequitur ita legisse Evagrium, qui Athanasio adhuc superstite Antonii vitam Latine vertit, atque adeo germanam illam esse Athanasii lectionem, quam item tot Græci Codices præferant. Et hæc una nobis ratio erat ad eam restituendam satis.

Nec deerant alia quæ me ad Hœschelianam repudiandam lectionem permoverent: hæc quippe loquendi ratio, *ἃ δὲ μαθεῖν ἠδυνήθην παρὰ τοῦ ἀκολουθήσαντος αὐτῷ χρόνον οὐκ ὀλίγον· Et quæ ab eo ediscere potui, qui non modico tempore virum sequutus est*, &c. insolens prorsus cum Athanasio tum aliis Scriptoribus est; & vero potius diceret, *παρά τινος ἀδελφοῦ*, vel *παρά τινος μοναχοῦ*, nec indefinite *παρὰ τοῦ ἀκολουθήσαντος*, præter assuetum morem enuntiasset. Ad hæc vero quæ sequuntur, *καὶ ἐπιχέαντος ὕδωρ κατὰ χεῖρας αὐτοῦ· Et qui abluenti manus aquam effudit*, ab re prorsus adferantur: nam quid inde ad conciliandam narranti fidem, quod aquam abluenti manus ministraverit. De ipso autem Athanasio dictum adprime quadrat, *ἀκολουθήσας αὐτῷ χρόνον οὐκ ὀλίγον, καὶ ἐπιχέων ὕδωρ κατὰ χεῖρας αὐτοῦ·* quæ postrema verba, ex libro 4. Reg. 3. 11. expressa videntur, ubi de Elisæo dicitur, *ὃς ἐπέχεεν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας Ἠλιοῦ· Qui Heliæ manibus aquam effundebat;* nimirum id honori sibi ducit Athanasius, quod perinde atque Elisæus Heliæ, ipse Antonio aquam lavanti manus ministraverit. Aliud, quod litem dirimat, adsero, sed iis solis qui Græcorum Exemplarium usui assuefacti: mecum enim fatebuntur in utramvis lectionem cadat vitium, id ex mutatione *παρ' αὐτοῦ* in *παρὰ τοῦ*, aut *παρὰ τοῦ* in *παρ' αὐτοῦ* invectum esse; nam ea frequentissime mutatio in Manuscriptis Græcis occurrit. Si facta mutatio fuerit ex *παρ' αὐτοῦ* in *παρὰ τοῦ* quod nos volumus; cum jam non quadraret sententia, nimirum *παρὰ τοῦ ἀκολουθήσας αὐτῷ χρόνον οὐκ ὀλίγον, καὶ ἐπιχέων*, Librarii, ut consonarent omnia, *ἀκολουθήσας* in *ἀκολουθήσαντος*, & *ἐπιχέων* in *ἐπιχέαντος*, commutarunt, & sic totam dicti sententiam vitiarunt, ut nos contendimus; sin ex *παρὰ τοῦ* vitio Librariorum *παρ' αὐτοῦ* scriptum fuerit, non necesse erat, nec in mentem illis venisset, mutare genitivum in nominativum, & sensum invertere, hoc modo, *καὶ ἃ μαθεῖν ἠδυνήθην παρ' αὐτοῦ ἀκολουθήσας αὐτῷ χρόνον οὐκ ὀλίγον, καὶ ἐπιχέων ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας αὐτοῦ*. quin facta illa in *παρ' αὐτοῦ* mutatione, expeditum erat regimine & sensu intemeratis vitium sarcire additione *τοῦ*, hoc modo *καὶ ἃ μαθεῖν ἠδυνήθην παρ' αὐτοῦ τοῦ ἀκολουθήσαντος*, &c. Hinc sane videbunt Græcorum exemplarium peritiores mutationem in solam Hœschilianam lectionem cadere potuisse. Quamquam hæc supervacanea forte videantur, quando alteram lectionem vere Athanasii esse sat comprobatum superius est. *Vide Ath. edit. Gr. Lat. ad not. p. 632. & 616.*

Res itaque nostra auctoritate Exemplarium, ac veræ seriei ratione asseritur. Argumenta vero quæ Tillemontius ad Hœschilianæ lectionis partes tutandas adfert, levissima sane, imo potius nulla sunt. Ait igitur ille, *χρόνον οὐκ ὀλίγον* aliquot annorum spatium subindicare: neque potuisse Athanasium in juventute aliquot annos in solitudine commorari, qui a puero, Alexandri Alexandrini præsulis jussu, Pædagogorum disciplinæ traditus sit, teste Rufino, ac deinde ipsi semper hæserit. Diceres his perlectis nos Athanasii in juventute gesta annuatim scripto consignata tenere; ut non possit quis vel paulum temporis indicare, quo ubi vel penes quem egerit ignoretur. At vel paucissima vel fere nulla habemus, & si qua minutissima traduntur, ea sane plerumque vacillant incertaque sunt: maxime vero Rufini locus ille, quo nititur Tillemontius; is enim post enarratum commentitium illum Athanasii pueros baptizantis ludum, ita pergit, *Athanasium vero atque eos, quos ludus ille vel presbyteros habere visus fuerat, vel ministros, convocatis parentibus, sub Dei obtestatione tradidit Ecclesiæ suæ nutriendos. Parvo autem tempore, cum a Notario integre & a Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuo tamquam fidele Domini commendatum, a parentibus restituitur Sacerdoti, ac velut Samuel quidam in templo Domini utitur, & ab eo pergente ad Patres in senectute bona, ad portandum post se Ephod Sacerdotale deligitur.* *Rufin. l. 1. c. 14.* Tillemontius, inquam, qui Rufino puerilem hujusmodi ludum narranti fidem derogat, ab appendicula illa ne latum unguem deflectere vult. Mirum non advertisse hominem plane consideratum, non minus appendiculam illam, quam ipsam puerilis ludi historiam, cum sua computandi ratione pugnare: ideo namque ludum puerilem repudiat, quia hæc ut citius anno 313. sive Alexandri episcopatus primo, agi potuere, quo ex Hermantii calculo vigesimumtertium ætatis annum agebat Athanasius; ex nostro autem, quem non improbat Tillemontius, saltem decimumnonum: non minus repugnat, ut tunc primum Grammatico traditus fuerit, quam ut pueriliter luserit; cum maxime jam ante aliquot annos Athanasius ab iis, qui postea Martyres fuere, altioribus Christianæ Theologiæ disciplinis institutus fuerit, ut superius comprobatum est? An Rufinus, sublestæ fidei homo, semperque rumori serviens, fide dignior in appendicula, quam in historia? Adde etiamsi Rufini narrationis fides haberetur, cum rem ille compendio & paucissimis efferat, non abs re posse aliquam exceptionem cogitari & admitti, quam tanta brevitas non exprimat: quod nemo sane inficias eat. Cum igitur ignoremus quem in juventute vitæ cursum tenuerit Athanasius, nihil repugnat, quo minus pauculos adolescens annos cum Antonio egerit. Nec concedam tamen illud, *χρόνον οὐκ ὀλίγον, non parum temporis*, hic necessario annos indicare: si qua enim conjectura de temporis spatio hic duci valeat, ea ex serie narrationis petatur oportet. Ait autem ille, *Ideo quæcumque novi: sæpe etenim illum vidi: & quæ ab eo ediscere potui, qui non modico tempore virum sequutus sum, atque abluenti manus aquam effudi, vestræ pietati rescribere festinavi.* Tantum ergo temporis hic intelligere par est, quantum necesse fuit, ut in familiaribus colloquiis multa ad Antonii vitam spectantia, ipsius Antonii ore edisceret. Quot & quanta vero in quotidianis confabulationibus unius anni, imo etiam sex mensium, spatio audire potuit? Ne multa, sive annos sive menses dicas, æque nobis expedita manet ad objecta diluenda ratio. Hic porro notes velim Athanasium, cum ait, *Et quæ ab eo ediscere potui*, *ἠδυνήθην*, *qui non parum temporis virum sequutus sum*, subindicare Antonium, ut solent pii ac modesti homines, ægre gesta commemorasse sua: quod etiam lectionem confirmat nostram; si tamen confirmatione opus ad rem tot Codicum & editorum auctoritate fultam.

Aliud opponit ille, scilicet, Si Athanasius non parum temporis cum Antonio egisset, annon idipsum in decursu vitæ ejus narraturus erat? Verum ad manum est quod huic regeratur; Si Athanasius

nasius sæpe Antonium inviserit, ut omnes Codices editique in Prologo ferunt, annon vel semel in decursu vitæ ipsius se Antonium adiisse commemorasset? At neutrum præstitit, quia ipsi fuit utrumque in exordio indicare satis. Par ultro citroque ratio est, & quæ ipsi causa frequentes aditus silendi fuit, eadem commemorationem cum Antonio tacere suasit. Nimirum urgente Tabellatio quærebat compendium, ut in exordio ipse profitetur. Et alioquin ea est modestia Athanasius, ut semper a sui commemoratione declinet, quantum nempe licitum est.

Pergit Tillemontius, Si Athanasius non parum temporis cum Antonio mansisset, an diceret ulterius ad majorem sibi conciliandam fidem, se frequenter Antonium vidisse? Hic fateor me non capere argumenti vim & efficaciam: quotidiani ac plebeji usus est dicere, Probe novi talem hominem, utpote quem frequens inviserim, & quicum non parum temporis aliquando moratus sim. Hujusmodi vero objecta, unam præ se ferunt præjudicatam opinionem; siquidem Athanasii lectio, quam tuemur, omnino quadrat: *Ideo quæcumque novi: sæpe etenim illum vidi; & quæ ab eo edifcere potui, qui non modico tempore virum sequutus sum, atque abluenti manus aquam ministravi:* id est, Ea quorum oculatus testis fui, qui frequenter hominem invisi; itemque illa, quæ in familiaribus colloquiis per otium solitudinis ab eo edidici, hic narraturus sum. Argumenta igitur isthæc ne minime quidem officiunt veræ assertæque a nobis lectioni.

Ad hæc Athanasium Ascetam fuisse, Ægyptiorum centum præsulum testimonio adseritur, qui in Synodo Alexandrina anno 340. Athanasium ἕνα τῶν ἀσκητῶν fuisse narrant, & in electione ejus sic
P. 50. acclamatum esse ab Alexandrina plebe dicunt, πάντα δὲ τὰ βέλτιστα, σπουδαῖον, εὐλαβῆ, χριστιανόν, ἕνα τῶν ἀσκητῶν, ἀληθῶς ἐπίσκοπον ὀνομάζοντες· *Sed optima quæque prædicantes, probum, pium, Christianum, ex Ascetis unum, ac verum Episcopum nuncupabant*. Itaque Athanasium aliquandiu Asceticam vitam egisse conspicuum est, idque, ut ex restituto loco palam est, sub Antonii disciplina: nam alter locus alterum confirmat & defendit. At obnititur Tillemontius, & penes se domi Athanasium Asceticam egisse vitam pugnat. Verum ubinam? an apud Grammaticum? an apud Notarium? an cum Alexandro Episcopo regendæ Alexandrinæ Ecclesiæ minister adesset? nam, uti supra diximus, ita juventutis ejus spatia his circumscribi, nemine auctore, contendit ille, ut alio concessisse non patiatur. Sed ex Athanasio quid Ascetæ & Asceticæ vitæ nomine intelligatur excutiendum. Antequam Antonius in interiorem eremum concederet, Ascetæ & Monachi, si qui in Ægypto erant, haud procul vico suo in secessu degebant & Asceticam vitam agebant: ἕκαστος δὲ τῶν βουλομένων ἑαυτῷ προσέχειν, οὐ μακρὰν τῆς ἰδίας κώμης καταμόνας ἤσκει· sicque Antonius ipse a principio, ad Asceticæ vitæ perfectionem contendebat; idque anno Christi circiter 271. cum is vigesimum ageret annum, natus anno 251. Multis postea laboribus exercitatus anno Christi 305. ætatis 55. Monasteria plurima in
P. 104. montibus & in remotis solitudinibus excitavit, multosque ad Asceticæ vitæ amorem inflammavit, quibus omnibus quasi Pater ipse præerat, καὶ πάντων αὐτῶν ὡς πατὴρ καθηγεῖτο. Hinc frequenter ille Ascetas & Monachos; nam utroque nomine alternatim compellat, ad solitarii instituti perfectionem provocat, Asceticamque vitam eam, quæ in solitudine & in Monasteriis agitur nuncupat, nec aliam agnoscit, ut frequentibus in locis videas. In montibus itaque & in solitudinibus nihil aliud videbatur, quam multitudo Ascetarum, ἀλλὰ πλῆθος μὲν ἀσκητῶν. Sub hæc autem, Maximino grassante,
P. 316. Ibid. cum Antonius martyrii cupidus, sese Judici obtulisset, providente Domino servatus est, ἵνα ἐν τῇ ἀσκήσει, ἣν ἐκ τῶν γραφῶν αὐτὸς μεμάθηκε, πολλοῖς διδάσκαλος αὐτὸς γένηται· καὶ γὰρ καὶ μόνον βλέποντες αὐτοῦ τὴν ἀγωγὴν, πολλοὶ τῆς πολιτείας αὐτοῦ ἐσπούδαζον ζηλωταὶ γενέσθαι· *Ut Asceticæ vitæ, quam ex Scripturis ipse didicerat, permultis magister foret. Enimvero multi, perspecto ejus vitæ instituto, imitari illum studuere*. In quorum numero haud dubie Athanasius censendus, qui post Maximini carnificinam Asceticum institutum, Antonio magistro, in solitudine iniit, & quidem cum aliis multis: nam id manifeste indicant hæc verba, ἕνα τῶν ἀσκητῶν, *unum Ascetarum*, eorum scilicet qui cum Antonio simul agebant in solitudine. Hic quærendi Ascetæ, non autem in domo Notarii, aut Grammatici aut Alexandrini Antistitis; sed in multitudine eorum quos modo ἀσκητὰς, modo συνασκητὰς nuncu-
P. 320. pat Athanasius, quia simul versabantur. Ubi notes velim ex Ascetis alios, qui Monachali instituto se penitus dediderant, Monachos item fuisse vocatos; alios autem qui exercitationis causa ad certum temporis spatium in solitudine degebant, Ascetas solum dictos esse: e quorum numero Athanasius; ut innuit idem in vita Antonii de Amune Monacho loquens; ὃς δὲ ἕως τοῦ γήρως ἀσκητὴς
P. 322. διαμείνας· *Is autem ad senectutem usque in Ascetæ statu perseveravit*; quo subindicare videtur alios fuisse, qui ad tempus solum Ascetarum institutum colebant, quod Athanasium fecisse putandum.

ANIMADVERSIO III.

Libri contra Gentes & de Incarnatione quo tempore scripti.

Librum contra Gentes & subsequentem de Incarnatione in fronte operum Athanasii positos, eodem tempore scriptos, unumque esse in partes duas distributum opus, ipse rerum ordo, ipsumque posterioris libri exordium aperte significat; neque ulla movetur hac de re disceptatio. Dudum, &, ut videtur, ab ipso Athanasii ævo obtinuit, ut inter Athanasii opera hi duo libri primas tenerent. Hieronymus quippe in recensione sua libros duos contra Gentes, primos enumerat, similiter & Photius in Bibliotheca: in omnibusque prorsus antiquis Exemplaribus iidem libri agmen agunt: quos ideo in fronte locatos arbitramur, quia primi omnium scripti fuerant. Nec desunt alia, & quidem gravia, ad eam tuendam sententiam opportuna: nam in secundo libro, cui, *de Incarnatione*, titulus: ubi contra Gentes, Judæos & plerosque hæreticorum, qui Christi deitatem negarent, pro viribus depugnat ille; ne verbum quidem comparet, quod vel Arianam hæresim jam subortam indicet, vel pugnas oleat cum Arianis initas; licet posterioris libri argumentum & materies eo Scriptorem velut e re nata deduceret. At enim si jam Arianicæ exortæ turbæ fuissent, etiamsi de industria Atii nomen tacere voluisset Athanasius, quod haud verisimile, aliqua tamen in longissimo ope-

opere, temeratæ ab Arianis verbi Dei doctrinæ signa superessent. Agitur enim deitas Christi, quam Athanasius contra omnes quotquot emerserant hostes, acerrime propugnat, Græcos, Judæos, Valentinianos, Manichæos aliosque hæreticos: quod si Ariana hæresis, ipsis infestissima, signa adversum canere cœpisset, putasne S. Doctorem rem silentio fuisse prætermissurum? Id certe vix in animum inducas; si perpenderis eum, quavis minima data occasione, etiam cum aliud agitur, lucifugas illos insectari ac proterere.

Verum his non obtemperat Tillemontius, qui suam tamen sic effert sententiam, ut ignores plus- *Till. Vie de S. Athan. Art. 118.* ne sibi quam nobis adversetur. *Hoc opus*, ait ille, *edidit Athanasius, rogante quodam Macario Christiano, cui librum nuncupat. Libros autem Patrum cum penes se neu habere testificetur, subindicat fortasse se, dum pulsus & vexatus lateret, opus hujusmodi in lucem dedisse. Arbitrantur Benedictini, ante annum 319. hæc publicata fuisse; quia nihil ibi contra Arianos: ques tamen confutandi eadem ratio & occasio aderat, quæ ad alias hæreses propulsandas Athanasium perpulit. At maturius fortasse quam ætas ferret, opus hujusmodi factum putabat: ignoroque quid causæ esset, cur se libris tunc carere dixerit. Attamen cum hæc floride stylo narraverit, in primes ætatis annos opportunius conjiciantur. Sane vero videtur medicam tum Romanarum rerum notitiam habuisse, atque prius, quam Romam adiisset, hæc scripsisse.* Sed postquam ita clausit, ut in partem nostram propendere videatur, dictorum fortassis immemor, in Notis suis, anno 346. editum opus fuisse probabiliter existimat. Non igitur prius quam *Tillemont. Not. 110.* Romam vidisset hunc librum edidit: nam auctore Tillemontio Romam primo adiit anno 339. etsi biennio maturius eam migrationem ponat, ut infra comprobatur. Qui ergo dubitare potuit, num mos Romani senatus, quo defunctos Imperatores in deorum numero consignabat, tum exolevisset, qui jam aliquot annos Romæ consederat? Ad hæc vero anno 346. Ariani totum per orbem errores late sparserant, ingentique tumultu Catholicos oppugnabant; hic maxime error deitatem Verbi tum impetebat: quis vero putat Athanasium deitatis Christi hostes aggressum, hos deterrimos omnium intactos præteriisse?

At junior videtur fuisse, pergit ille, ut ante annum 319. hoc opus emitteret. Verum cum anno 318. vigesimumquartum saltem ex computo nostro, vigesimum vero nonum, ex Hermantii calculo, annum ageret, annon suscipiendæ rei par & maturus videatur, cum maxime annis hinc septem elapsis ad supremum rerum apicem evectus sit, in Alexandrinum Archiepiscopum cooptatus? Quot vidimus paris aut minoris ætatis eximia protulisse? Huc accedit quod in hisce libris non suam ille, sed Magistrorum doctrinam efferre se profiteatur; ita ut inopiam librorum, recenti disciplinarum memorie sarciret: & alioquin, ipso fatente Tillemontio, hæc floridiore, quam Athanasius soleat, stylo conscripta, in primos ætatis ennos opportunius conferantur. Quod ait vero, tunc verosimiliter Athanasium, pulsatum nempe vexatumque, in latebris egisse, utpote qui Magistrorum libros ad manum non haberet; id sane nihili est. At enim de annis adolescentiæ Athanasii traditur fere nihil. Quid igitur de statu, de conditione, de loco adtingi valeat? Quis sciat in agro-ne, io deserto, in urbe hæc scripserit? vel an Alexandriæ degens, cum facta perquisitione libros nancisci posset, quod ea quæ scripturus erat probe teneret, accersere nihil curaverit? Certe hac ex re notam temporis eruere, idipsum est, quod nodum in scirpo quærere.

Nannii versionem sequutus Tillemontius ait, libros contra Gentes Macario cuidam nuncupatos es- *Vie de S. Athan. Art. 118.* se. Verum hallucinatur Nannius dum illud, ὦ μακάρι, *o Macari*, vertit: nam ioitio secundi libri hoc compellandi modo utitur Athanasius, ὦ μακάριε, ἢ φιλόχριστε, & subinde inter orandum, modo μακάριε, modo φιλόχριστε dicit: quare planum videtur non magis μακάριε, quam φιλόχριστε nomen proprium esse. Athanasius ergo vel ejus ad quem scribit, nomeo consulto tacens, sic eum in genere compellat; vel, ut verosimilius, cuivis Christi amanti, ac proinde beato, sermonem nuncupat.

A N I M A D V E R S I O IV.

Quæ sit θεὰ νεωτέρα *ab Athanasio memerata.*

IN libro contra Gentes varia Græcorum Ægyptiorumque numina recensens Athanasius, fœminas in *Ath. p. 4.* Ægypto deas deridet & traducit, in quibus erant, Ἶσις, Κόρη, καὶ Νεωτέρα, *Isis, Proserpina, & Neotera*, sive Dea junior. Hanc porro νεωτέραν nusquem memoratem me reperisse memini: nec nisi in numismatibus Cleopatræ ea vox occurrit uspiam mihi. Nummus quippe M. Aotonii exstat in Cimeliarchio Regio, in cujus antica caput Antonii eum hac circum inscriptione, Αὐτοκράτωρ. θεὰ νεωτέρα, i. *Imperator. Dea nova*, sive Dea junior. Illud autem, *Dea nova*, Cleopatram spectat, *Vaillant. de numismatibus Cleopatra, p. 189.* cujus caput in altera oummi facie cusum est. Plutarchus in Antonio ait, ipsum Antonium, novum Bacchum in Ægypto dictum fuisse: de Cleopatra vero talia fatur, στολὴν ἑτέραν ἱερὰν Ἴσιδος ἐλάμβανε, ἢ νέα Ἶσις ἐχρημάτιζε. *Stolam alteram sacram Isidis sumebat, & nova Isis vocabatur*, ubi interpres male, *Stolam Isidis sacram sumebat, atque novæ Isidis nomine responsa dabat*. Cultum porro novæ Deæ, & ejusdem farinæ deorum, ad ævum usque suum perseverasse, testis est ibidem Athe- *P. 4.* nasius. Hæc autem nova Isis, sive νεωτέρα vocabatur ad discrimen veteris Isidis. Duas quippe Isides agnoscebant Ægyptii; veterem alteram, quam pro luna colebant; alteram novam eamdem scilicet, quam Io Græci nuncupabant, quæ postrema jure nova Isis & Neotera dicebatur.

A N I M A D V E R S I O V.

De rebus Arianismi exortum & condemnationem spectantibus.

VI morbi, ut arbitror, interceptus Tillemontius, Acta depositionis Arii & sociorum, ut nos primum edidimus, secus intellexisse videtur: resque nonnullas planas & apertas, ut mea quidem fert opinio, miscuit ipse vel præpostere narravit. Quia vero in prima Arii condemnatione re-

rum

rum notitiam ordinemque haurire licet, neque ulla exstant monumenta his certiora, utpote ab Alexandro Alexandrinæ Synodi præside confecta; ea hic præmittere visum, ut valeat Lector de rerum conditione & tempore in utram visum fuerit partem ferre judicium. In Exemplari igitur Regio 2284. sæculi x. circiter, inter Athanasii opera exstat hoc ordine condemnatio & depositio Arii & sociorum, quam nos T. 1. p. *396*. edidimus Græce, & Latine sic vertimus.

P. 157. *hujus Edit.* Depositio Arii & sociorum ab Alexandro Alexandriæ Archiepiscopo.

Alexander, Presbyteris Diaconisque Alexandriæ & Mareotæ, præsens præsentibus, dilectis in Domino fratribus, salutem. Licet jam subscripseritis literis meis ad Arium suosque missis, quibus hortabar illos, ut, abnegata impietate, sanæ & catholicæ fidei obtemperarent: eaque in re rectum propositum vestrum, necnon Ecclesiæ catholicæ circa dogmata consonantiam, palam feceritis; attamen quia omnibus etiam ubique terrarum Comministris, quæ Arium sociosque ejus spectant literis significavi; necesse duxi, vos Urbis Clericos convocare, vos item Mareoticos arcessere: præsertim cum ex vobis Chares & Pistus presbyteri; Sarapion, Parammon, Zosimus & Irenæus diaconi, ad Arii partes transierint, atque voluerint deponi cum illis; ut nota sint vobis quæ nunc scripta sunt: utque vestram in hisce concordiam declaretis, ac depositioni Arii & sociorum, Pisti item & sociorum suffragium addatis vestrum. Par quippe est comperta vobis esse quæ a me conscripta sunt, eaque singulos, quasi quisque vestrum scripsisset, corde complecti.

His statim subjicitur condemnatio & depositio illa, sive epistola Synodica, hoc ritu:

Carissimi honoratissimisque ubique terrarum Ecclesiæ Catholicæ Comministris,
Alexander in Domino salutem.

Cum unum sit Ecclesiæ Catholicæ corpus, &c. Hinc Eusebium Nicomediensem exagitat quod relicto Berytensi Nicomediensem episcopatum invaserit, quodque suscepto Arianorum patrocinio, commendatitias in eorum gratiam literas ubique terrarum transmittat. Deinde subsumit: *Ecclesiæ autem desertores hi sunt, Arius, Achilles, Aitalles, Carpones, Arius alter, Sarmates, olim Presbyteri, Euzoius, Lucius, Julius, Menas, Helladius, & Gajus, olim Diaconi, ac cum ipsis Secundus & Theonas, olim Episcopi nuncupati. Verba autem ab illis adinventa, ac præter Scripturarum mentem prolata, hæc sunt: Non semper Deus Pater fuit...... Sciscitante quodam, num perinde mutari posset Dei Verbum atque diabolus mutatus est; non veriti sunt illi respondere, Sane potest: nam, utpote factum & creatum, mutabilis est naturæ. Hæc Arianos loquentes, hæc impudentissime adfirmantes, nos cum Episcopis Ægypti & Libyarum prope centum, in unum coacti, cum illos, tum eos qui ipsos sequuti sunt, anathemate percussimus. At Eusebius & socii admiserunt illos.* Deinde vero, confutatis Arii & sectatorum erroribus, sic claudit Epistolam Alexander: *Cum itaque Dominus & Salvator noster Jesus Christus per se ipse ita præceperit, & per Apostolum res nobis hujusmodi significaverit; jure nos qui impietatem illorum ipsi coram audivimus, homines, uti supra dictum est, anathemate damnavimus, ipsosque a Catholica Ecclesia & fide alienos declaravimus: remque, carissimi & honoratissimi Comministri, vestræ religioni indicavimus; ut ne quospiam ex illis, si petulanter vos adire ausi fuerint, recipiatis: neve Eusebio, vel alii cuipiam de illis ad vos scribenti fidem habeatis. Nos enim, utpote Christianos, decet omnes qui contra Christum loquuntur aut sentiunt, velut Dei hostes animarumque corruptores aversari, ac ne quidem Ave illis dicere: ne quando scelerum ipsorum participes simus, ut præcipit B. Joannes, Salutate fratres qui vobiscum sunt, vos qui mecum sunt salutant. (Alexandriæ Presbyteri. (Colluthus presbyter hisce scriptis suffragor, necnon depositioni Arii, eorumque qui ejus impietatis sectatores sunt.* Et ita deinceps feruntur subscriptiones Presbyterorum & Diaconorum Alexandriæ & Mareotæ. Hæc necesse fuit in medium proferre, quia in omnibus pene, quæ de Arianismi exortu & condemnatione hic gesta feruntur, a Tillemontio dissentimus.

Ex his vero Alexandri literis eam rerum gestorumque seriem fuisse asseritur, quam nos in vita Athanasii texuimus, nimirum, ut animadvertit Alexander malum manare in dies latius, ne ulterius grassaretur, hortatorias literas dedit ad Arium & socios, quo illos ad sanam mentem reduceret: utque dictis adderet fidem, Alexandrini & Mareotici Cleri suffragiis munitas ad Arium asseclasque mittit. Cum autem Arius & asseclæ, feroces cupidine cœpti perficiundi eas nihili facerent, nec minus persisterent in pristina impietate; Alexander cum nulla spes superesset reconciliandæ pacis, coactis ex Ægypto, Libya & Pentapoli Episcopis prope centum, Arii & sociorum causam agitavit: queis pertinacius cœpta tuentibus, Synodus adversus illos sententiam dixit. Arius hinc multo ardentior propagandæ hæresis studio, asseclas confirmare, novos sibi in dies sua suorumque opera adsciscere satagebat. Tum ingens fuit in Mareote defectio: tres enim Presbyteri, & quatuor Diaconi Arianis nomen dedere. Alexander vero, qui damnatis a Synodo Sectæ principibus, fractam hæresim & compressam fore sperabat, cæterarum regionum Episcopis latere cupiebat res in Ægypto gestas, ut ne vulgatus error latius serperet. Ut autem videt ingravescere in dies intestinum malum, nec externis hostibus minus, quam domesticis Alexandrinam Ecclesiam laborare, literas omnibus per orbem Episcopis dedit, quales superius adtulimus, ac Cleri Alexandrini munitas suffragiis, quo Arianorum damnationem pervulgaret, undequaque misit. Hanc gestorum seriem perspicue in allatis literis efferri nemo non fateatur. Verum Tillemontius ex earumdem, ut putat, literarum auctoritate, longe aliam narrandi viam aggreditur. Primo enim, contra fidem Manuscriptorum & editorum omnium, subscriptiones illas Cleri Alexandrini & Mareotici, quæ literis Alexandri synodalibus, damnationem Arii & sociorum ferentibus, subjiciuntur; non ad eas literas, sed ad hortatorias initio memoratas pertinere contendit. At qui hortandi modus isthic esset, si ii, qui hortatoriis subscribunt, sententiam depositionis & damnationis ferant in eos, quos ad pacem & reconciliationem evocant? Siccine hortarentur Presbyteri & Diaconi: *Colluthus presbyter hisce scriptis suffragor, necnon*

depo-

depositioni Arii, eorumque qui ejus impietatis sectatores sunt? Miror plane Tillemontium fidem omnibus Exemplaribus & Manuscriptis derogare, ut rem prorsus incredibilem statuat & defendat. At enim ut Exemplaria editique libri ferunt, ac nativus rerum ordo postulat, hortabatur Alexander Arium, ut resipiscentia sua damnationem præverteret & declinaret: ac postquam huic sarciendo malo nihil hortatio profuerat, demum ad extrema & ad damnationem ventum est.

Quo sua sibi constet ratio Tillemontius, binas Alexandriæ datas ab Alexandro episcopo Arii & sociorum damnationes comminiscitur, primam videlicet illam, quam ipse sibi, nemine auctore, confinxit, nempe hortatoriam damnationem, ad quam pertinent, ut ait, subscriptiones, quæ secundæ subjiciuntur; secundam vero vult illam esse, quæ etiamnum superest, hoc principio, *Cum unum sit Ecclesiæ corpus*, &c. cui perperam adjunctas subscriptiones arbitratur. Eam vero nullis testatam auctoribus opinionem his argumentis ille tuetur. In Epistola, inquit ille, quam *præsens præsentibus*, ut supra, dedit Alexander; alios memorat, qui secundum priores illos Arianos, ad Arium defecerant, nempe Charem, Pistum, &c. hortaturque postea eosdem, ut non modo Arii & sociorum; sed etiam Pisti & sociorum depositioni subscribant: verum neque Pisti neque sociorum ulla mentio in Epistola Encyclica quæ superest, unde inferas subscriptiones adjunctas non ad eam Epistolam pertinere, sed ad aliam, quæ interierit, quæque hortando diris devovebat Arianos. Ægritudinis scilicet angustia pressus, hæc in transcursu legerat Vir eruditus, neque animadverterat non modo Arium & sequaces illos priores; sed etiam eos qui post defecerant, clare ab Alexandro memorari. Nam ubi diserte nominavit, Arium, Achillem, Aithalem, & reliquos qui priores hæresin professi fuerant, atque in ipsa centum Episcoporum Synodo impietates impudenter extulerant, hæc subjungit, *ταῦτα λέγοντας τοὺς περὶ Ἄρειον, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀναισχυντοῦντας, αὐτούς τε καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας αὐτοῖς, ἡμεῖς μὲν μετὰ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰς Λιβύας ἐπισκόπων, ἐγγὺς ἑκατὸν ὄντων, συνελθόντες ἀνεθεματίσαμεν*· id est, *Hæc dicentes Arium & socios, hæc impudentissime adfirmantes, nos cum Episcopis Ægypti & Libyarum prope centum; cum illos, tum eos qui ipsos sequuti sunt anathemate percussimus:* ubi vides clare distingui priores illos Arianos impietatem in ipsa Synodo professos ab iis, qui postea sese ipsis adjunxerant, *αὐτούς τε καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας αὐτοῖς*. In Epistola vero Alexandri superius allata, quæ sic habet, *præsens præsentibus* utriusque defectionis primipilares cum sequacibus indicantur his verbis, *καὶ τῇ καθαιρέσει τῇ περὶ τὸν Ἄρειον, καὶ τῇ περὶ τὸν Πιστὸν σύμψηφοι γένησθε*, *Ac depositioni Arii sociorumque, & Pisti sociorumque, suffragium addatis vestrum*. Quibus respondent illa Alexandri dicta: *cum illos*, scilicet Arium & socios; *tum eos qui ipsos sequuti sunt*, videlicet Pistum & socios. Nam ut Arius primæ defectionis signifer erat; sic Pistus secundæ: neque necessarium fuit ut nomina eorum qui secundo defecerant, in Epistola Encyclica subjuncta repeterentur.

Hæc de prima eaque hortatoria damnatione, quam Tillemontius, manente adhuc Alexandriæ Ario datam autumant. Secundam vero Arii depositionem & damnationem, post secessum Arii ad Eusebium Nicomediensem, & post datas ab Eusebio in gratiam Arii & gregalium literas, prolatam opinatur: eam scilicet quæ superest, cujusque partem supra retulimus. Nam, ait ille, cum ratione pugnare videtur, Eusebium, qui tam aspere in Epistola Encyclica exagitatur, secundum eam datam Epistolam ad Alexandrum pro Arianis scripsisse: quare post priorem condemnationem in hortatoria, quæ periit, Epistola expressam, ubi nulla Eusebii mentio erat, Epistolas ipsi pro Arianis scripserit necesse est. Hæc ille, non animadvertens se, non modo cum Epistola Alexandri ad Clerum, & cum Epistola Encyclica; sed etiam cum Ecclesiasticæ historiæ Scriptoribus pugnare. Socrates enim l. 1. c. 6. hæc post allatam Alexandri Epistolam enarrat: *Hujusmodi literis ad omnes Episcopos per singulas urbes ab Alexandro datis, malum in deterius profecit, cum ii, qui literas acceperant, ad contentionem excitarentur. Et alii quidem literis consentientes, iisdem etiam subscripserunt: alii vero contrarium fecere. Sed maxime omnium Eusebius Nicomediensis episcopus ad dissentiendum impulsus est, eo quod Alexander in suis literis nominatim ipsum perstrinxisset. Porro tunc temporis Eusebius plurimum poterat, propterea quod Imperator Nicomediæ degebat: illic enim paulo ante Diocletianus palatium ædificaverat. Hanc igitur ob causam multi Episcopi Eusebio obsequebantur: at ille frequentes literas mittebat, nunc ad Alexandrum, monens ut suppressa quæstione, quæ inter ipsos commota fuerat, Arium in communionem reciperet; nunc ad singularum urbium Episcopos, suadens ne Alexandro consensum accommodarent*. Viden' Eusebium postquam ab Alexandro in Epistola Synodali perstrictus fuerat, ipsi tamen literas pro Arianis scripsisse? quod ipsum paulo infra repetit. Eodem ordine & sententia Sozomenus loquitur l. 1. c. 15. Quam enim ob causam Eusebius, etsi ab Alexandro in Epistola Encyclica lacessitus, eidem non rescriberet, quandoquidem Arius & gregales damnati, cum exonerati metu Nicomediæ degerent, literas Alexandro observantiæ plenissimas miserunt, & quidem, ut existimatur, imo vero planum videtur, approbante & suadente Eusebio Nicomediensi, penes quem tum agebant? Annon item Athanasio, quem infensum sibi norat Eusebius, pro Ario postea rescripsit? Quo deducta res Ecclesiastica erit, si ex levissimis hujusmodi conjecturis historiæ & actuum Synodalium ordinem invertere liceat?

Cæterum quod habet Tillemontius, cum Epistola Encyclica Alexandri conscripta fuit, jam Arium & socios Nicomediam demigrasse; id, inquam, suo marte protulit, nec videtur cum ipsa Epistola Encyclica consentire. Nam sub initium Epistolæ sic habetur, *Equidem volebam rem silentio tegere, ut in solis hæresis Præfectis malum absumeretur, ne in cætera loca pervadens, simpliciorum quorumdam aures contaminaret. At cum Eusebius jam Nicomediæ episcopus, ratus penes se sita esse Ecclesiastica omnia..... apostatarum istorum patrocinium susceperit, literasque pro iis commendatitias ubique scribere aggressus sit; ut quosdam rei ignaros in hanc turpissimam Christique oppugnatricem pertrahat hæresim; necesse mihi fuit, haud ignoranti quid in lege scriptum sit, non ultra rem silentio premere*. Hæc sane cuique, spero, scripta videbuntur antequam Arius Achilla comite demigraret in Palæstinam: nam Alexandria decedens, eo prius profectus est, quam Nicomediam adiret. Etenim quid causæ fuisset ut rem silentio obtegere vellet, ne qua serperet malum ad alios, si jam Arius Palæstinam petiisset, ut contra Alexandrum classicum caneret? Sane si jam profectus fuisset Arius cum sociis, non ta-

ceret Alexander lucifugarum decessum, quorum ad alias regiones aditus rei Catholicæ summopere erat pertimescendus. Et vero id formidare se testificatur Alexander, dum sub finem Epistolæ Encyclicæ sic Episcopos affatur, *Remque, carissimi atque honoratissimi Comministri, vestræ religioni indicavimus; ut ne quospiam ex illis, si petulanter vos adire ausi fuerint, recipiatis:* queis item subindicat eos nondum ex Ægypto demigrasse. Neque vero aliquis Scriptorum veterum ante publicatam Arii damnationem ejus ex Ægypto profectum constituit: sed prior Tillemontius ex præjudicata opinione, sic res & tempora ordinavit.

Ait deinde Tillemontius credi forte posse, Arium in illa Episcoporum prope centum Synodo impiam protulisse sententiam: cum rogatus a quodam, num perinde mutari posset Dei Verbum, atque diabolus mutatus est; Sane potest, respondit ille. Ubi Tillemontius rem planam & apertam in ancipiti vult relinqui: in Epistola quippe Synodica Alexander istius Synodi princeps idipsum refert, ut cuique superius legere in promptu est.

De Colluthо Alexandrino presbytero, qui prior huic Epistolæ Synodicæ subscripsit, quædam exoritur difficultas & quæstio, quam nos in Præfatione ad Vitam Athanasii pro virili expendimus: quo Lectorem mittimus, nam Tillemontius ne quidem legisse videtur.

ANIMADVERSIO VI.

Quid sit τόμος, sive Tomus ille quem Episcopis per orbem subscribendum Alexander Alexandrinus misit.

Till. vie de S. Alexand. Theodoret. l. 1. c. 4. JAmdiu agitari cœptum est, quid sit ille Tomus de quo in Epistola ad Alexandrum Byzantium, Alexander Alexandrinus talia fatur: τούτους ἀποστραφέντες, ἀγαπητοὶ καὶ ὁμόψυχοι ἀδελφοὶ, σύμψηφοι γένεσθε κατὰ τῆς μανίας αὐτῶν τόλμης, καθ' ὁμοίωσιν τῶν ἀγανακτησάντων συλλειτουργῶν ἡμῶν, καὶ ἐπιστειλάντων μοι κατ' αὐτῶν καὶ τῷ τόμῳ συγκατατάξαμένων· ἃ καὶ διεπεμψάμην ὑμῖν διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἀπίωνος τοῦ διακόνου, τοῦτο μὲν πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος· τοῦτο δὲ Λιβύης καὶ Πενταπόλεως, καὶ Συρίας, καὶ ἔτι Λυκίας καὶ Παμφυλίας, Ἀσίας, Καππαδοκίας, καὶ τῶν ἄλλων περιχώρων· ὧν καθ' ὁμοίωσιν καὶ παρ' ὑμῶν δέξασθαι πέποιθα· id est, *Hos aversantes, carissimi atque unanimes fratres, suffragium addite vestrum adversus furiosam illorum audaciam, perinde ac Comministri nostri, qui indignati sunt & mihi Epistolas scripserunt adversus illos, & TOMO subscripserunt; quæ etiam ad vos misi per filium meum Apionem diaconum, tum ex Libya & Pentapoli; tum ex Syria, Lycia, Pamphylia, Asia, Cappadocia aliisque provinciis. Quorum exemplo a vobis quoque acceptum iri confido.* Voci τόμος explicandæ opportunus est hic Gregorii Nazianzeni Ep. 1. ad Cledonium locus, δείξουσι δὲ πάντως ἢ διὰ τόμου συνοδικοῦ, ἢ δι' ἐπιστολῶν κοινωνικῶν· οὗτος γὰρ τῶν συνόδων ὁ νόμος· id est, *Omnino autem ostendent* (se scilicet ad communionem admissos esse) *vel per Tomum Synodalem, vel per Epistolas communicatorias. Nam hic Synodorum mos est.* Hic igitur mos Synodorum erat ut per tomos Synodicos quæ sancita erant emitterent. Cujus rei apertissimum testimonium habes in Epistola Synodi Alexandrinæ anni 362. ad Antiochenos ab Athanasio ipso conscripta, ut videre est sub finem, p. 287. Ea nempe τόμος Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, *Tomus Athanasii Archiepiscopi Alexandrini*, inscribitur; ut nos ad omnium omnino manuscriptorum fidem edidimus: etsi titulo fidem addere necesse fuerit, in fine dicitur: καὶ μετὰ τὸ ἀποσταλῆναι ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν τόμον τοῦτον· id est, *Postquam autem hic tomus Alexandria missus est.* Id porro genus Epistolarum Synodicarum, ideo tomus dicitur, quia paucis edi solebat, συντόμως ὑπηγορεύσαμεν, *paucis dictavimus*, ut habetur ibidem: quibus accinit Niceph. Patriarcha, lib. 2. adversus

Epiph. p. 830. Niceph. Gregoram: quia scilicet ibi res συντετμημένως, id est, paucis, sic ille, enarrantur. Eodem usu vox τόμος occurrit apud Epiphanium Hær. Photinianorum: hinc etiam in collectione Conciliorum, tomus Leonis ad Flavianum. Unde Ducang. in Glossario Gr. τόμος, *Libellus, acta & decreta Synodi & totum illud, quod fidei professionem & expositionem continet, complectens*, ubi multa loca explicationi huic opportuna colligit. Gretzerus item ad Cantacuzenum, l. 2. c. 40. τόμον in Synodis ait esse libellum, acta & decreta ejus, & totum illud quod fidei professionem expositionemque continet, complectentem. Itaque tomus quarto præsertim sæculo pro Epistola Synodica habebatur, quæ breviter res in Synodo gestas, & dogmata promulgata enarraret, uti ex locis Gregorii Naz. Nicephori Patriarchæ, ac præsertim exemplo tomi Alexandrini ab Athanasio conscripti, commonstratur. Cum igitur Epistolam hujusmodi Synodicam paucis conscriptam ab Alexandro nomine Synodi centum circiter Episcoporum datam habeamus, in qua cum Arii damnatio tum Synodi sententia efferuntur, quam aliam dixerimus Tomum nuncupari, nisi eam quam ad omnes universæ Eccl. catholicæ Episcopos misit, quamque superius ex parte retulimus? Eam siquidem jam a plurimis per orbem Episcopis subscriptam memorat idem Alexander in Epistola sua ad Alexandrum Byzantium. Huic tamen sententiæ Tillemontius obsistit, hoc argumento sane frigido & nullo. Non verisimile, inquit, est Episcopos gestis quamplurimis in ea Epistola memoratis, quorum testes esse non possent, suffragium dedisse. Sufficiebat enim ut confessioni fidei subscriberent, & se Arianos non recepturos ad communionem esse profiterentur: neque videtur Tomus aliud quidpiam complexus esse. Hæc ille: at non meminit multa hoc sæculo exempla offerri, ubi absentes Episcopi Tomis & Epistolis Synodalibus, queis gesta bene multa enarrantur, suffragium dant & subscribunt. In tomo quippe Athanasii supra memorato, in quo gesta Synodi accurate recensentur, Antiocheni qui gestis non interfuerant calculum addunt. Sic enim ibi, p. 287. καὶ μετὰ τὸ ἀποσταλῆναι ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν τόμον τοῦτον, οὕτως ὑπὸ τῶν προειρημένων ὑπογεγραμμένον, κατὰ ταῦτα καὶ αὐτοὶ ὑπέγραψαν· id est, *Postquam autem Tomus hic Alexandria missus est, a supra dictis ita subscriptus, postea & ipsi quoque* (*Antiocheni*) *subscripsere:* & postea adsertur Paulini subscriptio, qui sane gestis in Tomo memoratis non interfuerat, nec eorum testis esse poterat. Et Epistolæ Encyclicæ Synodi Sardicensis, ubi historia rerum in Synodo gestarum recensetur, Episcopi plus ducenti, qui Synodo non interfuerant, subscripsere, qui longo itineris intervallo dissiti, gestorum testes esse non pote-

poterant. Verum non quasi rerum in Synodo gestarum testes subscribebant; sed dogmata, anathemata, hæreticorum & factiosorum hominum depositiones suffragio suo muniebant. Tillemontii igitur ratio nulla: neque felicius Valesius qui putat Tomum hujusmodi esse Epistolam ad Alexandrum Byzantium missam. Nam ex iis quæ superius adtulimus videtur Tomum illum, aliud quidpiam ab Epistola esse: Tomus item ille ad omnes ubique Episcopos missus fuerat, ut ex memoratis ibidem subscriptionibus liquet, hæc vero Epistola ad unum Alexandrum missa est. Ad hæc autem Epistola ad Alexandrum prolixior est, quam quæ possit τόμος vocari, nam, ut supra ootavimus, Tomus dicitur in quo συντετμημένως ac συντόμως, sive perbreviter res enarrantur; hic vero fuse admodum recensentur, nam vix tredecim quatuordecimve paginis Epistola illa persolvitur. *Vales. in notis ad l. 1. c. 4. Theodoreti.*

ANIMADVERSIO VII.

Quo tempore Athanasius in Thebaidem profectus Pachomium viserit.

AUctor vitæ S. Pachomii, qui quarto sæculo scripsit, narrat Athanasium, initio Episcopatus sui Thebaidis Ecclesias Meletianorum dissidio Arianorumque motibus deflagraotes perlustrasse, quo vacillantes dabilesque animos recrearet & firmaret in vera fide. ὁ δὲ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρείας ὢν κατὰ τὸν καιρὸν ἀρχόμενος τῆς ἐπισκοπῆς· id est, *Sanctissimus Archiepiscopus Alexandrinus tunc temporis episcopatum inibat*. Hinc nos in annum circiter 327. hunc profectum consignamus. Nimirum Athanasius vertente, ut diximus, anno 326. in Episcopum Alexandrinum adlectus, sequente hoc iter instituerit. Id tamen Scriptori nostro non placet, qui in annum 333. Thebaicum iter conferendum æstimat. Et quia cum ratione pugnare videtur ut is, qui anno 326. Episcopus esse cœperit, anno 333. Episcopatum inire dicatur, nec nisi ἀμηχανίας ergo potest talis conjectura proferri, validissima, ut putat ille, argumenta adversum stare pugnat. Nam, inquit, eadem in vita narratur Athanasium jam pro fide Christi varia perpessum esse, μάλιστα ἀκούων τοὺς ποικίλους πειρασμοὺς οὓς ὑπέμεινε κατὰ τὸ εὐαγγέλιον καὶ κατὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν, ὧν ἕνεκεν καὶ μετὰ ταῦτα ἔπασχεν· hinc vero consequitur, pergit ille, post cœptas de calice fracto, de mensa subversa, & de Arseoii nece criminationes, atque adeo circiter annum 333. hoc iter suscepisse Athanasium: nam anno 327. nondum periculis & ærumnis perfunctus erat. Verum etsi jejuna oimis horumce temporum historia, oblatas Athanasio calamitates nullas memoraret; esset hujus Scriptoris testimonium ad rem alioquin probabilissimam afferendam satis: conspecto namque turbulento Arianorum Meletianorumque animo, vel tacentibus Scriptoribus, multa ipsos in Athanasii perniciem molitos verisimile esset. At longe secus res se habet. Nam Athanasius ipse ait, Arianorum, postquam primo damnati fuerant, scilicet anno 321. impetum in se prorupisse, hincque eosdem conspecta sua in Nicæna Synodo pro fide tuenda firmitate in majus sui odium exarsisse: in Epistola autem Ammonii Athanasio æqualis, fertur Athanasium, statim atque ordinatus fuerat, a sceleratis quibusdam lacessitum fuisse calumniis; quasi scilicet junior pro tanto munere cooptatus fuisset, eosdemque improbos Ecclesiam Dei scindere nisos esse narratur; ἔλεγε δὲ ἡμῖν πάλιν Παχόμιος, (sic Ammonius,) ἅμα τῷ κατασταθῆναι Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον, ὡς ἀγαθοὶ ἄνδρες αἰτιῶνται τὸ χρῆμα τοῦ θεοῦ ἐπ' αὐτῷ γενόμενον, προβαλλόμενοι τὸ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ τὸ νέον, καὶ σχίσαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ σπουδάζοντες. Cui suffragatur Epiphanius, dum ordinatum post Alexandri Alexandrini mortem a Meletianis Theonam quemdam testificatur, qui Alexandrinam sedem, conspirante lucifugarum turba, tribus mensibus teouerit. Itaque licet parcissime rea illius temporis tangant Scriptores, magna tamen Athanasio tum objectas tentationes significaot: certumque insuper est multo plura prætermisisse, quam narraverint. Ex leviori ergo conjectura rem ille planam & dilucide narratam evertit. Et vero perinde mihi absonum videtur dici, ἀρχόμενος τῆς ἐπισκοπῆς, qui septimum vel octavum Episcopatus annum agit, ac si quis illud Lucæ, ὢν ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, sic explicaret, ut Jesum tum trigesimumseptimum vel trigesimumoctavum vitæ annum egisse statueret. Ad hæc, consentaneum est Athanasium ipso Episcopatus initio loca remotiora, Meletianorum Arianorumque fraudibus tentata, adiisse, nec io plures annos remisisse munus. Et alioquin anno 333. mense circiter Martio quo susceptum ab Athanasio iter vult Tillemontius, dum bello ferverent omnia, & jam ardentes scelere adversarii extrema ipsi portenderent, non sat otii & spatii habuisse videtur, ut remotissima illa loca peteret. Illo quippe anno, Eusebianis molientibus, in perniciem Athanasii Cæsareæ in Palæstina indicta Synodus est; ut calumniæ de calice fracto, de mensa subversa, & de Arsenii nece ab ipsis conspirationis auctoribus disquirerentur. Quod malum ut præverteret Athanasius, detectæ sycophantiæ monumenta Imperatori remisit, quo factum ut ille Eusebianos in Palæstinam properantes revocaret, & a cœptis perficiundis arceret. Aliquot autem annis antequam Synodus Cæsariensis indiceretur, Meletiani Eusebianorum suasu crimina in Athanasium commenti, turbas per Ægyptum moverant, ad Imperatorem confictas accusationes detulerant, Athanasium eo deduxerant, ut sui purgandi causa Nicomediam ad Imperatorem se conferret: omnia tumultu repleverant. Nec videtur in illud tempus opportune posse Athanasii in Thebaidem profectionem conferri.

Acta SS. Maii Tom. 3. num. 20.

Till. Vie de S. Athan. Art. 14. & Not. 16.

Ibid.

Ibid. p. 65.

Epiph. Hær. 68.

ANIMADVERSIO VIII.

Quo tempore Antonius Alexandriam venerit.

ARiani rumoribus in Secta suæ gratiam spargendis pervigiles, Aotonium Monachorum patrem doctrinæ favere suæ cum effutirent, Antonius suspicioni levandæ, rogantibus Episcopis, Alexandriam properat. Ubi palam se Arianos detestari professus: hæresim illam antichristi prodromum esse declaravit. Hunc Antonii profectum nos in annum circiter 334. his de causis conjecimus. Quod Athanasius qui in Vita Antonii temporis ordinem adprime sectatur, ante missas a Constantino

Athan. in vita Anton. p. 325.

tino Imperatore ad Antonium literas, hanc rem scripto consignet. Et sane ea accuratione ille Antonii gesta recenset, ut ne vel unam rem gestam præpostere narrare deprehendas. Ne autem post annum 335. id reponi posse putemus vetat Athanasius, qui ait se cum Antonius accessit, Alexandriæ fuisse. At ab anno 335. dum viveret Constantinus Alexandriam non vidit ille, qui toto deinceps Constantini tempore Treviris exulabat. Et tamen ex Athanasii serie, Constantino imperante Antonium Alexandriam venisse necesse est. Huc accedit Antonium in gratiam Athanasii exulis ad Constantinum scripsisse, secundum quas datas literas, qui potuerint Ariani effutire, ac populis suadere Antonium ex partibus stare suis; ita ut hujus levandæ opinionis ergo necesse fuerit Antonium Alexandriam arcessere.

Till. Vie de S. Athan. Art. 66. & Not. 69. Verum annis prope viginti tardius Tillemontius hunc profectum Antonii statuit his de causis. Primo quia Hieronymus testificatur se infantem fuisse cum Antonius Alexandriam venit: cum autem Hieronymus, anno 342. vel 343. natus apud Baronium feratur, non potest tempore Constantini venisse Alexandriam, nam Imperator ille anno 337. obiit; aliquot scilicet annis ante Hieronymi ortum. Ad hæc Didymus, teste Hieronymo, ita florebat cum Antonius Alexandriam venit, ut fama viri permotus ille ipsum adierit: at is cum anno 392. quo Hieronymus librum de Scriptoribus Ecclesiasticis adornavit, 83. annorum fuerit ut idem Hieronymus testificatur; anno 334. vel 335. 26. annorum fuerit: qua ætate non tantæ fuerit existimationis, ut homines ad sui spectaculum evocarit. Hæc ille. Et sane si vere anno 342. vel 343. natus Hieronymus esset, ut habet Baronius, magni habenda ratio esset: verum hæc opinio quæ Mariani item Victorini est, ex præjudicata opinione oritur, quia scilicet Hieronymus sub finem imperii Constantii se infantem fuisse dicit: quæ loquendi ratio apud Hieronymum frequens, de tricenario expressa nonnumquam apud eumdem Scriptorem deprehenditur; ut pluribus rem comprobabit D. Martianæus noster in vita Hieronymi. Cum itaque Hieronymus anno 420. finem vivendi fecerit, nonagenario proximus, sive ut vetus vitæ ejus Scriptor narrat, 88. annorum sexque mensium, quæ item Erasmi sententia fuit; anno 31. vel 32. ortum duxerit. Aliud de Didymo admodum leve est: nam sive annorum 26. cum Antonius Alexandriam migraret, sive etiam aliquantum junior fuisset, non immature dicatur jam illa ætate eum disciplinis instructum tantaque Scripturarum intelligentia præditum fuisse; ut mirer talem adversum rationem adduci in medium. Quare nihil ad seriem Athanasii interturbandam momenti adserunt argumenta illa ex Didymi & Hieronymi ætate petita. Addo nullo modo stare posse Tillemontii sententiam; qua ejus Alexandriam iter in annum confert 352. id est in finem vitæ illius. Me quippe fugit, quæ causa tunc erat ut Antonius imminente jam obitu se Arianis non favere testificaretur, qui ex quo pervulgata pestis illa fuit, classicum in Thebaide canebat contra hæreticos, qui ad Imperatorem Constantinum Athanasii exulis revocandi gratia literas miserat, qui Balacio Duci Arianis amico, Catholicis infensissimo, mortem anno 341. ejus rei causa interminatur, quæ nec diu postea subsequuta est, qui Arianos semper, ut Athanasius habet, ceu canes pellebat: an hujusmodi viri dubia ad finem usque vitæ de Arianis sententia? At dicit Tillemontius, Impudentissimi homines erant Ariani, qui vel in apertissimis rebus, si e re fore sua sperarent, mentirentur. Verum illi patefacto sexcentis argumentis Antonii erga se odio, eum nihili faciebant ac vilipendebant, nedum ut suæ sectæ hominem prædicarent. Sic Gregorius Arianus ejus literas cum ignominia & risu excepit, auctorque Balacio fuit ut in eas humi projectas contumeliæ causa conspueret, idque jam ab anno 341. εἴ ποτε οὖν, sic Athanasius, ὁ πατὴρ Ἀντώνιος ἐκ τοῦ ὄρους ἔγραφεν, ὥσπερ βδέλυγμα ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια, οὕτως ἐβδελύσσετο καὶ τὰ τοῦ ἁγίου γράμματα. *Si quando igitur Pater Antonius illi ex monte scriberet, sicut pietas erga Deum peccatori abominatio est; sic ille sancti viri literas execrabatur:* & paulo post, *Antonius vero cum aliquando scripsisset, auctor fuit ille (Gregorius) ut Balacius Dux in Epistolam spueret, illamque projiceret: sed rem haud inultam reliquit divina vindicta; siquidem non diu postea equo insidentem Ducem, & ad proximam mansionem iter instituentem, conversus equus in femore ita momordit, ut humi dejiceret, intraque triduum ille obiret.* Hæc Athanasius, postquam ante dixerat, in illa Arianorum irruptione Monachos dire vexatos & plagis laniatos fuisse. Hæc anno 341. & 342. An exinde opus fuerit ut Antonius Alexandriam veniret, quo se cum Arianis non consentire declararet, qui jam anno 335. Constantino in gratiam Athanasii rescripserat, qui anno 339. paulo post reditum Athanasii ab exilio, divinitus revelatam sibi proximam Arianorum irruptionem, cum detestatione eorumdem ubique pervulgarat: annon vel tunc Antonii erga Arianos animus omnibus perspectus & notus erat? Num sibi amicum talem Ariani vel tunc temporis, vel subsequentibus annis jactitassent, tot datis ultro citroque infesti animi signis? Sane ex iis, quæ supra diximus, liquet Antonii Alexandriam profectionem ante primum Athanasii exilium sive ante annum 335. contigisse. Unum est quod negotium facessere valeat, Theodoretus lib. 4. c. 27. ait, Antonium Constantii temporibus Alexandriam venisse, ἐν τοῖς Κωνσταντίου καιροῖς, qui Constantius imperium iniit anno 337. non potest igitur in annum 334. Antonii Alexandriam profectus consignari. Verum Theodoreti narratio nos a sententia minime dimoveat: nam ibi Theodoretus ἐν παρέργῳ loquitur, ubi res Ephesinæ Synodi recenset: & alioquin Athanasii nobis auctoritas, & cætera quæ adtulimus, Theodoreti testimonio potiora essent. Nam Theodoretus plerumque in temporum calculo labitur; ut cum ipse Tillemontius, tum alii, qui historiæ Ecclesiasticæ navant operam, sæpissime deprehendunt.

P. 139.

ANIMADVERSIO IX.

An vera historia mulierculæ, quæ Athanasium in Synodo Tyria illati sibi stupri insimulaverit.

Vie de S. Athan. art. 20. VEteris opinionis retinentissimus Tillemontius, ægre tulit a nobis ut suspectam mulierculæ violati pudoris in Synodo Tyria Athanasium accusantis historiam adferri. Verum ea in re vulgarem

garem æstimandi morem sectamur. Subornatam ab Arianis mulierem, quæ Athanasio crimen offerret, ait Rufinus, idipsum a Rufino mutuati narrant Theodoretus & Sozomenus; sed hic postremus, addita cautione, rem in actis non reperiri dicit. Socrates Rufini pedissequus, suspectam rem habuit, ideoque prætermisit. Jam hinc vacillare videtur historiæ fides: verum nutabit omnino, & fortasse corruet, si animadvertas Athanasium, qui ut sese purgaret, & ut Arianorum nequitiam sycophantiamque proderet, res Tyrias bis terve fuse recensuit, ea de re siluisse: Synodosque Alexandrinam, Romanam & Sardicensem, in quarum Epistolis synodalibus Athanasius singulatim ab objectis Tyri criminibus purgatur, pari silentio uti. Annon hujusmodi silentium nutanti jam historiæ fidem deroget? An hujusmodi crimen est, quod taceri possit a judicibus, qui recensitis calumniis sententiam ferunt in sycophantas, ut præstitere Sardicenses Patres? Reus agitur Episcopus, quod mulierculam violaverit: ejus sycophantiæ auctores falsi in Synodo arguuntur: an potest tam atrox flagitium ab Athanasio, qui bis res Tyrias fuse prosequitur, a Sardicensibus Patribus, qui recensitis calumniis sententiam in maledicos proferunt reticeri, si vere gestum fuerit? Quid ex hujusmodi silentio arguatur, nisi rem nec notam nec gestam umquam fuisse? Nam Rufini testimonium hujusmodi silentio obruitur. Et alioquin hæc historia fingentis potius artificium, quam rem vere gestam subolet: quis credat enim Arianos tam supinos tam stolidos fuisse; ut subornatæ mulierculæ, quæ Athanasium de facie non noverat, non indicarent quis Athanasius esset, quem in judicio accusandum oporteret? Rufin. l. 1. c. 17. Sozom. l. 2. c. 25. Theod. l. 1. c. 30.

A N I M A D V E R S I O X.

De significatu vocis ἐργασία.

PUtabamus olim hunc Athanasii locum Apol. contra Arianos, p. 53. ἐργασίαι τε κατ' αὐτῶν ἐπεγείροντο, καὶ ἐθνικοὶ δῆμοι πρὸς τὸ γυμνοῦν, τύπτειν, sic exponendum esse: *Hinc flagitia adversus illas* (Virgines) *admissa: populi nempe Ethnici ipsas nudabant, verberabant*, &c. Sub hæc autem in Onomastico monuimus, hic ἐργασίας officinarum operas commodius exprimere. Cui interpretationi suffragatur inscriptio a Sponio eruta. τόνδε τὸ ἡρῷον στεφανοῖ ἡ ἐργασία τῶν βαφέων· hoc est, *Hoc Heroum sepulcrum corona exornant operæ tinctorum*. Hic igitur Athanasii locus sic explicandus, *Officinarum operæ, populique Ethnici adversus illas concitabantur, ut eas nudarent, verberarent*, &c. Spon Voyage, T. 3. p. 150.

A N I M A D V E R S I O XI.

Ad quem missa Flavii Hemerii Epistola.

ISchyræ, cujus ministerio usi Eusebiani insidias in Athanasium struxerant, Ecclesiam Episcopatumque excitare curantes, quo sycophantiæ gratiam pensarent, Imperatori auctores fuerunt, ut literis ad Catholicum, sive Thesaurarium missis, juberet Ecclesiam Ischyræ ædificari in loco Pax Secontaruri dicto: nec tamen ille quæsitam scelere Episcopatus umbram nancisci potuit. In Apologia vero contra Arianos exstat Epistola Flavii Hemerii Catholici, cujus titulus in prius editis vitio laborabat; ita quippe legebatur, ἐπιστολὴ τῷ Κολλούθῳ· deinde vero, Φλαύιος Ἡμέριος ἔξαρχος Μαρεώτου. Ubi nos ex Regio exemplari decimi circiter sæculi optimæ notæ sic restituimus, ἐπιστολὴ τοῦ Καθολικοῦ· ac postea Φλαύιος Ἡμέριος ἐξάκτορι Μαρεώτου· quam lectionem optime habere ex præcedentibus liquet, nam paulo superius ita legitur. καὶ ὅμως πεποιήκασι καὶ βασιλέα γράψαι τῷ καθολικῷ, πάντα γὰρ αὐτοῖς ἔξεστιν, ἐκκλησίαν αὐτῷ γενέσθαι, ἵνα ταύτην ἔχων, ἀξιόπιστος φαίνηται περὶ ποτηρίου καὶ τραπέζης λέγων. Ubi prius editi contra fidem Codicum omnium, sic habent, καὶ βασιλέα γράψαι τῷ Κολλούθῳ· Editores quippe ex subsequenti vitiato titulo, ἐπιστολὴ τῷ Κολλούθῳ, hic etiam Κολλούθῳ reponendum censuerunt, licet omnes mss. τῷ καθολικῷ præferrent. Locum autem ita vertimus, *Nihilo tamen minus Imperatori auctores fuerunt* (Eusebiani) *ut literis ad Catholicum* (sive Thesaurarium & Procuratorem fisci) *missis: illis quippe omnia licent, juberet Ecclesiam Ischyræ ædificari; ut ea potitus, fide dignus haberetur cum de calice & de mensa ferret testimonium*. Imperator itaque Catholico Alexandrino, Catholicus Exactori Mareotæ pro excitanda Ecclesia scribit, hoc pacto: Athan. p. 80. & 81.

Epistola Catholici.

Flavius Hemerius Exactori Mareotæ, salutem, Ischyra presbytero pietatem Dominorum nostrorum Augustorum ac Cæsarum rogante, sibi in loco Pax Secontaruri dicto construi Ecclesiam: jussit eorum divinitas, θειότης, *id quam primum effici. Curato igitur, ut exemplar nactus divini diplomatis, quod cum debita reverentia priore loco positum est; necnon monumenta coram mea sanctitate edita, ea cito perlustrata in commentario reponas; ut quæ divinitus jussa sunt, ad exitum deduci queant.*

Ex his igitur, ut etiam ex Regii Codicis lectione, palam est Epistolam hanc Flavii Hemerii Catholici esse & ad Exactorem Mareotæ mitti: nam quod in prius editis legitur, Φλαύιος Ἡμέριος ἔξαρχος Μαρεώτου, ab Editoribus ideo positum est, quod Basiliensis Codex sic haberet, Φλαύιος Ἡμέριος ἐξάκτωρ male: illi vero ἐξάκτωρ in ἔξαρχος perperam verterunt, neque enim in Mareote, Alexandrini agri parte, Exarchus esse poterat. Hæc pluribus efferre visum, quia Tillemontius eam restitutionem nostram vel non animadvertit, vel penitus neglexit. Et quidem ille mendum subodoratus, conjectura lapsum sarcire conatus est; sed non ita feliciter. Etenim illius loco, ἐπιστολὴ τῷ Κολλούθῳ, sic legendum putat, ἐπιστολὴ τῷ καθολικῷ· at perperam, nam, ut supra videas, Epistola Catholico missa, Augustorum & Cæsarum erat, eaque nusquam reperitur: quæ sequuntur autem sic restauranda putat Tillemontius post Henricum Valesium, Φλαύιος Ἡμέριος ἐξάρχῳ Μαρεώτου, quæ sane ἀσύστατα sunt: nam idem essent Catholicus & Exarchus, officia sane longe disparata; at in Mareote Alexandrini agri parte nec Catholicus nec Exarchus erat. Exarchi enim summi Imperii pro-

proceres fuere, quorum ea erat auctoritas & dignitas, ut ministerium Imperialis fastigii peregisse dicantur in Libro Diurno Romani Pontif. c. 2. Tit. 4. p. 19. Hae vero posita lectione, quisnam erit ille Flavius Hemerius qui tanta auctoritate Catholico & Exarcho, ut Dominus famulo imperat: cujusque officium nullum memoratur secundum Tillemontianam restitutionem? Hic spero neminem, re perpensa, restitutioni nostræ repugnaturum esse.

ANIMADVERSIO XII.

An Epistola Eusebii Cæsariensis Libro de Nicænis decretis recte subjungatur.

Athan. p. 96. Guillelm. Cave.

ÆGre tulit vir quidam eruditus & de Republica literaria bene meritus, nos libro de Nicænis decretis Epistolam Eusebii subjunxisse: ratus rem esse prorsus peregrinam, & extra sedem propriam hic locari: ac de tali ausu, usque adeo indignatur ut in *Elencho rerum* nos ideo malæ fidei accusaverit. Hæc ejus verba sunt, p. 90. *Antequam hanc de Epistola Eusebiana disputationem claudam, non abs re erit breviter inquirere, unde factum sit, ut inter Athanasii opera locum habeat. Reposuerunt illam in Tom. 1. novissimæ editionis Curatores, Petrum Felckmannum hac in parte secuti, qui editionem Commelinianam anno 1601. adornavit, primusque hanc Epistolam editis Athanasii operibus inseruit; præter unicum Basiliensem, nullum Codicem manuscriptum reperire potuit, quo inter opera Athanasiana reperta fuerit: alterum addidere Benedictini, in Bibliotheca Regia Parisiensi: cujus vero ætatis, quantive pretii hi Codices sint, nos non docent. Unde Parisienses Editores anno 1627. quamvis in cæteris editionem Commelinianam presso pede sequebantur, hanc tamen Epistolam excluserunt. Certe mihi videtur ab aliis adjecta, & ex Theodoreti historia primum deprompta. Verum ipsius Athanasii testimonio sententiam suam confirmare satagunt* (a) *unica Felckmanni conjectura nixi. Frustra quidem. Ipsa Athanasii verba hæc sunt;* (b) *postquam dixisset Eusebium Epistola sua Arianos accusasse, sequitur,* ἣ τῶν οἶδε καὶ Ἀκάκιος· εἰ μὴ καὶ αὐτὸς φοβηθεὶς, νῦν διὰ τὸν καιρὸν ὑποκρίνεται καὶ ἀρνεῖται τὴν ἀλήθειαν. ὑπέταξε γοῦν ἐν τῷ τέλει τὴν ἐπιστολὴν Εὐσεβίου· ἵνα ἐκ ταύτης γνῷς τούς τε χριστομάχους, καὶ κατὰ περιττὸν τὴν Ἀκακίου περὶ τοὺς ἑαυτοῦ διδασκάλους ἀγνωμοσύνην. Et hoc ipsum scit Acacius, nisi & ille quoque nunc metu temporum id dissimulandum putet, veritatemque inficiari velit. Certe & is in fine subjunxit Epistolam Eusebii, unde eos & Christi perduelles videas, & in primis Acacii adversus præceptores suos stoliditatem deprehendas. *Hæc ut sententiæ suæ accommodarent, textui Athanasiano vim inferre necesse habent, ac proinde pro* ὑπέταξε, *substituerunt* ὑπέταξα; *plane contra omnium Codicum fidem, non diffitente ipsomet Felckmanno, qui nec ipse textum mutare ausus est. Quin & totus ipse contextus, quidquid aliter sentiat Felckmannus, repugnat; disputat enim his verbis Athanasius adversus Acacium, ipsius Eusebii discipulum & successorem, inconstantis ingenii virum, qui nunc cum Catholicis, nunc cum Arianis fecit, quique ad scripti alicujus sui calcem (multa enim, eaque, ut videtur, in Arianorum gratiam scripsit,) hanc Magistri sui Epistolam subnexuerat, eoque pacto stoliditatem adversus præceptores suos ostenderit, subjecta nimirum Eusebii Epistola, qua Arianos diserte damnaverat. Verbis in hunc sensum explicatis, commode & perspicue fluunt omnia. An vero rem acu tetigerim, Eruditorum judicium esto.* Hæc ille: at in ea docti viri narratione, nihil sanum, verum nihil deprehendas. Nam quod ait primo Felckmannum fateri in omnibus Codicibus, uno excepto Basiliensi, adesse lectionem ὑπέταξε, majoremque Codicum numerum hanc lectionem præferre, non accurate dictum, siquidem Felckmannus duos solum de decretis Nicænis adesse sibi Codices testificatur; nimirum Basiliensem & eum quem VII. notat. Primus autem, scilicet Basiliensis, omnium antiquissimus & optimus, ὑπέταξα habet, cui addas Regium decimi sæculi exemplar egregiæ notæ. Cum ergo duo manuscripti Codices, iique præstantiores & antiquiores nostram lectionem præferant, unusque tantum & quidem inferioris notæ & ad Basiliensis fidem descriptus, ut ait Felckmannus in notis p. 55. secus habeat, cur nobis Exemplarium penuriam perpetuo decantat? Nam quod ait ille, nec Felckmannum monuisse cujus vetustatis esset Basiliensis Codex, nec nos de antiquitate Codicis Regii dixisse quidpiam, perinde falsum, & ne dicam, malæ fidei, summæ saltem oscitantiæ est: nam in Præfatione ad Editionem Commelinianam, cui notas suas subjunxit Felckmannus, hæc habentur: *Primus Codex isque vetustissimus (ideoque lectu perdifficilis,) optimus, & qui plura reliquis omnibus habet, est Academiæ Basiliensis* ..... & postea, *in exemplari Basiliensi, quod cæteris omnibus jure præferimus*, &c. De Regio autem Codice diximus nos in Præfatione: *Basiliensi Codici haud multum concedere putatur Regius, num. 2284. septingentorum circiter annorum, egregiæ notæ*, &c. Et postea in syllabo Codicum diximus nos eodem Codice Regio 2284. ad Epistolam de Nicænis Decretis usos esse, init. T. I. Itaque ex Felckmanni & ex nostra parte stant duo vetustissimi omnium Codices; ex altera duo item, sed longe recentiores & inferioris notæ. Et aliunde lectio ὑπέταξα ita loco congruens est, ut si ὑπέταξε legas, aptam sententiam frustra quæras, ut inferius clare comprobatur. Non verius loquitur cum ait, Felckmannum vocem ὑπέταξε in ὑπέταξα commutare non ausum esse: nam ideo non emendavit, quia lapsum *sero nimis* animadvertit: & incogitantia item evenisse testificatur, quod Epistola Eusebii in secundo Tomo cusa, Epistolæ de Decretis Nicænis subjuncta non fuerit. Dolebat quippe veram lectionem non restitutam, nec Epistolam in sede propria locatam fuisse, ut ex ejus verbis arguitur. Etenim secundo Tomo Commelinianæ editionis hæc notat Felckmannus ante Epistolam Eusebii ad Cæsarienses, p. 47. *Sequentis Epistolæ cum sæpe Athanasius mentionem faciat..... Et vero etiam lib. de Decretis Nicænis dicat se eam illi operi subjuncturum (ita enim textus ibi legendus est), quemadmodum etiam in Cod. ms. Græco Academiæ Basiliensis post id posita est: idcirco eam hoc loco post Athanasii Epistolas subjicere voluimus bona fide ex dicto ms. Basil. descriptam, cum ea sero nimis animadversa suo loco reponi jam non posset.* Sic Censor ille res non uti se habent, sed uti sua interesse putat, effingit; quale est illud, *Unde Parisienses editores anno 1627. quamvis in cæteris editionem Commelinianam presso pede sequebantur, hanc tamen Episto-*

V. Edit. Felckm. Tom. 2.

Felckmannus textum non mutavit, ut cum versione Nannii congrueret.

(a) *Admonit. §. 2. p. 208. T. 1. Ed. Novæ. Felckm. Tom. II. p. 47. Var. Lect. p. 55.*
(b) *De Decret. Syn. Nic. p. 403.*

pistolam excluserunt. At secum reputare debuit editionem illam Parisiensem omnium teri manibus, nec posse tale commentum impune proferri. Editores quippe infinita propemodum immutarunt, aliquando bene, frequenter secus, ordinem non raro inverterunt: non modo Epistolam Eusebii, sed & alia multa resecuerunt, ut Epist. minorem Athanasii ad Monachos, varias Lectiones omnes, &c. ut plerique conquesti sunt; multa spuria tamquam germana adjecerunt: num dicere postea ausis, Editores Parisienses Edit. Commelinianam presso pede sequutos esse? Itaque Vir eruditus istæc obiter pertractavit, qui nec quæ legenda erant legerit, nec iis quæ legit satis adtenderit; id autem aperte liquet, in ea quam ex Nannio adtulit loci, quo de agitur, interpretatione: hæc Græca verba sunt, *καὶ τοῦτο οἶδε καὶ Ἀκάκιος, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς φοβηθεὶς νῦν διὰ τὸν καιρὸν, ὑποκρίνεται καὶ ἀρνεῖται τὴν ἀλήθειαν. ὑπέταξα γοῦν* (alius Codex *ὑπέταξε*) *ἐν τῷ τέλει τὴν ἐπιστολὴν Εὐσεβίου, ἵνα ἐκ ταύτης γνῷς τούς τε χριστομάχους, καὶ κατὰ πονηρίαν τὴν Ἀκακίου, πρὸς τοὺς ἑαυτῶν διδασκάλους ἀγνωμοσύνην*, quorum sensus haud dubie hic est: *Quod sane non ignorat Acacius*, (id est, Eusebium in Epistola sua ad Cæsarienses *τὸ ὁμοούσιον* admisisse), *nisi & ipse nunc præsentis temporis causa, factum præ metu dissimulet, veritatemque neget. Itaque in fine subjeci Eusebii Epistolam, ut Christi hostium, ac præcipue Acacii in suos magistros perfidiam, (sive ingratum animum) ex ea liquido cognoscas*. Nimirum Athanasius hic Acacium & Arianos perfidiæ & ingrati animi accusat, quia *τὸ ὁμοούσιον*, quod in Epistola sua Eusebius Cæsariensis ipsorum magister confessus erat, ipsi negarent & impugnarent; utque res ad ejus, cui literas mittit, amici notitiam veniat, illam se Eusebii Epistolam in fine subnexurum ait. Contra vero si *ὑπέταξε* legeris, & ab Acacio subjunctam Epistolam dixeris, aptam sententiam numquam efficias: nam cui operi hanc subjunxerit Acacius, nuspiam meminit Athanasius; imo nec Acacii, nec operis cujuspiam ab eo editi, umquam antea in hac Epistola verba fecit. Et prorsus *ἀπροσδιόνυσον* est dicere Acacium ideo illam Epistolam subjunxisse, ut ille amicus Athanasii, cui Epistolam mittit, cognosceret Arianorum & ipsius Acacii perfidiam. Et tamen hæc est loci sententia, si stet lectio veterum Editorum, *ὑπέταξε γοῦν ἐν τῷ τέλει τὴν ἐπιστολὴν Εὐσεβίου, ἵνα ἐκ ταύτης γνῷς τούς τε χριστομάχους καὶ κατὰ πονηρίαν τὴν Ἀκακίου πρὸς τοὺς ἑαυτῶν διδασκάλους ἀγνωμοσύνην.* Quamobrem Nannius ex vitiata lectione *εἰς ἀμηχανίαν* actus, eam quam supra adtulimus edidit versionem, *Certe is in fine subjunxit Epistolam Eusebii*. Quæ sunt *ἀσύστατα*, nam neque Athanasius Acacium antea, nec umquam opus quoddam illius indicavit, cui Epistolam Eusebii subjungeret; particula autem *γοῦν* hic aperte concludentis est, & *itaque* vertenda ut ex ordine sermonis videas. Quæ sequuntur autem in Nannii versione vitio laborant: *Unde eos & Christi perduelles videas, & in primis Acacii adversus præceptores suos stoliditatem deprehendas*. Nam ut vel mediocriter perito liquidum est, sic legendum & vertendum est: *Itaque in fine subjeci Eusebii Epistolam, ut Christi hostium ac præcipue Acacii in suos magistros perfidiam (seu ingratum animum) ex ea liquido cognoscas*. Et sane cum duo antiquissimi omnium Codices in fine libri de Decretis Nicænis Epistolam Eusebii subjunctam habeant, hinc commonstratur ab ipso Athanasio vere subnexam fuisse: numquam enim cogitasset Amanuensis ipsam huic operi subnectendam exquirere, si non adfuisset. Nam quod alius posterioris ævi & infimæ notæ Codex ipsam non circumferat, nihil mirum: quia ut persæpe in Athanasii edito monuimus, Amanuenses, cum levandi laboris, tum quæstus causa, multa etiam necessaria prætermittebant; ut majus ex opera & labore suo lucrum accederet. Hæc satis superque sunto. Siquidem etiamsi Epistolam Eusebii non subjunxisset Athanasius, quod tamen fecisse illum certissimum est, quid mali admisissemus, eam subnectendo, de qua scilicet pluribus agit ille in libro de Nicænis Decretis?

Cæterum quod ille Scriptor eruditus Eusebium ab Arianismo purgare nitatur, etsi pari atque cætera *ἀκριβείᾳ* id tentaverit; nihil curo. Quid ea de re sentiam ex ipsia Eusebii scriptis, summotis pro more altercationibus, declaravi in Præliminaribus ad Commentaria Eusebii in Psalmos. Quod autem adjicit idem, *Et quidem parum hac in parte audiendi sunt Scriptores Pontificii*, (sic Catholicos vocare libuit,) *jurati utpote Eusebii hostes, causam non dissimulante Baronio*; id non vere dicitur: non desunt enim apud Catholicos, qui Eusebii partes tueantur; & quidem prohibente nemine. Quod si multo plures in Eusebium sententiam dicant, quid inde arguas, nisi Eusebium adeo frequentes & perspicuas Arianismi notas tum gestis tum scriptis suis dedisse, ut paucissimi pro illo, innumeri contra semper steterint?

Adde, Erasmum, qui prior illam Athanasii Epistolam Latine vertit, eam ipsam, quam nos, lectionem Græcam sequutum esse. Locus Athanasii sic habet, *καὶ τοῦτο οἶδε καὶ Ἀκάκιος, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς φοβηθεὶς νῦν διὰ τὸν καιρὸν ὑποκρίνεται καὶ ἀρνεῖται τὴν ἀλήθειαν. ὑπέταξα γοῦν ἐν τῷ τέλει τὴν ἐπιστολὴν Εὐσεβίου, ἵνα ἐκ ταύτης γνῷς τούς τε χριστομάχους, καὶ κατὰ πονηρίαν τὴν Ἀκακίου πρὸς τοὺς ἑαυτῶν διδασκάλους ἀγνωμοσύνην.* quæ sic Erasmus transtulit, *Novit hoc & Acacius, nisi nunc & ipse metu perculsus pro tempore simulat, negatque veritatem. Subjunxi igitur in fine Epistolam Eusebii, ut ex hac abunde cognoscas, & istorum qui Christo rebellant, ac Acacii adversus suos doctores, ingratitudinem*. Ubi vides Erasmum *ὑπέταξα* legisse, ut omnes antiqui Codices habent, ac lectionem *ὑπέταξε* quæ in solo Gobleriano Codice ad fidem Basiliensis exscripto, adest, Amanuensis mendum esse: nam Basiliensis & Regius, ut diximus, *ὑπέταξα* habent. Hæc porro Erasmi versio cusa est in Editione Latina Athanasii Lugdunensi an. 1532. vide fol. 263.

A N I M A D V E R S I O XIII.

Quo anno Synodus Alexandrina celebrata fuerit, an 339. an 340.

QUia non ita feliciter calculum posuit Tillemontius, dum Epistolam Julii Papæ Synodicam in annum 341. contulit, quæ tamen nonnisi sub finem anni 342. data fuisse potest; hinc res ante Romanam Synodum gestas mirifice arctare compulsus est. Nam Constantinopolitanæ sedis invasionem ab Eusebio factam, in finem anni 338. aut initium subsequentis conjicit; Synodum vero Alexandrinam in medio anni 339. celebratam putat: cum enim invasionem Eusebii ea Synodus memo- Not. 18.

moret, post illam coacta sit oportet. Ut autem liberis spatiis veram temporum seriem teneamus, a reditu Athanasii orsi, sic omnia ad verum ordinem redigi posse censemus. Athanasius Treviris exul, a Constantino juniore remigrandi veniam accepit, datis ad eam rem 17. Junii literis; idque anno, ut nobiscum censet Tillemontius 338. Sub finem Junii profectus Athanasius, Viminacii ad Danubium Constantium adiit; inde Constantinopolim petiit: atque criminationi quam Macedonius Episcopo suo Paulo obtulit præsens fuit: sed postea reconciliata gratia Macedonius Paulo junctus, solito Presbyteri munere fungebatur. Sub hæc autem Constantius, dum in Orientem contra Persas concederet, Athanasium eodem itinere patriam repetentem Cæsareæ in Cappadocia iterum vidit & alloquutus est, mense Septembri: nam Constantius jam Antiochiam venerat mense Octobri: quippe qui V. Idus Octobris legem Antiochiæ dederit, *de Decurionibus*, ut videas in Codice Theodosiano. Contra Persas igitur properans Antiochiam venit. Inde Octobri mense Emesam, ubi data lex est, *de Decurionibus*, V. Kal. Novembr. Paulopost ad Persarum confinia vectus in Mesopotamiam, Edessæ consedit, ut ait Libanius Oratione ad Theodosium, ubi tamen lapsu graphico Emesam legitur; sed haud dubie Edessam legendum, ut & alibi: quæ postrema urbs in Mesopotamia erat. Inde reversus Antiochiam, legem dedit ad Acyndinum præfectum Prætorio, *de Temporum cursu*, vertente anno 338. scilicet VI. Kal. Januarii. Ineunte anno 339. cum in Syria degeret Constantius, Laodiceæ data lex est, *de Verborum formulis*, (in Codice Justin.) Kalend. Februarii. Paulopost idem Imperator, Heliopoli in Phœnice leges dedit, pridie Idus Martias, scilicet 4^{am}, *de Maternis bonis*, & 8^{am}. *Qui admitti ad bonorum possess.* Eodem mense Martio reversus est Antiochiam: ibidemque data est lex prima, *de Incestis nuptiis* pridie Kal. Aprilis. Hinc profectus Constantinopolim Constantius, Idibus Augusti legem 2. dedit, *Ne Christianum mancipium*. Hoc posito, eoque certissimo rerum ordine, propalam est Constantium, medio circiter anno 338. contra Persas profectum, non ante medium anni 339. Constantinopolim revertisse. Ibi vero, instigante Eusebio, Synodum coegit, in qua, accusationem redintegrante Macedonio, Paulus depositus, Eusebiusque ejus in locum subrogatus est. Hinc vero manifeste ruit illa nuperi Scriptoris computatio, qua Synodum Alexandrinam centum Episcoporum in medio anno 339. celebratam putat: nam cum ea Synodus Eusebii intrusionem, multaque alia deinde gesta Eusebianorum commemoret, post illam coacta sit oportet. Pauli vero, cui subrogatus Eusebius est, depositio, accusante Macedonio peracta est: siquidem Macedonius, qui uti supra diximus, cum patriam repetens Athanasius Constantinopolim advenisset, illo præsente, Paulum reum egerat; deinde reconciliata gratia, a cœpto destitit. At vixdum elapso a prima accusatione anno, instigante Eusebio, Antistiti suo iterum crimen obtulit, unde Pauli abdicatio & Eusebii invasio consecutæ sunt.

Apol. contra Arianos, p. 77. Apol. ad Constant. p. 317. Hist. Arian. ad Monachos, p. 128.

Hic vero Tillemontius iis, quos ipse sibi nemine auctore præscripserat, arctatus limitibus; ne Macedonii accusationem illam priorem sub Constantio, (nam sub Constantino semel, sub Constantio bis in crimen vocatus est,) quæ mense circiter Augusto anni 338. facta sit oportet, reconciliatam gratiam, inducias illas & pacem aliquanto tempore servatam, Constantinopolitanam Synodum, repetitam accusationem & abdicationem Pauli; hæc, inquam, omnia quatuor mensium spatio includere cogatur; priorem illam sub Constantio ab Athanasio memoratam accusationem in annum 336. conjicit, non animadvertens se Athanasio, quem tamen auctorem adfert, manifeste repugnare: accusationi namque priori sub Constantio, de qua verba facit Athanasius, ipse præsens interfuit, παρόντων, inquit, ὑμῶν κατὰ τὴν κατηγορίαν. Neque potuit ille alteri, Paulo Episcopo oblatæ, criminationi anno 336. interesse, Constantino videlicet Imperante; quippe qui anno 335. Alexandro Pauli decessore superstite, in Gallias relegatus sit, & anno tantum 338. sub finem Junii Treviris profectus ab exilioque redux Constantinopolim venerit.

Vide Till. sur S. Paul, de C. P.

Ex supradictis planum est non posse stare Tillemontii calculum, qui medio anno 339. celebratam putat Alexandrinam Synodum, cum maxime illa non intrusionem Eusebii modo, sed etiam bene multa alia commemoret post sedis Constantinopolitanæ invasionem ab Eusebio & sociis perpetrata. Verum ex repetito rerum gestorumque ordine id exploratum, ut spero, cuique erit Athanasius Cæsareæ in Cappadocia Constantium alloquutus, inde pedestri itinere per Syriam & Palæstinam Alexandriam petiit sub finem anni 338. Aliquanto post tempore Eusebiani, quorum in Athanasium odia nondum detumuerant, in unum coacti Arianos receperunt, Pistum Arianum Alexandriæ Episcopum constituerunt, Legatos Macarium, Martyrium & Hesychium ad Julium Papam; ad tres item Imperatores, tunc variis in orbis partibus versantes, literas miserunt: queis Athanasium, ut cædium & exsiliorum, postquam Alexandriam remigraverat, reum agebant: ejusque nomen apud Constantium deferebant, quod frumentum a Constantino Patre viduis alendis deputatum divenderet ac propriam in rem converteret. Oblatorum apud Imperatores criminum nuntium Alexandriam devenit: quibus conspectis allatisque Athanasius centum Episcoporum Synodum coegit. An ferendus itaque Tillemontius, qui in medium anni 339. hanc Synodum celebratam velit? Nam præter superius allata, quibus obsisti nequit, ut cum colore aliquo possent Eusebiani memorata crimina objicere; nempe cædes & exsilia post reditum irrogata, frumentum distribuendum in propriam rem distractum; necesse fuit Athanasium aliquanto jam tempore Alexandriæ commoratum, nuntiumque commentitiorum criminum Eusebianis, qui tum procul agebant, missum fuisse: in Synodo Eusebianorum quæ narravimus geri oportuit, mitti nuntios ad Imperatores; oblata apud tres Augustos crimina Alexandriæ renuntiari, cogi Synodum Alexandrinam centum Episcoporum. Quæ sane cordatus nemo, nisi volucribus nuntiis usi Eusebiani fuerint, tam pauculorum mensium spatio facta concesserit; Constantinus quippe in Galliis, Constans in Italia degebat. Anno igitur 340. celebratam Alexandrinam Synodum putamus: quod ipsius Athanasii testimonio confirmatur. Is enim anno 341. sub finem Aprilis ait, fratres ejusdem Synodi Alexandrinæ legatos, uti certum est, Romæ Synodum anno præterito σύνοδον postulasse, legatis Eusebii cum Athanasianis idipsum petentibus: commode namque eumdem in annum Synodus ejusque legatio conferantur: quod item ex præcedentibus propalam esse videtur, vix enim, ac ne vix quidem quæ a reditu Athanasii gesta feruntur anno integro accidere

Athan. p. 44. & 55.

po-

potuerunt. Et ideo, ut diximus, Tillemontius tantum hæc arctare compulsus est; quia Synodi Romanæ tempus anno uno præverterit: quod mox spero commonstrabitur. Ad hæc vero cum Pseudosynodus illa Constantinopolitana, qua intrusus in Constantinopolitanam sedem Eusebius fuit, post adventum Constantii Constantinopolim, qui sub finem Julii anni 339. certissime accidit, congregata fuerit, post anni medium celebrata illa fuit. Cum autem Synodus Alexandrina centum Episcoporum, non intrusionem Eusebii modo, sed etiam multa alia illam consequuta commemoret, nequaquam potest illa ante annum 340. coacta fuisse.

Non Placet Tillemontium quod diximus, Pistum ab Eusebianis in Episcopum cooptatum in Synodo fuisse. Ego vero fateor, illum Eusebianorum conventu, ab Athanasio, qui solus de Pisti ordinatione loquitur, Synodum nusquam vocari. Verum an cœtus ille Eusebianorum, in quo Ariani ad communionem admissi, Pistus adlectus, Athanasius repudiatus, tres legati ad Julium missi sunt, Synodus nuncupari debeat; id eruditorum examini permittam. Scio tamen in more esse, ut talis consessus Synodus appelletur. Nec sine causa queritur Athanasius Synodos quotannis ab Arianis celebrari. Note 38.

A N I M A D V E R S I O XIV.

Probatur Epistolam Synodalem Romanam, a Julio Papa datam, scriptam esse anno 342.

ETsi perspicuum putemus celebratam illam Synodum, & datam Julii Epistolam fuisse anno 342. quia tamen a viris insignibus, Baronio, Hermantio & Tillemontio, pro adversa opinione naviter pugnatum est; rem qualis in Athanasii scriptis & in Julii Papæ Epistola enuntiatur ipsis verbis adferemus: nam horum auctoritas, annuente Tillemontio, Socratis & Sozomeni, qui plerumque res miscuerunt, testimonio longe anteponenda. Synodus Antiochena, Constantio Augusto præsente, anno 341. celebrata est: ubi Eusebianorum opera Gregorius Cappadox Alexandriam Episcopus missus est, qui Athanasium deturbaret. Præmisso autem Philagrio, ut adlectum Gregorium nuntiaret: ipse Gregorius, paucis post Philagrii adventum diebus Alexandrinam invasit sedem. Athanasius vero post ingressum Gregorii, cum proximum periculum esset, ut scrutantium eluderet manus Paschalibus ipsis diebus se subduxit, & Romam navigavit. Hactenus, refragante nemine, sic se res habuerunt. Quid vero de rerum post gestarum serie Athanasius & Julius narrent, jam expendere libet. Post adventum Athanasii Romam Julius Papa legatos misit Elpidium & Philoxenum Antiochiam ad Eusebianos, ut Athanasius post allatam Alexandrinæ Synodi Epistolam enarrat his verbis, *Ταῦτα μὲν οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου πρὸς Ἰούλιον τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ῥώμης. καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον δὲ πρὸς Ἰούλιον ἔγραψαν, καὶ νομίζοντες ἡμᾶς ἐκφοβεῖν ἠξίωσαν σύνοδον καλέσαι, καὶ αὐτὸν Ἰούλιον, εἰ βούλοιτο, κριτὴν γενέσθαι. ἡμῶν τοίνυν ἀνελθόντων εἰς τὴν Ῥώμην, ἔγραψεν εἰκότως Ἰούλιος καὶ ἐπὶ τοὺς περὶ Εὐσέβιον, ἀποστείλας καὶ δύο πρεσβυτέρους ἑαυτοῦ Ἐλπίδιον καὶ Φιλόξενον. ἐκεῖνοι δὲ ἀκούσαντες περὶ ἡμῶν, ἐταράχθησαν, οὐ προσδοκήσαντες ἡμᾶς ἀνέρχεσθαι· καὶ παρῃτήσαντο, προφάσεις ἀπιθάνους πορισάμενοι·* id est, *Hæc quidem Ægyptii ad omnes Episcopos & ad Julium Romanum Episcopum. Porro Eusebiani quoque ad Julium scripsere: ac sperantes se nobis terrorem incussuros, rogabant ut Synodus convocaretur, & ipse Julius si vellet, judex esset. Cum igitur Romam advenissemus, Julius, ut consentaneum erat; literas scripsit ad Eusebianos, misitque duos e presbyteris suis Elpidium & Philoxenum. Illi vero ut de adventu nostro audierunt, consternati, quod nullatenus exspectarent nos illuc venturos, accedere renuerunt, absurdas causas commenti.* Hic vides legatos Elpidium & Philoxenum post adventum Athanasii Romam a Julio Papa missos. Ut autem palam sit cum adventum illum Athanasii Romam, tum legationem, post Gregorii invasionem, quæ anno 341. in Paschate facta est, contigisse, locum Athanasii ex historia ad Monachos longiusculum licet adferimus. *Γράφει τοίνυν ὁ Κωνστάντιος, ταράττει δὲ πάντας, καὶ πέμπει Φιλάγριον ἔπαρχον, καὶ Ἀρσάκιόν τινα εὐνοῦχον· πέμπει δὲ καὶ Γρηγόριον μετὰ στρατιωτικῆς ἐξουσίας. καὶ τὰ αὐτὰ γέγονεν οἷα καὶ πρότερον. συναγαγόντες γὰρ πλῆθος βουκόλων καὶ ποιμένων καὶ ἄλλων τε ἀγοραίων καὶ ἀσελγῶν νεωτέρων μετὰ ξιφῶν καὶ ῥοπάλων, ἐπῆλθον ἀθρόως τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ καλουμένῃ Κυρίνου· καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ κατεπάτησαν, ἄλλους τε πληγαῖς κατακόψαντες εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλον, καὶ ἐξώριζον. πολλάς τε γυναῖκας κατασύροντες, ἄλλας εἰς τὸ δικαστήριον δημοσίᾳ, καὶ τῶν τριχῶν ἕλκοντες ὕβριζον· ἄλλοις ἐδήμευον, ἄλλων ἄρτους ἀφῄρουν, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ ἵνα τοῖς Ἀρειανοῖς προσθῶνται, καὶ Γρηγόριον δέξωνται τὸν ἀπὸ βασιλέως ἀποσταλέντα. Ἀθανάσιος μὲν οὖν πρὶν γενέσθαι ταῦτα, καὶ μόνον ἀκούσας, ἔπλευσεν εἰς τὴν Ῥώμην, εἰδώς τε τὸν θυμὸν τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἵνα, ὡς ὥρισεν, ἡ σύνοδος γένηται. ὁ δὲ Ἰούλιος γράφει, καὶ πέμπει πρεσβυτέρους Ἐλπίδιον καὶ Φιλόξενον, ὁρίσας καὶ προθεσμίαν, ἵνα ἔλθωσιν·* id est, *Literas itaque scribit Constantius, ac in omnes movet persequutionem, Philagriumque mittit & Arsacium quendam Eunuchum. Mittit item Gregorium cum militari manu: resque superioribus similes gestæ sunt. Coactu quippe illi bubulcorum, opilionum, aliorum forensium ac petulantium juvenum multitudine, cum gladiis & clavis in Ecclesiam Cyrini dictam irrupere: ibique alios occiderunt, alios conculcarunt, alios plagis luniatos in carcerem truserunt, in exiliumque pepulerunt, mulieres plurimas abductas ad tribunal palam protraxerunt, crinibusque raptatas contumeliis adfecere; alios proscripsere, aliorum panes abstulere: idque nulla alia de causa, quam ut eos Arianis adhærere, Gregoriumque ab Imperatore missum recipere cogerent. Athanasius vero antequam hæc facta essent, ad primum rei auditum Romam navigavit, quod hæreticorum furorem perspectum haberet; ut etiam, prout placitum erat, Synodus ibi celebraretur; Julius autem presbyteros Elpidium & Philoxenum mittit, tempusque illis (Eusebianis) præstituit, ut intra illud Romam se conferrent.* Ex his omnibus luce clarius est, Athanasii Romam profectionem, ac Elpidii & Philoxeni legationem, post invasionem Gregorii, quæ fatentibus omnibus in Paschate anni 341. contigit, factam fuisse. Nec quispiam, spero, negabit, nisi sponte cæcutire velit. Jam ad cætera pergamus. Eusebiani Elpidium & Philoxenum legatos usque ad Januarium mensem, nempe anni 342. detinent, & ut habet Athanasius, ultra condictum a Julio ad celebrandam Synodum tempus, *ὡς τοὺς μὲν πρεσβυτέρους κατασχεῖν καὶ μετὰ τὴν προθεσμίαν.* Julius autem hæc habet, *οἱ ἐλθεῖν μὴ βουλόμενοι κατεσχήκασι καὶ τοὺς*

P. 84.

πρεσβυτέρους ἕως αὐτοῦ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς· id eſt, *Illi quibus accedere non placuit, Preſbyteros quoque uſque ad menſem Januarium detinuerunt*. Ex his porro Athanaſii & Julii dictis facile calculum ponas. Athanaſius Alexandria Romam proficiſcitur Paſchali tempore, anni 341. ut adverſariorum furorem prudenti abſentia falleret. Poſt ejus Romam adventum legatos Julius Antiochiam mittit Elpidium & Philoxenum: id una ſerie bis teſtificatur Athanaſius: ad uſque Januarium proximum, (haud dubie anni 342.) legati Antiochiæ detinentur. Id Julius narrat. Reverſi Romam Legati, Euſebianorum literas Julio offerunt, quas Julius, ut teſtificatur ipſe, aliquantum temporis penes ſe ſervavit, nec Synodo protulit, ſperans aliquot eorum, mutata ſententia ad condictum venturos. Spe tali depulſus, literas demum recitat, Athanaſius, Marcellus & Aſclepas rei acti, diſcuſſis & confutatis criminibus, ad communionem admittuntur: denique annuente Synodo Epiſtolam Julius mittit, qua dicit Athanaſium a menſibus octodecim Euſebianos Romæ exſpectare. Hæc ſponte fluunt: & temporum notæ adprime quadrant: nam ſi legatos poſt fugam Athanaſii, & ejus Romam adventum, profectos ſtatuas: ſi uſque ad Januarium menſem Antiochiæ detentos, atque ſub hæc remigraſſe dicas, ſi Julii, acceptis literis, cunctationem, indeque Synodi celebrationem, purgationem Athanaſii, Marcelli, & Aſclepæ, congruentibus ſpatiis metiare, octodecim menſes in Epiſtola Julii memoratos, quos Athanaſius Romæ exegiſſe dicitur, nullo negotio enumeres; nimirum octo poſtremos anni 341. ac decem priores anni 342. ita ut menſe Octobri vel Novembri Epiſtola Julii data fuerit.

Tillemont. Note 40. & vie du Pape Jule. N. 4. Jam vero reſtat ut videamus qua arte, quibuſque machinis Tillemontius Julium & Athanaſium ad ſententiam ſuam detorqueat: nam, quod plane mirum, ut Synodum Romanam & Julii Epiſtolam in annum 341. conferat: auctoritate Athanaſii & Julii, ut putat, hanc rerum temporumque ſeriem inducit. Legatos Elpidium & Philoxenum diu ante Gregorii invaſionem, anno ſcilicet 340. Antiochiam profectos ait, quod ita manifeſte in locis Athanaſii ſuperius allatis exploditur, ut per quidem mirum ſit virum alias accuratum & doctum hæc vel cogitaſſe. Januarium menſem contra fidem manuſcriptorum & editorum omnium vult in Junium commutari: qua facta mutatione, id abſurdum ſequitur, quod Julius queratur Legatos ſuos menſe, ut citius, Majo Roma profectos Antiochiam, ibi uſque ad Junium ejuſdem anni reditu interclusos fuiſſe: qui tamen vix menſe Junio eodem pervenire potuerint. Octodecim porro menſes quos Athanaſium Euſebianos exſpectantem exegiſſe Romæ teſtatur Julius Papa, ita vult ille computari; ut hujus temporis pars ab anno 340. quo veniſſe Romam Athanaſium comminiſcitur, ineatur; hinc Alexandriam rediiſſe putet, & aliquot ibi menſes moratum, remigraſſe Romam, & aliquot iterum menſes ibi ſubſtitiſſe: atque ita calculum ponit, ut octodecim menſes partim ante profectum ejus Alexandriam, & moras ibidem; partim poſt reditum Romam conſtituat. En Julii verba, καὶ γὰρ πρὸς τούτοις πᾶσι, παρέμεινεν ἐνταῦθα ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας, ἐκδεχόμενος τὴν παρουσίαν ὑμῶν, ἢ τῶν βουλομένων ἐλθεῖν. τῇ δὲ παρουσίᾳ ἐδυσώπει πάντας· ὅτι οὐκ ἂν παρῆν, εἰ μὴ ἐθάῤῥει· id eſt, *Etenim præter hæc omnia, annum unum & ſex menſes hic remanſit, ut adventum veſtrum, aut eorum qui huc ſe conferre vellet, exſpectaret; ſuaque præſentia omnes pudore adficiebat: non adfuturus quippe, niſi cauſæ ſuæ confidiſſet*. Sane niſi Julii dicto palam vis inferatur, hic octodecim continuos, nec longa & diuturna peregrinatione interceptos menſes intelligas oportet. Nam ſi per Romanum otium 18. menſium Athanaſius Tiburem aut Tuſculum ſe contulerit, fatemur id nihil officere, quominus octodecim menſibus Romæ exſpectantem conſediſſe dicatur; verum ſi anno 340. Romam commigraverit, ibique novem menſes exegerit; deinde Alexandriam reverſus, aliquot ibi menſes conſederit, tum Romam repetierit, & novem iterum menſes ibi manſerit; nequidquam dicatur ab octodecim menſibus eum Euſebianos in Oriente poſitos expectaſſe. Ad hæc vero, ne Tillemontius quidem, rerum & geſtorum ſerie ad arbitrium ſuum ordinata, poteſt octodecim illos menſes, quos Romæ Athanaſium egiſſe narrat Julius, reperire. Siquidem fatetur ipſe legatos Athanaſii & Synodi Alexandrinæ anno 340. cum legatis Euſebianorum diſceptaſſe coram Julio Papa, cum adhuc Athanaſius Alexandriæ degeret, ἔτι καὶ Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὢν, ait Julius. Athanaſius vero non ante Romam profectus eſt, quam legati redirent. Jam vero extremis omnia lineis in gratiam Tillemontianæ opinionis ponamus, dicamuſque, legatorum diſputationem menſe Januario contigiſſe, ipſoſque mox profectos menſe Februario Alexandriam adveniſſe, Athanaſium ſtatim a legatorum reditu conſcenſa navi Romam menſe Martio adventaſſe, ibique manſiſſe ad finem uſque anni ejuſdem. Hinc remeaſſe Alexandriam, ubi, fatente Tillemontio, aliquot menſes ſubſtitit; invadente Gregorio, denuo aufugiſſe Romam, profectumque ſub Aprilis finem, menſe Majo adveniſſe: demum Epiſtolam Julii Papæ, qua dicit Athanaſium ab octodecim menſibus Romæ expectare, datam fuiſſe menſe Auguſto vel *Vie de S. Jule. Art. 8.* Septembri anni 341. ut vult Tillemontius: ſic rebus in gratiam ſententiæ illius, etiam præter veriſimilitudinem compoſitis, 18. menſium numerum non conficias, nam ſi novem anni 340. menſes, quatuor aliis (a Majo nempe ad uſque Auguſtum vel Septembrem,) adjungas, tredecim aut ad ſummum quatuordecim reperias. Ita omni ex parte labitur iſtæc opinio. Omnes itaque temporis notas Tillemontius eluſit: & certe hujuſmodi ſunt illæ, ut ſi vel una maneat, tota ejus ſupputatio ſubruat: nam ſi legati Julii poſt invaſionem Gregorii & fugam Athanaſii profecti ſint, ad noſtram accedat ſententiam neceſſe eſt, perindeque ſi ſtet lectio manuſcriptorum & editorum, quæ legatos ad Januarium uſque menſem reditu interclusos ait; vel ſi octodecim continuos menſes Romæ manſiſſe Athanaſium dicatur, anno 342. Epiſtola Julii data ſit oportet: quod ipſe Tillemontius fatetur. Cum contra ſi vera & aſſerta lectio ſervetur; ſi dicta Julii & Athanaſii pura nec diſtorta maneant, res nativo ordine per ſe conſiſtat.

Verum obnititur Tillemontius: Euſebiani Romanæ Synodi judicium in Antiochena Synodo ineunte anno 341. celebrata, præverterunt: non potuerunt autem prævertere, niſi indicta illis antea fuiſſet, indicta vero fuit Romana Synodus per legatos Elpidium & Philoxenum: unde ſequatur Elpidium & Philoxenum ante annum 341. veniſſe Antiochiam, ut Romanam Synodum indicerent. Qua in re ſane vir eruditus ſe Athanaſii & Julii verba non ſat ponderaſſe teſtificatur. Nam Athanaſius quidem, poſtquam Gregorii carnificinæ ſe ſubduxerat anno 341. Paſchalibus diebus, hæc

ſcri-

scribit: καὶ πέρυσιν οἱ κατὰ Ῥώμην ἀδελφοὶ, μήπω τούτων γενομένων, ἀλλ' ἕνεκα τῶν πρώτων, σύνοδον ἔγραψαν γενέσθαι, ἵνα κἀκεῖνα ἐκδικηθῇ· ὅπερ ἀλαβόμενοι οἱ περὶ Εὐσέβιον, προέλαβον διαταράξαι τὴν ἐκκλησίαν· hoc est, *Etiam anno præterito fratres nostri, qui Romæ sunt, bis nondum actis; sed propter alia quæ prius contigerant, Synodum cogendam esse scripserunt, ut de illis ultio sumeretur: quam reformidantes Eusebius & socii, Ecclesiam conturbare præverterunt*. His luce clarius est, jam anno 340. de Synodo agenda Romæ statutum fuisse, & quidem cum nondum Athanasius Romam venisset: ac tunc Synodum per alios, quam Elpidium & Philoxenum indictam esse; ut ex Julii dictis videas. Ait enim ille, Macarium presbyterum, Martyrium & Hesychium diaconos, Eusebianorum legatos, antequam Athanasii Oratores accederent, rogasse ut Alexandriam Pisto cuidam pseudepiscopo literas mitteret Julius, quo tempore Athanasius Alexandriæ degebat, ὅτι καὶ Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἦν. Cum advenissent autem Athanasii Oratores, nec valerent Eusebianorum legati eorum argumentis obsistere, Synodum in qua res accuratius indagaretur, postularunt: qua impetrata, tunc primo Eusebianis Synodum indixerunt: illi vero conscientia scelerum perterriti, in Antiochena Synodo anno 341. ineunte celebrata, Romanæ Synodi decreta præverterunt, deinde Gregorium Alexandriam Episcopum miserunt qui Athanasium deturbaret. Athanasio autem anno 341. sese proripiente & Romam profecto, tunc demum Julius per legatos Elpidium & Philoxenum Romanam Synodum secundo indixit. Ex allatis quippe duobus locis propalam est tum primo postulatam impetratamque Synodum fuisse, cum Athanasius Alexandriæ ageret, & antequam Romam veniret. Cum autem perinde liquido constet, legatos Elpidium & Philoxenum, Athanasio Romæ presente, missos fuisse, qui Eusebianos ad Synodum provocarent, diemque ipsis præstituerent; planum certe est Synodum illam Romanam bis indictam fuisse: atque ita ruit tota Scriptoris nuperi conjectura. Cur autem postquam anno 340. indicta fuerat, tantum spatii elapsum sit, ut secundo indicere necessum fuerit, haud difficile est augurari: cum videret enim Athanasius sub finem anni 340. cogi Antiochenam Synodum, quæ initio anni 341. celebrari cœpta est; non nescius id in suam perniciem & expulsionem moliri Eusebianos, ne absente se quasi vacuam sedem novo ab se creato Episcopo traderent, ad adventum usque Gregorii Alexandriæ resedit.

Quod autem Athanasius post invasionem Gregorii Romam primo venerit anno 341. neque alia anno 340. Romam profectio statuenda sit; perspicuum sane est, cum ex iis quæ hactenus diximus, tum maxime ex primo, quem supra adtulimus, loco, ubi dicitur, *Porro Eusebiani quoque ad Julium scripserunt: ac spernantes se nobis terrorem incussuros, rogabant ut Synodus convocaretur, & ipse Julius si vellet judex esset. Cum igitur Romam advenissemus, Julius, ut consentaneum erat, literas scripsit, ad Eusebianos, misitque duos ex presbyteris suis Elpidium & Philoxenum. Illi vero, ut de adventu nostro audierunt, consternati, quod nullatenus exspectarent nos illuc venturos, accedere renuerunt, absurdas causas commenti*. Quod si anno 340. postquam primo indicta Synodus Romana fuerat, Athanasius Romam profectus esset, an id Eusebiani ignorassent; solumque mense Junio Julioliove anni sequentis, narrantibus Julii Papæ legatis, edidicissent, qui in deturbando Athanasio toti erant? id certe ne somniari quidem potest. An vero fieri poterat ille Romam profectus ab Athanasio, dum anno 341. Paschalibus diebus, antequam Romam demigraret, hæc scriberet: *Etiam anno præterito, fratres nostri, qui Romæ sunt, bis nondum actis; sed propter alia quæ prius contigerant, Synodum cogendam esse scripserunt; ut de illis ultio sumeretur: quam reformidantes Eusebius & socii, Ecclesiam conturbare præverterunt?* Si ipse ad Synodum celebrandam eo se contulisset, ut cum Eusebianis coram Synodo concertaret; ac Eusebianis accedere non ausis, re infecta, remeasset Alexandriam, an id prætermitti poterat? Hoc silentii genus, in re prorsus necessario dicenda, si quidem gesta fuisset, adversam sententiam obruere nemo eat inficias.

Ut autem videas quantum præjudicata opinio valeat, ait Tillemontius: Si Januarius mensis, quo Eusebiani legatos Julii Elpidium & Philoxenum dimiserunt, steterit, & si anni 342. fuerit, hinc consequetur Synodum Antiochenam centum fere Episcoporum, quæ ineunte anno 341. celebrata est, usque ad annum 342. prolatam esse, quod haud verisimile. Et hæc causa est, ut contra fidem manuscriptorum & editorum omnium pro Januario velit Junium adponi. Sic ille, non animadvertens Epistolam Julii, cui adferendæ deputatus est Gabianus comes, non ad Synodum illam mitti, sed ad Danium, Flacillum, Narcissum, Eusebium, & alios Episcopos; neque ullam in Epistola Julii Synodi tum Antiochiæ considentis mentionem haberi: miror prorsus a mente nuperi Scriptoris excidisse, Epistolam Julii responsionem esse, non ad Synodum missam; sed ad illos, qui se literis provocarant Episcopos, ut ipse passim innuit in Epistola sua. Ecquid ergo abs re nobis Synodum, & nimiam Synodi durationem obtrudit? Hic ne γρῦ quidem contra mussitare liceat.

Pergit ille, verisimile non est Synodum Romanam pro mense Decembri, incommoda scilicet tempestate, indictam fuisse: quod tamen innuere videntur Julius & Athanasius, dum ajunt, legatos Elpidium & Philoxenum ultra præfinitum ad Synodum celebrandam tempus, ad usque Januarium mensem ab Eusebianis detentos fuisse; tum credibile non esse legatos mense Januario, media nempe hyeme, ab iisdem dimissos fuisse. Hæc omni ex parte labuntur; nam etsi daretur Synodum ad mensem Decembrem indictam fuisse, non procul exempla petenda essent, ad comprobandum id non præter consuetudinem admitti: quando numerosa illa Synodus Antiochena ex omnibus, etiam extremis, orientis partibus collecta, ineunte anno 341. media videlicet hyeme, celebrata est, ut fatetur vel ipse Tillemontius: quare nihil hinc vel ad Synodi Romanæ celebrationem, vel ad profectionem Legatorum obicis adesset: cum præsertim Eusebiani, non ita humani & opportuni essent, ut curarent adversa-ne an commoda tempestate legatos Julii, cui tunc infesti erant, dimitterent. Quid quod nec Athanasius nec Julius ajunt, vel ad Decembrem vel ad alium mensem indictam Synodum fuisse; sed dumtaxat legatos ultra præfinitum tempus ad Januarium usque reditu interclusos narrant, nec indicant quodnam definitum illud tempus fuerit? Ex his porro videas nuperum Scriptorem levissimis conjecturis planas & nullia circuitionibus enuntiatas temporum notas impetere.

AN I-

ANIMADVERSIO XV.

An πυκτία τῶν θείων γραφῶν, quæ Constanti Augusto Athanasius misit, idem sint quod Synopsis Scripturæ sacræ: & en Synopsis illa sit vere Athanasii.

P. 317. Athanasius in Apologia ad Constantium hæc habet, τῷ ἀδελφῷ σου οὐκ ἔγραψα, ἢ μόνον ὅτε οἱ περὶ Εὐσέβιον ἔγραψαν αὐτῷ κατ' ἐμοῦ, καὶ ἀνάγκην ἔσχον, ἔτι ὢν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἀπολογήσασθαι· καὶ ὅτε πυκτία τῶν θείων γραφῶν κελεύσαντος αὐτοῦ μοι κατασκευάσαι, ταῦτα ποιήσας ἀπέστειλα· hoc est, *Fratri autem tuo nequaquam scripsi, nisi postquam Eusebiani, missis adversum me literis, necessitatem mihi intulere, cum adhuc Alexandriæ degerem, eorum calumnias propulsandi: iterumque cum illo præcipiente, ut divinarum Scripturarum libros adornarem, confectos ad ipsum transmisi.* Hæc πυκτία τῶν θείων

Till. Vie de S. Athan. Art. 37. & Note 45. γραφῶν vult Tillemontius esse Synopsin Scripturæ sacræ, quam nos inter dubia opera secundo Tomo cusimus. Sed ad quæstionis notitiam, quærendum statim quid sint πυκτία, quidque ævo maxime Athanasii hoc vocabulo indicaretur. Unde miror Tillemontium, qui nostrum in Synopsin monitum legisse se testificatur, nihil pensi habuisse, quid de hujus vocis significatu perspicuis exemplis dixerimus? juvat itaque quid sint τὰ πυκτία pluribus indagare. Suidas τὸ πυκτίον sic explicat, τὸ βιβλίον ἀπὸ τοῦ πυκάζω, ὅ ἐστιν ἀσφαλίζεσθαι καὶ συγκλείεσθαι· id est, πυκτίον, *a verbo*, πυκάζω, *quod significat compingere & concludere*. Est itaque πυκτίον liber compactus sive volumen: neque hac voce intelligitur, liber q. d. tractatus aut quid simile; ut ex mox adferendis locis propalam erit. Nam Gregorius Naz. Oration. xx. sic habet, ὅσον ἑνὶ τῶν ἀκολούθων εἰπεῖν, ἀραμένῳ τὸ πυκτίον ἀκολουθεῖν· id est, *quam uni ex asseclis, ut se accepto libro sequeretur, imperaret*; & Orat. 46. ὅτι μοι πυκτίον ἐν χερσὶ τοῦ Ἀπολιναρίου, *mihi in manibus esse librum Apolinarii*: & Epist. 64. τῶν δὲ πυκτίων ὧν ᾔτησας, τὸ μὲν εὗρον, καὶ ἔπεμψά σοι προθύμως· τὸ δὲ ἐζημιώθην, ὃ ἔχων οὐκ ἔχω, τὴν Ἰλιάδα. *Ex libris porro quos postulas; alterum inveni, eumque ad te libenter misi; alterum quem poscis damno meo non habeo, nimirum Iliadem*; Ep. 87. πυκτίον ἀπεστάλκαμέν σοι τῆς Ὠριγένους φιλοκαλίας, *Librum ad te misimus Origenis Philocaliæ*; Epist. 165. τὸ πυκτίον ὅπερ εἴληφας παρ' ἡμῶν, τὰς Ἀριστοτέλους ἐπιστολάς, *Librum quem a nobis accepisti Aristotelis Epistolas*; & postea, αὐτὸς πυκτία παρ' ἡμῶν εἰς ῥητορικὴν ἀνηβάσκων, *Libros a nobis expetis, ad Rhetoricam repubescens*; & Epist. 199. Ἰδού σοι τὰ πυκτία, ἅπερ ζητεῖς, ὅσα τὸν σῆτα διέφυγε, καὶ τὸν καπνὸν ὑπὲρ οὗ κατέκειτο. *En libros eos a nobis habes, quos postulas, eos inquam omnes, qui tineas effugerunt, fumumque supra quem siti erant.* Gregorius item Nyssenus Epistola ad Petrum fratrem, Μόλις ἐπιτυχὼν βραχείας σχολῆς, τῇ τε τοῦ σώματος θεραπείᾳ προσχεῖν ἠδυνήθην, μετὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐπάνοδον, καὶ συναγαγεῖν τὰ σχεδάρια τὰ πρὸς Εὐνόμιον κατὰ συμβουλὴν τῆς σῆς συνέσεως ὑπηγορευμένα· ὥστε μοι λοιπὸν εἰς λόγου σύνταξιν συναρμοσθῆναι τὸν πόνον, καὶ πυκτίον ἤδη γεγενῆσθαι τὸν λόγον, *Vix tantillum otii nactus, post meum ex Armenia reditum, curando corpori operam dare potui, & schedulas contra Eunomium prudentiæ tuæ consilio dictatas in unum colligere; ita ut labor ille meus in tractatus formam concinnatus sit, & jam tractatus ille in libri magnitudinem excreverit.*

Innumera proferre licet his similia loca, queis palam fiat πυκτία τῶν θείων γραφῶν nihil aliud esse, quam libros Scripturarum sacrarum plura in volumina compactos, non vero Synopsim Scripturæ sacræ: quemadmodum πυκτίον Ἀπολιναρίου est liber Apolinarii, & πυκτίον Ὠριγένους φιλοκαλίας est liber Philocaliæ Origenis, &c. Nec abs re erit monere apud Græcos eodem sensu usuvenire vocem πυκτίς ἴδος, in Codice quippe Regio 2284. x. sæculi ingentis molis, hic titulus præmittitur, πίναξ ἀκριβὴς τῆς παρούσης πυκτίδος, hoc est, *Index accuratus hujusce libri*. Igitur Scripturæ sacræ libros, Græce haud dubie exaratos, Constans Augustus ab Athanasio expetiit, & ab illo Catholicarum partium in Oriente principe descriptionem accurari voluit: certus, hoc vigilante Doctore, sacras literas puras, nec hæreticorum ausibus vitiatas, se nacturum esse.

Note 45. Synopsin autem Scripturæ sacræ germanum Athanasii fœtum esse defendit Tillemontius: ne minimamque ibi νοθείας suspicionem deprehendit. Nobis secus videtur: nam multa occurrunt quæ Athanasio nostro abjudicandum opus esse suadeant; nostro dixi, nihil quippe obest, quominus alteri cognomini adscribatur. Primo quidem scrupulum movet, quod nemo veterum tam insigne opus, tam prolixum, memoret; maximeque quod Hieronymus id taceat, qui in Præfationibus ad sacram Scripturam alios benes multos Scriptores adfert, argumento minus opportunos, Apolinarium, Ammonium, Hesychium & alios. Ad hæc, in antiquis Athanasii Collectionibus hæc Synopsis nusquam habetur: & quod magis urgeat, in Collectionibus Canonum omnibus perantiquis, ubi κανονικὰ Athanasii in Scripturam sacram feruntur, una comparet Epistola Festalis 39. ex numero Festalium, quas Hieronymus ab Athanasio datas memorat, in qua ex transcursu Scripturæ sacræ libri recensentur: itemque aliorum SS. PP. Canones Scripturarum adferuntur. Ibi vero ne verbum quidem de Synopsi Athanasii, quæ cæteris omnibus præstat & eruditione, & accurata omnium quæ ad Scripturam spectant mentione. Hoc sane opus non poterat, si quidem pro Athanasiano habitum fuisset, reticeri, ubi de industria Patrum Canones circa Scripturam sacram instituuntur. Præterea hæc Synopsis, quod

P. 372. gravius est, cum Epistola Festali Athanasii non consonat: nam Epistola præmissis Scripturæ libris, qui in Canone locabantur, de aliis hæc subjicit, ἔστι καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν, οὐ κανονιζόμενα μέν· τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις, καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· σοφία Σολομῶντος, καὶ σοφία Σιρὰχ, καὶ Ἐσθὴρ, καὶ Ἰουδὶθ, καὶ Τωβίας, καὶ διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ Ποιμήν. καὶ ὅμως, ἀγαπητοί, κἀκείνων κανονιζομένων, καὶ τούτων ἀναγινωσκομένων, οὐδαμοῦ τῶν ἀποκρύφων μνήμη· id est, *Præter hos alii libri sunt, qui in Canone quidem non habentur; sed quos a Patribus decretum est legendos ab iis esse, qui nuper ediscendi pietatis verbi gratia accesserint: Sapientia Salomonis, & Sapientia Sirach, Esther, Judith, Tobias, Doctrina, ut vocant, Apostolorum & Pastor. Attamen, dilecti, cum illi in Canone reponantur, hi legantur, nusquam est apocryphorum mentio*: sic A-

Tom. 2. p. 77. thanasius. At auctor Synopseos longe diversum horum Catalogum texit: *De libris*, ait, *veteris Testamenti, quibus contradicitur, jam antea diximus; ut sunt, Sapientia Salomonis, Sapientia Jesu filii Sirach*,

Sirach, Esther, Judith & Tobias. Istis etiam connumerantur Maccabaici libri quatuor, Ptolemaici, Psalmi & Canticum Salomonis, Susannæ historia. Hi ex veteri Testamento sunt, quibus contradicitur. Deinde vero postquam Apocryphos recensuit; ad ἀντιλεγόμενα novi Testamenti transit: *Periodi Petri*, inquit, *Euangelium secundum Thomam, Doctrina Apostolorum, Clementina*. Ubi vides librum Pastoris, non in Epistola solum Festali, sed alibi quoque, ut perutilem ab Athanasio laudatum, silentio prætermitti, aliosque libros induci bene multos ab Athanasio nusquam memoratos. Huic argumento ut occurrat Tillemontius, hæc postrema adjectitia esse ait. Verum quis audeat adserere istæc invecta fuisse? nemo negaverit hæc ad Scriptoris scopum adtinere, qui accuratissime, ut videre est, omnia ad Scripturam sacram spectantia, in recensione sua adtingere voluit. Sane cum hæc aptissime cohæreant, nec valeant Athanasio adscribi; hinc consequitur in totam Synopsin parem suspicionem cadere.

Nec prætermittendum, ea quæ de veteribus Scripturæ Interpretibus subjiciuntur, de Aquila scilicet, Symmacho, Theodotione, &c. ex Epiphanii libro de Mensuris, expressa & a Synopseos Auctore in compendium redacta fuisse, ut cuivis legenti propalam erit. Hæc vero Athanasii non esse fatetur ipse Tillemontius: sed pro more suo ille adjectitia & secundæ manus esse dictitat. Id autem gratis omnino dicitur: nihil quippe illic præter primum Scriptoris institutum fertur: hæc recensere debuit is, cui exactam rerum ad sacram Scripturam spectantium notitiam tradere in animo fuit; hunc vero Scriptoris scopum fuisse, nemo qui legerit inficias eat. His nos de causis Synopsin Scripturæ sacræ dubiam & suspectam habemus: qua in re, spero, quivis emunctæ naris homo nobis adstipulabitur.

ANIMADVERSIO XVI.

An cæsi in Fabrica Hadrianopolitana Ecclesiastici, Laicive fuerint.

Est locus in Historia Arianorum ad Monachos, p. 140. qui sic habet, καὶ πεποιήκασιν ἀπὸ τῆς ἐκεῖ Φάβρικος δέκα λαϊκῶν ἀποτμηθῆναι τὰς κεφαλάς· ubi de Episcopis Arianis agitur, qui Sardica fugientes omnia tumultu & cædibus replebant, *Effeceruntque ut ex Fabrica, ita scilicet dicta, decem laicorum capita truncarentur*. In editione vero Commeliniana legitur, δίκην λαϊκῶν, Typographorum sane mendo: quæ lectio in editione item Parisiensi anni 1627. ad Commelinianæ fidem exprimitur. Veram nos lectionem, ut supra, ex optimis Codicibus & nominatim ex Regio perantiquo, restituimus: iis item suffragatur Nannius, qui ita vertit, *decem laicorum capita*. In Commeliniana lectione aptam sententiam frustra quæras: nam quid, quæso, sibi vult illud: *Effeceruntque ut ex Fabrica instar laicorum capita præciderentur*? Hanc tamen vitiatam lectionem Tillemontius, Hermantium sequutus, veræ anteposuit, atque ita vertit ac si legeretur, πεποιήκασιν ἀπὸ τῆς ἐκεῖ Φάβρικος ἐκκλησιαστικῶν δίκην λαϊκῶν ἀποτμηθῆναι τὰς κεφαλάς· *Effeceruntque ut ex Fabrica Ecclesiasticorum instar laicorum capita præciderentur*. Sic ille suo marte: cum tamen Ecclesiasticorum in Hadrianopolitana Fabrica cæsorum nulla uspiam mentio habeatur: & alia quam asseruimus lectio optime habeat. Fabricenses autem Hadrianopoli magno numero fuisse ab Ammiano Marcellino memoratur. *Omnem plebem*, inquit Ammianus Marcellinus, *cum Fabricensibus: quorum illic ampla multitudo*. Cum itaque Ariani Episcopi, stimulante scelerum conscientia, quo Sardicensis Synodi judicium subterfugerent, Sardica se proripuissent, ubi conspexerunt Hadrianopolitanos se perfidiæ timiditatisque nomine aversari, atque a communione abhorrere sua, ministro usi Philagrio, auctores fuerunt ut ex Fabricensibus, qui pars magna civitatis erant, decem capite minuerentur. Qua in re nihil dubii difficultatisve residuum.

Lib. 31. c. 6. de Fabricensibus item in Notitia Imperii vide sis.

ANIMADVERSIO XVII.

Theodulum Trajanopolitanum tempore Sardicensis Synodi defunctum esse probatur.

In editionibus Athanasii Commeliniana & Parisiensi anni 1627. locus aperte vitiatus exstat, unde exortæ de obitu Theoduli Trajanopolitani controversiæ sunt. Locus sic habet iisdem in Editis, Ὁ δὲ συλλειτουργὸς ἡμῶν ὁ μακαρίτης Θεόδουλος, φεύγων αὐτῶν τὴν διαβολήν. κεκέλευστο γὰρ ἐκ διαβολῆς αὐτῶν ἀποθανεῖν· Hanc clausulam manifeste mutilam ex Regio Exemplari antiquissimo sarcivimus hoc modo, ἀπέθανεν ἂν ὁ μακαρίτης Θεόδουλος, φεύγων αὐτῶν τὴν διαβολήν. κεκέλευστο γὰρ ἐκ διαβολῆς αὐτῶν ἀποθανεῖν· id est, *Obiit certe Comminister noster beatæ memoriæ Theodulus, dum iis calumniantibus fuga sibi consuleret: ob eorum quippe criminationem, capitis fuerat damnatus*. Quæ lectio plane asseritur ex Hilarii versione Epistolæ Synodi Sardicensis dictum illud præferentis: quæ versio eodem tempore concinnata, magni est ad lectionem confirmandam momenti. *Decessit enim*, sic ibi, *coepiscopus noster, beatissimus Theodulus*. Et sane vox μακαρίτης, quæ cum apud Athanasium, tum apud Theodoretum, qui eamdem Synodi Sardicensis Epistolam adtulit, circumfertur, de defuncto solum dicitur. Unde ejusdem Theodoreti lectionem corrigas, quæ sic habet, ἀπέθανε γοῦν ὁ συλλειτουργός, ubi tamen doctissimus Valesius sic interpretatur, *Obiit igitur Comminister*: hancque putat esse dicti sententiam. At quod Valesium & Tillemontium εἰς ἀμηχανίαν egit, Athanasius in historia Arianorum ad Monachos, post enarrata Sardicensis Synodi gesta, hæc de Arianis Episcopis subjicit, οἱ δὲ καθαιρεθέντες, οὓς ἔδει καὶ οὕτως ἠρεμεῖν· οἱ δὲ καὶ μετὰ τὴν οὕτως αἰσχρὰν φυγὴν κατελθόντες, τοιαῦτα ἔδρασαν, ὡς ἐκ τούτων μικρὰς αὐτῶν τὰς προτέρας δειχθῆναι πράξεις· id est, *Qui autem depositi fuerant, quos vel tunc quiescere par erat, post adeo turpem fugam talia perpetrarunt, ut levia priora facinora iis collata viderentur*. Hæc porro facinora sub hæc recenset Athanasius, quod scilicet decem Fabricenses, de quibus supra, obtruncari curaverint; Episcopos, Presbyteros, Diaconosque extorres fecerint; ac Olympium & Theodulum in Thracia Episcopos ad necem quæsierint. Unde arguit Tillemontius, Qui potuit

Athan. p. 64. & 140.

Vales. Not. Theodoret. p. 19.

Till. les Ariens. Note 22.

Athan. P. 140.

Theodulus post Sardicensem Synodum ad necem quæri, qui in ipsa Sardicensis Synodi Epistola obiisse fertur? Verum in iis ne minima quidem adest difficultatis ratio: nam, ut ex allatis superius verbis liquidum est, Athanasius non modo quæ post absolutam Synodum: sed etiam quæ post fugam Arianorum Præsulum, antequam Synodus perficeretur & Epistola Synodalis daretur, gesta sunt, promiscue recenset: idque sane vel hinc perspicuum, quod eadem quæ hic, scilicet in historia Arianorum ad Monachos, de Theodulo post fugam Episcoporum Arianicæ factionis gesta memorantur, in Epistola pariter Synodali Sardicensi recenseantur. Athanasius quippe in historia ad Monachos, postquam res Synodi Sardicensis enarraverat, talia fatur, Ὀλύμπιον δὲ τὸν Αἴνου, Θεόδουλον τὸν ἀπὸ τῆς Τραϊανουπόλεως, ἀμφοτέρους ἀπὸ τῆς Θρᾴκης ἐπισκόπους, ἀγαθοὺς, καὶ ὀρθοδόξους ἄνδρας, ἐπειδὴ ἑωράκασι μισοῦντας τὴν αἵρεσιν, διέβαλον, καὶ τοῦτο μὲν οἱ περὶ Εὐσέβιον, καὶ ἔγραψε βασιλεὺς Κωνστάντιος, τὸ δεύτερον δὲ ὑπέμνησαν οὗτοι. ἦν δὲ τὰ γραφέντα, μὴ μόνον ἐκβάλλεσθαι τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ κεφαλικὴν δίδοσθαι δίκην, ὅπου ἂν εὑρεθῶσι· id est, *Olympium autem Ænorum, Theodulumque Trajanopoleos, ambos in Thracia Episcopos, probosque illos & orthodoxos viros, cum hæresi suæ adverterent esse infensissimos, calumniati sunt. Et illud primo egerant Eusebiani, eaque de re scripserat Imperator Constantius: secundo autem ipsi calumnias redintegrarunt. Illud autem literæ ferebant; ut non modo ipsi urbibus Ecclesiisque suis pellerentur: sed etiam capitali pœna, sicubi reperti fuissent plecterentur.* In Epi-

P. 140.

stola autem Synodali Sardicensi legimus, εἰς τοσοῦτον γὰρ ἐθάρρησαν ἀπονοίας, ὡς καὶ ἐπισκόπους ἐπιχειρῆσαι ἀποκτεῖναι, καὶ ἀπέκτειναν ἄν, εἰ μὴ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτῶν. ἀπέθανεν γοῦν ὁ συλλειτουργὸς ἡμῶν ὁ μακαρίτης Θεόδουλος, φεύγων αὐτῶν τὴν διαβολήν, κεκέλευστο γὰρ ἐκ διαβολῆς αὐτῶν ἀποθανεῖν· hoc est, *Eo enim insaniæ devenerunt, ut conentur etiam Episcopos perimere: & sane occidissent; nisi illi eorum manibus sese fuga proripuissent. Obiit certe comminister noster beatæ memoriæ Theodulus, dum iis calumniantibus fuga sibi consuleret: ob eorum quippe criminationem capitis damnatus fuerat.* Ubi videas, eadem, quæ Athanasius post Synodi Sardicensis historiam enarravit, ante absolutam Synodum Sardicensibus Episcopis nota, ideoque ante datam Epistolam necessario gesta fuisse. Qua in re sane dubii nihil suboriatur. Nam Ariani Episcopi ante initam Synodum Sardica aufugerunt; & statim pro more solito multa in Catholicos moliti sunt: Olympium & Theodulum suis artibus capitali sententia damnatos, ad fugam compulerunt: qui Theodulus, dum se periculo subduceret, e vivis excessit. Ejus porro obitus ante solutam Synodum & datam Synodalem Epistolam contigit. At enim Synodus post fugam Arianorum inita, ad multum temporis extracta fuerit necesse est: nam infinita prope ibidem excussa & examinata fuere; ut in Synodicis ejus Epistolis videre est. Dum hæc porro gererentur, Theodulus profugus obiit: ejusque descessus nuntium ad Sardicenses Patres, Epistola Synodica nondum conscripta, allatum est.

P. 64.

ANIMADVERSIO XVIII.

De significatu vocis ἀνέξοδος.

VOx ἀνέξοδος bis occurrit apud Athanasium in Historia Arianorum ad Monachos, nempe p. 139. καὶ γὰρ καὶ χηρῶν καὶ ἄλλων ἀνεξόδων λαβόντων ἐλεημοσύνην, ἐκέλευσε τὰ διδόμενα διαρπάζεσθαι, καὶ τὰ ἀγγεῖα ἐν οἷς ἔφερον τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον κατεάγνυσθαι. quæ nos sic interpretamur, *Praterea enim cum viduæ cæterique mendici eleemosynam acciperent; jussit ea diripi, quæ erogabantur, vasaque, in quibus oleum vinumque deferebant, confringi*. Et ibidem p. 150. Ἑρμείαν λούοντα τοὺς ἀνεξόδους· id est, *Hermiam qui mendicos*, sive, *mendicorum pedes abluebat*. Hunc vero postremum locum inauspicato verterat Hermantius, *Hermiam, qui angiportus non perviot lavabat*, Gallico vulgari idiomate, *les cul de sac des rues*: nam, ut liquidum est, vox ἀνέξοδοι homines quospiam significat. Tillemontius vero his vult intelligi inclusos sive incarceratos homines: nec felicius sane; siquidem ut ex primo loco propalam est; erant ἀνέξοδοι ii qui stipem cogebant, sive inopes & mendici, qui cum viduis panem emendicabant. Et sane Athanasius quos ἀνεξόδους ante vocaverat, δεομένους sive egenos infra nuncupat, p. 151. τὰς γὰρ δεομένας καὶ τὰς χήρας, ἐπειδὴ τὰς ἐκκλησίας παραδέδωκεν ὁ δοὺξ τοῖς Ἀρειανοῖς, ἐν αὐταῖς διατρίβειν οὐκ ἠδύναντο, καθεζομένας ἐν οἷς ὥρισαν αὐταῖς τόποις οἱ πεπιστευμένοι τὰς χήρας κληρικοί, ἐπειδὴ ἔβλεπον τοὺς ἀδελφοὺς προθύμως ἐπιδιδόντας αὐταῖς· id est, *Nam cum viderent egenos & viduas, (qui cum Dux Ecclesias Arianis tradidisset, in iis versari nequibant,) sedentes in assignatis sibi locis a Clericis, quibus viduarum cura concredita erat; cum cernerent, inquam, fratres promto ipsis animo eleemosynam erogare*, &c.

Quid quod vel ipsa Athanasii loquendi ratio manifeste indicat τοὺς ἀνεξόδους, perinde atque viduas, nihil aliud esse quam mendicos: nam ait, καὶ γὰρ καὶ χηρῶν καὶ ἄλλων ἀνεξόδων λαβόντων ἐλεημοσύνην, ἐκέλευσε τὰ διδόμενα διαρπάζεσθαι, καὶ τὰ ἀγγεῖα ἐν οἷς ἔφερον τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον κατεάγνυσθαι. *Præterea enim cum viduæ cæterique mendici eleemosynam acciperent; jussit ea diripi, quæ erogabantur, vasaque in quibus oleum vinumque deferebant confringi*. Ubi illud, καὶ ἄλλων ἀνεξόδων, palam indicat, ipsas viduas in ἀνεξόδων numero comprehendi, qui ad usum necessaria vicatim emendicabant, similiterque ἀνεξόδους & viduas erogatum oleum in vasis detulisse dicitur, quod de incarceratis neutiquam intelligi potest. Itaque vox ἀνέξοδος, hic non ex particula negativa α adjecto ν euphoniæ causa conficitur, ut vult Tillemontius, neque ἀνέξοδος significat, inclusus & incarceratus; sed ἀνέξοδος constat ex ἀνὰ & ἔξοδος; ita ut ἀνέξοδοι sint ii qui ἀνὰ τὰς ἐξόδους, *in exitibus viarum*, stipem cogunt & emendicant.

ANI-

A N I M A D V E R S I O XIX.

Num in Historia Arianorum ad Monachos, τοὺς ἄρτους, artus sive membra, vel panes exprimant.

PAulo post locum de quo supra legitur, ἃ γὰρ εἰς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους πεποιήκασι, καὶ πῶς αὐτοὺς ἐπὶ τῷ Δουκὸς καὶ τῶν δικαστῶν ἐφυγάδευσαν, κατασύροντες ἐκ τῶν οἴκων τοὺς οἰκείους αὐτῶν, διὰ τῶν στρατιωτῶν καὶ τοῦ στρατηγοῦ Γοργονίου καὶ πληγαῖς καταξαίνοντος, καὶ πῶς αὐτῶν, τὸ γε πάντων ὠμότερον, καὶ τοὺς ὀλίγους ἀπεστερηκότες τοὺς ἄρτους μεθ' ὅσας ὕβρεις διήρπαξαν, οὐκ ἔστιν οὐδὲ λόγῳ φράσαι, νικώσης τῆς ὠμότητος αὐτῶν τὴν ἐκ τῶν λόγων διήγησιν· quem locum sic nos vertimus: *Enimvero quæ in Presbyteros Diaconosque perpetrarunt: quo pacto illos Ducis judicumque auctoritate, in fugam verterint, & affines domesticosque illorum domibus deturbarint; militum scilicet opera, Gorgoniique Ducis, qui plagis eos lancinabat; quo pacto, illorum, (rem sane crudelissimam,) eorumque, qui jam obierant, panes, quantaque contumelia diripuerint, nequaquam verbis enuntiari potest: eorum quippe crudelitas omnem enarrandi facultatem superat.* Ibi Nannius, τοὺς ἄρτους, Latine vertit, *artus* sive membra: quam amplexus interpretationem est Hermantius, & post eum Tillemontius, hoc nixi Argumento: An postquam Ariani non paucos enecarunt, pro re omnium crudelissima habeatur, si eorum panes diripiant? nonne ad rem aptius dicatur, homicidas illos eo crudelitatis devenisse, ut artus sive membra cæsorum discerperent? Non advertentes, non mortuorum modo τοὺς ἄρτους, sed etiam vivorum & profugorum direptos fuisse, quod de artubus & membris dici nequeat. Sic etiam in Apologia de Fuga inter Arianorum facinora hoc enuntiatur, ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἡρπάζοντο οἰκίαι καὶ ἄρτοι, id est, *Orphanorum viduarumque domus & panes diripiebantur;* non autem, *discerpebantur artus & domi*. Etsi enim impetratum a consuetudine fuerit, ut Latinæ quædam voces a Græcis illo ævo usurparentur, ut δουκηνάριος, ἐξάκτωρ, & aliæ id genus; at numquam ἄρτος, aut similes tam vulgares & familiares eodem usu venire deprehendas, cum maxime ἄρτος, si pro Latina voce *artus* usurpetur, amphibologiam pariat. Quod dicunt autem non summæ crudelitatis videri, si cæsorum panes diripiantur, id nihili est: nam præterquam quod non defunctorum tantum panes direpti feruntur ibidem, sed etiam vivorum & profugorum; cædere quidem & lancinare, utpote specie saltem juridice inflictum, defendi potest: panes autem & domos cæsorum diripere, summæ crudelitatis est: quia ex mera violentia, nec ex Judicum decreto fieri potest.

P. 131.

Till. vie de S. Athan. Art. 76. & la Not. 72.

A N I M A D V E R S I O XX.

An Liberii contra Athanasium Epistola germana sit, necne.

IN Fragmentis Hilarii legitur Liberii nomine Epistola ad Orientales, qua testificatur Liberius se Athanasium causam dicturum per Legatos evocasse Romam, repugnantem vero a communione Romanæ Ecclesiæ alienum declarasse. Juvat porro Epistolam, quæ perbrevis est, hic adscribere; ut expeditior sit ejus vel tuendæ vel repudiandæ facultas.

Col. 1327.

Dilectissimis fratribus & coepiscopis nostris universis per Orientem constitutis, Liberius urbis Romæ Episcopus æternam salutem.

Studens paci & concordiæ Ecclesiarum, postea quam literas Caritatis vestræ de nomine Athanasii & ceterorum factas ad nomen Julii bonæ memoriæ Episcopi accepi; secutus traditionem majorum, Presbyteros urbis Romæ Lucium, Paulum & Helianum e latere meo ad Alexandriam ad supradictum Athanasium direxi, ut ad urbem Romam veniret: ut in præsenti id, quod Ecclesiæ disciplina exstitit, in eum statueretur. Literas etiam ad eumdem per supradictos Presbyteros dedi, quibus continebatur, quod si non veniret, sciret se alienum esse ab Ecclesiæ Romanæ communione. Reversi igitur Presbyteri nuntiaverunt eum venire noluisse. Secutus denique literas Caritatis vestræ, quas de nomine supradicti Athanasii ad nos dedistis, sciatis his literis, quas ad unanimitatem nostram dedi, me cum omnibus vobis, & cum universis Episcopis Ecclesiæ Catholicæ pacem habere: supradictum autem Athanasium alienum esse a communione mea, sive Ecclesiæ Romanæ, & consortio literarum Ecclesiasticarum.

His subjungit Hilarius.

Quid in his literis non sanctitatis, quid non ex metu Dei eveniens est? Sed Potamius & Epictetus, dum damnare urbis Romæ Episcopum gaudent, sicut in Ariminensi Synodo continetur, audire hæc noluerunt. Quinetiam Fortunatianus Episcopus Epistolam eamdem rursum diversis Episcopis mittens, nihil profecit. Ut autem in negata Athanasio communione sibi potius essent onerosi, remque omnem sibi periculi facerent; dummodo nihil Sardicensi Synodo, qua Athanasius absolutus & Ariani damnati fuerant, decerperent; literæ ex Ægypto omni atque ab Alexandria missæ admonebant: quoniam quales ad Julium pridem de reddenda exulanti Athanasio communione erant scriptæ, tales nunc, ut de subjectis intelligetur, ad Liberium datæ sunt de tuenda.

Hanc Liberii Epistolam cum nostri in Editione S. Hilarii, tum nos ut suppositititiam habuimus. Nam statim a morte Julii Papæ, & ineunte Liberii Episcopatu data dicitur: iniit autem Liberius anno 352. At exploratum est utriusque præsulis, Liberii & Athanasii testimoniis, nonnisi anno 357. Liberium, tædio exsilii fractum, ab Athanasii communione recessisse. Et quidem de toto illo spatio; quod ab anno 353. quo Liberius Synodum pro causa Athanasii postulavit, ad 357. intercurrit, nulla potest oriri controversia, cum certum sit illum per id temporis nec officio nec Athanasio defuisse: quod autem nec anno 352. quo iniit Episcopatum, præmaturam hanc Athanasii damnationem emiserit, haud minus compertum: ipse quippe Liberius in Epistola ad Constantium anno 354. vel circi-

ter

ter data, de Orientalium Epistolis contra Athanasium ad se missis talia fatur, *Qui fidem & sententiam non commodavimus nostram, quod eodem tempore octoginta Episcoporum Ægyptiorum de Athanasio sententia repugnabat..... unde contra divinam legem visum est, etiam cum Episcoporum numerus pro Athanasio major exsisteret, in parte aliqua commodare consensum.* Quod qui, amabo, dicere potuisset, si jam missa ad Athanasium legatione, illum iter Romam detrectantem alienum a commuoione sua dixisset? Ad hæc vero cum fractus ærumnis Liberius se purgatum Arianis esse cuperet, eorumque communionem expeteret, in Epistola sua ad Orientales anno 357. hæc ait, *Ego Athanasium non defendo: sed quia susceperat eum bonæ memoriæ Julius decessor meus, verebar ne forte ab aliquo prævaricator judicarer. At ubi cognovi, quando Deo placuit, juste vos illum condemnasse, mox consensum commodavi sententiis vestris: literasque super nomine ejus per fratrem nostrum Fortunatianum dedi, perferendas ad Imperatorem Constantium.* Hinc plane perspicuum est Liberium non anta Athanasium a communione removisse, quam literas aa de causa ad Imperatorem Constantium mitteret, quod anno 357. factum: nemo quippe his perlectis non fateatur, omnino repudiandam esse Epistolam illam, qua dicitur Liberium statim ab initio susceptæ dignitatis Athanasium damnassa. Et vero ne tempus quidem deprehendas quo Athanasium a communione sua removerit. Nam an. 352. Aprili vertente io Episcopum Romanum adlectus fuit: anno autem 353. missis ad Constantium legatis Arelatem, ab ipso postulabat, *ut juberet*, sic Liberius, *sicut jamdudum ipsi placuerat, Concilium ad Aquilejam congregari;* videlicet pro causa Athanasii, ut exquireretur an rejiciendus a communione esset necne. Ubi vides jam ante aliquod tempus, ut illo, *jamdudum*, significatur, de Synodo pro causa Athanasii cogenda cum Imperatore egisse Liberium. Cum autem anno 352. Liberius in Episcopum Romanum adlectus fuerit, si illud, *jamdudum*, aliquot saltem retro menses significare concedas, aut nihil prorsus spatii supererit, vel tam angustum tempus maneat necessa est; ut nullatenus possint ea, quæ in Liberii Epistola initio allata feruntur, tam brevibus includi limitibus. Nam si Liberius anno 352. Aprili mense ad sedem evactus, Orientalium acceptis literis, legatos tres Lucium, Paulum & Halianum miserit Alexandriam, qui Athanasium ad Romanam Synodum evocarent, ac postea Legati, re infecta & Athanasio abnuente, Romam redieriot, Liberiusque demum reluctantem Athanasium a communione sua repulerit, quod in tempus rejicias illam Aquilejensis Synodi indictionem: siquidem anno 353. Liberius ait, *jamdudum* Aquilejensem Synodum indictam fuisse pro causa Athanasii examinanda: pone indictam fuisse sub finem anni 352. quo pacto alia quæ a meose Aprili ad finem ejusdem anni gesta feruntur, tam brevi spatio emetiare? Imo vero etiamsi ad ea omnia spatii satis esset; an putes Liberium cum in medio anni 352. literas Orientalium accepisset, mox Legatos misisset, ac post eorum reditum, Athanasium a communione sua removisset, statim Synodum in Athanasii gratiam postulasse? Aonon hæc *ἀσύστατα* essent, atiamsi, quod tamen negamus, spatii satis esset?

Non minus cum Athanasii, quam cum Liberii dictis hæc Epistola pugnat: nam is in fine Apologiæ contra Arianos ait Liberium pro judicio Episcoporum, qui secundum Athanasium sententiam dixerant, obstitisse Ariaois, donec bienoii exsilio fractus cederet. Et io Epistola encyclica, scripta
P. 811. anno 356. ait, Arianis Episcopis fidem habendam fore, si paria scriberent. Hosius, Maximinus, Philogonius, Eustathius, Julius & Liberius, &c. quod qui dicere potuisset, si Liberius jam pridem sa Arianis Episcopis adstipulari declarasset? Et quod magis urgeat, io Historia Arianorum ad Monachos, ait Athanasius, Arianos Liberium ab initio Episcopatus sui, *κατὰ τὴν ἀρχὴν*, calumniis apud Imperatorem vellicasse, ut abducerent a proposito: *Arbitrati sunt impii homines*, inquit, *se si Liberium subornare possent, omnes illico superaturos:* exindeque curasse, ut ad ipsum Liberium Eusebius Spado mitteretur, qui aut donis aut interminationibus viri constantiam emolliret, eumque ad Athanasium damnandum instigaret. Spadonem vero Liberius sic affatur, *Qui, quæso, adversus Athanasium id agatur? nam quem non una solum, sed & altera Synodus ex toto orbe coacta, purum innoxiumque declaravit, quem Romana Synodus cum pace dimisit, quo pacto damnare possumus? Quis nos probaturus est, si quem præsentem amanter excepimus, ad communionemque admisimus, absentem aversemur? non Ecclesiastici canonis illud est*, &c. Queis ipsa luce lucidius est, Liberium ab initio Episcopatus sui, rem insolentem & contra Canones esse putasse, si Athanasius aliquot in Synodis absolutus, ab Ecclesiastica communione removeretur; atque adeo Epistolam, quæ io Fragmentis Hilarii qualem supra descripsimus circumfartur, ubi Athanasius a Liberio Episcopatum ineunte damnatus dicitur, supposititiam esse. Nam præter ea, quæ supra diximus, animadvertas, quæso, oullam vel Arianos, vel Eusebium Eunuchum, vel Coostantium Augustum, quorum eum Liberio colloquia, & quidem prolixa feruntur, pristinæ illius contra Athanasium dictæ senteotiæ mentionem fecisse: quod certe validissimum erat ad Liberii tentandam æquitatem incitamentum. Et sane dixissent illi, Quare Athanasium, quem tute jam damnare occupasti, tam naviter ounc defendis? quorsum isthæc mutatio tam repentina?

Reponit Tillemontius, Eam Epistolam Liberius in arcanis habuit, nec emisit; sed anno tantum
Till. vie de S. Athan. Note 68. 357. postquam ærumnis fractus cesserat, ipsam evulgavit. At si de Epistola tantum ageretur, vix ac ne vix quidem staret illud sive ratiocinium, sive commentum. Cum autem legatione solemni trium Presbyterorum Liberius Athanasium ad Synodum evocasse feratur, interminatus commuoionis privationem ni accederet, incassum inter arcana hæc computare satagit. Nihilne horum subodorati Ariani fuarint? An inter arcana hæc item lagatio statui possit?

Verum instat illa, Non possumus hanc Epistolam, utpota iotermixtam aliis germanis Epistolis, pro supposititia habere. Hæc sane abs re adseruntur; supposititia namqua veris intermixta hoc maxime ævo deprehendere non insolens, sed admodum frequens ast. Annon Liberii ad Athanasium, & Athanasii ad Liberium Epistolæ, quæ a multis retro sæculis inter germana Athanasii opera locum habebant, jam cuivis sagaci viro pro supposititiis habentur? Annon, ut habet Athanasius in Apologia ad Constantium, Ariani non modo Athanasii & parium, sed etiam Imperatorum nomine Epistolas confingebant: quid vetat & hanc item confictam ab Arianis fuisse?

Quod

Quod ad Appendicem Hilarii ſpectat, etſi illa admodum perplexa ſit, ac vitiata circumferatur, videtur tamen εἰρωνικῶς ille, tamquam de re ſuſpecta dicere, *Quid in his literis non ſanctitatis? quid non ex metu Dei eveniens eſt?* Nam Hilarius, qui numquam Athanaſio & fidei orthodoxæ defuit, nihil ſanctitatis in hiſce literis deprehendere potuit. In ſubſequentibus autem indicat, Potamium, Epictetum & Fortunatianum, Epiſtolam illam Liberii reſpuiſſe. Verum hæc adeo intricata ſunt, ut vix aptam ſententiam expiſcari poſſis. Sed ſatis ſunto quæ de Liberii Epiſtolæ νοθείᾳ diximus.

A N I M A D V E R S I O XXI.

An Epiſtola Catholica Athanaſii ſit, necne.

NOn paucas in hac Epiſtola peregrinitatis notas deprehendimus; etſi illa adeo brevis ſit, vix ut pagellam abſolvat. In ipſo quippe titulo vox Epiſtola Catholica ita inſolens videtur, ut mirer ſi uſpiam apud Patres uſurpatam reperias: ſiquidem hæc vox ſeptem Catholicis Epiſtolis (Canonicas vulgo nuncupant) conſecrata deprehenditur. Ad hæc vero, Epiſtola iſtæc in antiquis Athanaſii operum collectionibus non comparet; ſed peregrinis in locis reperta eſt, permixta ſcilicet cum operibus variorum: nec ſtylum Athanaſii ſapit, imo vero multas ibi voces Athanaſio minus uſitatas, & inſolentes reperias. In titulo quippe præter illam ſupra notatam, vox συνεπισκόποις, Athanaſio non uſuvenit, qui ſemper συλλειτουργοῖς, & quidem frequentiſſime habet: his adjice σύμβολον τῆς πίστεως, & δεύτερον τάγμα, ignotas Athanaſio voces: qui priorem ſexcenties ſic effert, ἔκθεσιν πίστεως, vel πίστις; ſecundam vero δεύτερον τάγμα ubique ſcribit. Hioc animadvertas, hujus Epiſtolæ auctorem, quaſi rem maximi momenti dicturum Epiſtolam ordiri, & tamen pauciſſimis rem abſolvere, ut vix ſciatur quæ res quodve negotium ſic urgeat, & ad ſcribendum impellat. Ne multa, quoties illam perlegi, in peregrinis verſari mihi videbar; ita diſſimilis Athanaſianis operibus eſt: neque tamen περὶ νοθείας vel γνησιότητος judicium ferre auſus ſum; ſed inter dubia locavi. Tillemontius contra vult penitus certam, nec ἀμφιβαλλόμενον. Lis ſub judice pendeat: nobis quæ cauſa ambigendi ſit expoſuiſſe ſatis eſto. *Till. vie de S. Athan. Art. 118.*

A N I M A D V E R S I O XXII.

De aliis dubiis Athanaſii operibus, & de quibuſdam fragmentis.

ORationem, cui titulus, *Unum eſſe Chriſtum*, dubiam eſſe cum multis doctis viris cenſemus, nec dubiam diffitetur Tillemontius. Verum ait, quia hæc Oratio a Petro Diacono in Epiſtola ad S. Fulgentium laudatur, nos argumento, quod hinc adverſus opinionem noſtram eruitur, occurrere debuiſſe. Sed argumentum hujuſmodi ne minimum quidem negotii faceſſere poſſit: opuſculum enim perantiquum, & Athanaſii nomine ſæculo Neſtoriano editum fuiſſe arbitramur. Quid mirum igitur ſi ſæculo ſexto Athanaſii nomine a Petro Diacono laudatum fuerit? *Not. 104.*

Librum de Incarnatione, qui in prius editis contra Paulum Samoſatenum inſcriptus erat, nos inter dubia opera ablegavimus; Tillemontius vero γνήσιον eſſe pugnat. At longe plures ſuſpicandi cauſas præfert hoc opuſculum, quam Oratio, *Unum eſſe Chriſtum*, ſuiſque ſe notis prodit Neſtoriano ævo fuiſſe confectum. Id vero propalam videtur ex hoc uno loco, ὁ δὲ ἄνθρωπος, ſic ibi, ἓν πρόσωπον, καὶ ζῶον ἕν, ἐκ πνεύματος καὶ σαρκὸς, κατὰ δὲ τὸ ὁμοίωμα αὐτοῦ νοητέον τὸν Χριστὸν ἕνα καὶ οὐ δύο πρόσωπα, ὅπερ ἡ νῦν ἀπιστία βιάζεται σαφῶς, ἀπολειπομένη τῷ μεγέθει τῆς θείας χάριτος, καὶ τῷ Ἑλληνικῷ σκανδάλῳ περιπίπτουσα· id eſt, *Homo autem una perſona, & unum animal eſt, ſpiritu & carne conſtans; ad cujus ſimilitudinem intelligendum eſt, Chriſtum unam eſſe perſonam, & non duas, ut jam incredulitas magnitudine divinæ gratiæ deſtituta & in gentilium ſcandalum prolapſa, aperte & ſumma vi contendit:* in cæteris item, quæ ſubſequuntur, Neſtorianum errorem tum graſſantem videas. Hæc vero Athanaſii ævo adſcribere non licet: ubi enim Athanaſio ſuperſtite videas hæreticos duas in Chriſto perſonas eſſe aperte & ſumma vi contendere. Hæc etiam ad Neſtorianum ſæculum pertinere, indicare videtur Codex antiquiſſimus Baſilienſis, qui ad marginem, ubi de Paulo Samoſateno agitur, ſic habet, ὅτι ἀρχὸ τῆς Νεστορίου αἱρέσεως ὁ Σαμοσατεύς· id eſt, *Neſtorianæ hæreſi initium dedit Samoſatenus*. Ad hæc vero, hoc in opuſculo adſertur hæc Apoſtolici dicti lectio, ὁ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί· *Deus manifeſtatus eſt in carne*. quæ in nonnullis Græcis exemplaribus habetur; in aliis vero legitur, ὃ ἐφανερώθη ἐν σαρκί, *Quod manifeſtatum eſt in carne*. Priorem vero lectionem numquam Athanaſius in ſcriptis ſuis adtulit: quo manifeſte liqueat ejus exemplaria poſteriorem habuiſſe: nam ſi priorem illam circumtuliſſent, locum ſane contra Arianos opportuniſſimum, ſexcenties uſurpaſſet Athanaſius, qui incredibili diligentia Scripturas perveſtigavit, ut ſi qua contra Chriſti hoſtes objici poſſent, ex ſacra penu depromeret. Hæ nobis dubitandi cauſæ: hiſque perſpectis neminem puto non hæſitaturum, niſi quid ulterius decernatur.

Tractatum cui titulus, *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis*, opinatur Tillemontius eſſe partem Epiſtolæ ad Marcellinum: quo videas non legiſſe eum quæ de hoc Fragmento diximus. Eſt quippe, ut ex optimis Codicibus & ex ſerie comprobavimus, pars poſtrema Epiſtolæ quartæ ad Serapionem. Vide quæ hac de re necnon de Epiſtolis ad Serapionem ediſſeruimus p. 239. initio ſecundæ partis. Earum quippe ſeriem haud dubiis indiciis & Codicum auctoritate reſtauravimus. ὁ μακαρίτης vero ingraveſcente morbo in extremiſque verſans, hæc non animadvertit.

Cæterum fragmenta in Leviticum, & in Paulum Samoſatenum, quæ jure ſuſpicatur ille alicunde divulſa fuiſſe, nos in Syllabo ad frontem operum Athanaſii unde excerpta fuerint indicavimus.

Reſtat ut de ordine operum Athanaſii paucis agamus: Tillemontius quippe quam tenuimus temporis ſeriem, non omnino probatam ſibi teſtificatur: nam, inquit, pauciſſima ſunt Athanaſii opera, quæ quo tempore conſcripta fuerint adſignari valeat: quare alium ille ordinem ſecundum argumenti & materiæ rationem confingit, & commodius iniri poſſe æſtimat. Verum hæc Tillemon-

tii observatio ne vel tantillum nos a pristino instituto dimovet: quia ex diuturna Athanasii scriptorum tractatione, commodiorem nostra non posse texi seriem comperimus. Siquidem contra quam putat Tillemontius, inter præcipua Athanasii opera pauca sunt, quorum tempus, circiter saltem, ignoretur. Nam duo Libri contra Gentes, qui agmen agunt, ante Arianorum tumultum ab Athanasio juvene conscripti sunt. Expositio fidei proxime sequens nullam præfert temporis notam; sed quia ejusmodi doctrinæ causa cum Arianis pugnatum est, ante scripta Arianismum oppugnantia commode locatur. Tractatus in illud, *Omnia mihi tradita sunt a Patre*, quia ante Eusebii Nicomediensis mortem scriptus fertur, quæ contigit anno 342. ab anno 339. quo redux ab exilio Athanasius Alexandrinæ sedi restitutus est, ad 342. quo obiit Eusebius, scriptus fuerit oportet. Epistola Encyclica anno 341. certissime scripta est. Apologia contra Arianos anno circiter 350. edita fuit, ut fatetur ipse Tillemontius. Libri de Nicænis decretis & de sententia Dionysii, post reditum Athanasii a secundo exsilio & ante tertium adornati sunt, scilicet ab anno 350. ad 354. ut ibi comprobatur. Epistola ad Dracontium, imminente ultimo Athanasii sub Constantio exsilio anno circiter 354. ipso fatente Tillemontio. Quæ sequuntur haud dubiis notis sic ordinamus: Epistola ad Episcopos Ægypti & Libyæ anno 356. Apologia ad Constantium eodem. Apologia de fuga anno 356. Apologia ad Constantium eodem. Apologia de fuga anno 357. vel 358. Epistola ad Serapionem de morte Arii & Historia Arianorum ad Monachos eodem anno 358. Orationes contra Arianos eodem circiter tempore profugus scripsit. Pariterque Epistolas quatuor ad Serapionem contra Arianos & Pneumatomachos. Librum de Synodis subsequentem anno 359. Tomum ad Antiochenos anno 362. Hæc maxima pars operum Athanasii cum ordine temporis, tum argumento cohærent, & Arianici tumultus seriem quamdam exhibent, ac pene omnia polemica, historica simul & dogmatica sunt. Illa porro sejungere, ac distrahere, diversisque titulis cum dubiis etiam operibus permixta digerere, ut tentavit Tillemontius, cum recta ratione ita pugnat; ut libenter ad ipsum Tillemontium melius consultum, si in vivis esset, appellarem. Neminemque puto fore, qui hæc accurate perlegerit, quin hæc nativo ordine distributa esse contendat, & quin ægre ferat aliam proponi seriem & ordinis rationem. Hæc satis sunto: cum maxime quod ordinem & seriem operum cujusvis Scriptoris spectat, arbitratu & nutu quisque suo judicet, & alii alia ratio digerendi placeat. Exempli causa; si parem Tillemontianæ operam suscepissem, numquam induxissem animum, ut res historiam Ecclesiæ spectantes vitis sanctorum & virorum illustrium singillatim descriptis includerem; unde illud importunum accidit; ut cum res v. gr. Nicænæ Synodi quis perlegere velit, non sub uno titulo omnia simul posita deprehendat; sed ad Constantini, Alexandri Alexandrini, Hosii, Athanasii, Eusebii Cæsariensis & aliorum vitas, diversis etiam in tomis conscriptas, remittatur; ut quid singuli eorum eadem in Synodo egerint ediscere queat. Verum quæ mihi ingrata est Tillemontiana ratio, aliis fortasse perjucunda & probata erit: neque ego probantibus & laudantibus repugnabo, dum mihi quid sentiam libere fari liceat. Perinde vero liberum erit erudito & benevolo Lectori, de animadversionibus nostris in utram visum fuerit partem ferre judicium.

P R Æ F A T I O N I S

In Cosmæ Ægyptii Topographiam Christianam

C A P U T VI.

De Epistolis Festalibus Athanasii, quæ in decimo Cosmæ libro exstant.

I. De Epistolis Festalibus Athanasii. II. Cur Paschales dictæ. III. Epistola viri cujusdam docti περὶ βαίων & δάλων, & de restituenda quadam Athanasii lectione.

I. De Epistolis Festalibus Athanasii.

EPistolas Festales Athanasii, quarum fragmenta aliquot supersunt, magno olim numero fuisse planum est, quando ex Quadragesima quinta excerpta quædam Cosmas adfert. In vita vero S. Athanasii a Coptis Arabice adornata, cujus versionem Latinam in nupera Athanasii editione adtulimus, ad quadraginta octo numerantur. Ex conjectura porro diximus scriptas illas & missas ad populum Alexandrinum fuisse, cum Athanasius in deserto latens, metu Constantii ageret: neque enim Epistolæ nomen præsentis viri Sermnni aut Homiliæ aptari posse videtur. Attamen Epistolæ Festales Theophili Alexandrini & Cyrilli successoris ejus, ab ipsis præsentibus & populo concionantibus recitatæ fuisse putantur; ut semper eadem difficultas supersit, cur scilicet præsentium Homiliæ & conciones, Epistolarum nomen obtineant.

II. Cur etiam Paschales dictæ.

Eædem autem Epistolæ Festales, a quibusdam Paschales item dicuntur, quia in diebus maxime Paschalibus populo recitabantur. Nec modo illas, quæ in ipsis Paschatis solemnitatibus, sed etiam eas, quæ per Quadragesimam, dum Christiani populi jejuniis, vigiliis aliisque bonis operibus, sese ad sanctum Pascha rite celebrandum componerent, Paschalium sive Festalium nomine insignitas reperias. Sic Epistola Festalis Athanasii, quæ apud Cosmam vigesimaoctava notatur, in die Palmarum imminente Paschali solemnitate dicta deprehenditur.

III. Epistola viri cujusdam docti περὶ βαίων & δάλων, & de restituenda quadam Athanasii lectione.

Non abs re autem erit, ad me missam ab erudito & emunctæ naris viro Epistolam his subjicere, ubi de βαίων, sive δάλων, usu, necnon de restituenda quadam Athanasii lectione erudite & sagaciter pro more suo edisserit.

Epi-

Epiſtola *** ad D. B. D. M.

Ex animo gaudeo jam proximum eſſe, ut quæ pridem moliebaris demum feliciter exeant, ac anecdota veterum Patrum & Scriptorum Græcorum opera publicum in uſum cedant. Quod dicis autem inter ea Athanaſii opuſcula, quæ nunc primum eduntur in lucem, homiliam εἰς τὰ βαΐα, ſive in feſtum Palmarum haberi, ac ſimiliter fragmentum Epiſtolæ Feſtalis Athanaſii εἰς τὰ βαΐα a Coſma Ægyptio adſerri, occaſioni mihi eſt, ut quæ περὶ τῶν βαΐων, ſive θαλλῶν, haud ita pridem ſcripſi, eademque opera meam de caſtiganda quadam Athaoaſii lectione ſententiam, tecum communicem, quam cenſuræ tuæ prudentiſſimoque tuo judicio committo.

Eſt locus in hiſtoria Arianorum ad Monachos, ubi poſt enarrata Arianorum & Ethnicorum in Eccleſias direptione facinora; immiſſam divinitus ultionem deſcribit Athanaſius. Nam juvenis qui- p. 350. an. 316. dam ex petulantioribus Ethnicorum, auſus in Epiſcopali throno ſedere, ac meretricium quidpiam naribus perſonare. Deinde cum thronum ipſum convellere tentaret, pertractum thronum io ventrem impegit, alteraque die exſtinctus eſt. Alter vero thallos agitare cum eacbinnis auſus, amiſſo oculorum lumine, occæcatus abductus a ſuis, poſtridie tantum viſum recepit. Hic vero poſtremus locus ſic habet, καὶ ἕτερος δὲ μετὰ θαλλῶν εἰσελθὼν, καὶ ὡς Ἕλλην κινῶν αὐτὰ τῇ χειρὶ καὶ χλευάζων, εὐθὺς ἐσκοτίσθη, καὶ οὐκ ἔβλεπεν, οὐδὲ ἐγίνωσκεν ἐν λοιπῷ ὅπου γῆς ἐτύγχανε, μέλλων τε καὶ αὐτὸς καταπίπτειν, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων, καὶ ὑποβασταζόμενος ἐξήρχετο αὐτοῦ, μόγις μεθ' ἡμέραν διανήψας, καὶ οὐ γινώσκων ὅτι αὐτὰ πεποίηκεν ἢ ἃ πέπονθεν ὁ τολμηρός· id eſt, *Ingreſſus item alius, qui thallos geſtabat, cum, utpote ethnicus, manu illos agitaret, cachinnoſque profunderet, derepente tenebris offuſus, nihil videbat, nec ultra ſciebat ubi terrarum eſſet: qui jamjam collapſurus, a comitibuſque ſuis manu abductus ac ſuſtentatus, exivit: vixque poſtridie mentis compos effectus eſt, facinoris juxta & caſus ſui immemor, ſceleratus ille.* Ubi mendum ſuſpicari me fateor, & loco θαλλῶν aliam ſubſtituendam lectionem eſſe puto. Nam cum multi alii ethnicorum immania ſcelera admiſerint, ſacram menſam, thronum, ſubſellia, velaque Eccleſiæ aſportata, ante fores Eccleſiæ incenderint, eoque impietatis proceſſerint, ut eodem igne thus idolis adolerent; cur in hunc cadat divina ultio, qui nihil aliud mali admiſerat, quam quod ramos agitaret & hæc agendo rideret: leviſſimum ſane erratum, ſi cum ſexcentis aliis tunc in Ecſia perpetratis ſceleribus conſeratur? θαλλὸς quippe nihil aliud eſt, quam κλάδος δένδρων, arborum ramus; ſive etiam ſpeciatim ramus olivæ. Ramos autem ſive thallos gerere & agitare, perinde Iſraelitis ac gentilibus io uſu erat. Legi Dei juſſum fuerat Hebræis, ut io feſto Tabernaculorum rami geſtarentur: ſuoſque tandem Thallophoros Judæi atque Gentiles pari ritu uſurpabant. Hoc Chriſtus modo a Jeroſolymitana plebe, cum Jeroſolymam ingrederetur exceptus eſt, ἔκοπτον κλάδους ἐκ τῶν δένδρων, *ramos ex arboribus cædebant*, ait Matthæus; Joannes vero ait, Jeroſolymitanum populum Chriſto obviam veniſſe cum ramis palmarum τὰ βαΐα τῶν φοινίκων: vox autem βαΐα nihil aliud, quam θαλλὸς & κλάδος ſignificat: & generatim quidem vulgo ſic uſurpatur; Athenis tamen θαλλοὺς ſpeciatim pro olivarum ramis uſuveniebant, cum in Panathenæis oleæ, arboris ſcilicet Palladi conſecratæ, ramos geſtarent. Verum Θαλλοὶ, ut diximus, vulgari more pro arborum quarumlibet ramis uſuvenit.

Hic ramorum uſus, ritu peculiari a priſcis Eccleſiæ temporibus conſecratus erat. Athanaſii quippe Epiſtola Feſtalis 28. cujus fragmentum adferre Coſmam Ægyptium narras, εἰς τὰ βαΐα conſcripta erat, ſimiliterque alia, quam nunc primum edis, ejuſdem Homiliam: ac frequentes ea de re homilias quarto ſæculo videas. Quod tantum ergo facinus ejus qui thallos ſive ramos in Eccleſia movit, ut ia ex tanta ſceleratorum immania perpetrantium frequentia, ſolus divinitus immiſſam ultionem expertus ſit? An dum alii rapinis, incendiis, profana thuris oblatione Eccleſiam impune violarent, hic ſolus quod ramos geſtaret moveretque pœnas dederit? Annon hæc item Chriſtianis in uſu erant? Cyrillus ſane Jeroſolymitanus Catecheſi x. iſque Athanaſio æqualis, ex aſſignata palma quapiam ramos a Chriſtiaois excerpi ſolitos teſtificatur, τὰ βαΐα παρασχὼν πᾶσι τοῖς τότε εὐφημοῦσι, *ramos ſubminiſtrans omnibus qui tunc benedicunt*. Goarus autem in Euchologio p. 745. dicit βαΐα ſignificare, κλάδους ἐκ δένδρων κοπτομένους. *Turbæ namque Chriſto Jeroſolymam ingredienti præibant, manibus ferentes* βαΐα τῶν δένδρων, ſive κλάδους ἀπὸ δένδρων· hinc apud Chriſtianos exorta Ramorum cærimonia: quæ, uti commonſtratum eſt, ipſo Athanaſii ævo frequentabatur: in hiſtoria quippe Lauſiaca legis c. 39. οἱ ἀδελφοὶ.... μετὰ βαΐων κλάδων ἐλαιῶν, *fratres cum ramis olivarum*. Et in Apophthegmatibus apud Cottelerium, legitur fratres cum ramis obviam Macario veniſſe, λαβόντες τὰ βαΐα ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Ammonius qui Monachorum Rhaithu Martyrium deſcripſit, & Athanaſio æqualis fuit, narrat ad exſequias Martyrum cohoneſtandas Monachos μετὰ βαΐων καὶ ψαλμῳδίας, *cum ramis & Pſalmorum cantu* proceſſiſſe: atque in occurſum reliquiarum cum ramis palmarum omnes acceſſiſſe, πάντες οἱ ὁδεύοντες ἐκεῖ φέροντες θαλλοὺς ἀπὸ φοινίκων, ἦλθον εἰς ἀπάντησιν τῶν ἁγίων λειψάνων.

Hinc manifeſte colligendum videtur non veram eam eſſe Athanaſii lectionem; ſed vitiatam ſententiam reſtaurandam oportere. Quid porro huic voci θαλλῶν ſubſtituamus? φαλλῶν haud dubie: proclivis mutatio eſt; nam Librarios ignotam ſibi vocem φαλλῶν, in θαλλῶν commutaſſe neceſſe fuerit; ſiquidem frequenter in veteribus libris minus notas voces in alias adfines commutatas obſerves. Et hic exſecrandus ille auſus erat, hocque ingens flagitium, quod ſtupendo prodigio ulta eſt numinis ira.

Inter enim abominabiles Ægyptiorum Græcorumque ritus, deteſtabilior nullus erat eo φαλλῶν uſu, cujus teſte Plutarcho io Iſide & Oſiride, auctores erant Ægyptii. Hi quippe in honorem Iſidis & Oſiridis obſcœniſſimam hujuſmodi cærimoniam induxerant. Atque ut prior ille Ethnicus juvenis, quia petulanter in Epiſcopali throno ſedens meretricium quidpiam narihus perſonans, πορνικὸν, vel Ithyphallum, quod eſt ἑταιρικὸν ᾆσμα, ſive meretricium caoticum, emiſerat, divinitus immiſſas pœnas luit; alter quod in Eccleſia phallos geſtaret & agitaret, promerito item ſupplicio, eoque divinitus immiſſo, caſtigatus eſt. Ritum Phallorum in Euterpe cap. 49. & 50. commemorat Herodotus: quem ab Ægyptiis mutuatos Græcos eſſe teſtificatur. Verum Ægyptii Priapi ſtatuas item geſtabant, Græci vero

Phal-

Phallos solummodo. Ægyptios quoque Phallum in Isidis Osiridisque festo gestasse, testis est Plutarchus: quem ritum, & phalli pompam Herodotus in Euterpe ait a Melampo in Græciam ex Ægypto translatam, atque ibi in honorem Bacchi, qui pro Osiride habebatur, celebratam fuisse: Ἕλλησι γὰρ Μελάμπους ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τό τε ὄνομα καὶ τὴν θυσίην καὶ τὴν πομπὴν τοῦ φαλλοῦ· & quibusdam interpositis; πυθόμενον ἄλλα τε πολλὰ ἐσηγήσασθαι Ἕλλησι ἀπ' Αἰγύπτου. Eam vero pompam in qua Phallus ferebatur Hesychius vocat, περιφάλλιον.

Eusebius Præp. Euang. l. 2. c. 2. p. 47. Diodori locum adfert, quo dicitur Isidem *Osiridis pudendorum imaginem divino cultu honestasse*. Et est hodieque locus apud Diodorum l. 1. p. 19. Narrat autem Diodorus, Græcos ex Ægyptiis Bacchi festa mutuatos esse, διὸ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐξ Αἰγύπτου παρειληφότας τὰ περὶ τοὺς ὀργιασμοὺς, καὶ τὰς Διονυσιακὰς ἑορτὰς, τιμᾶν τοῦτο τὸ μόριον ἔν τε τοῖς μυστηρίοις, καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ τούτου τελεταῖς τε καὶ θυσίαις, ὀνομάζοντας αὐτὸ φαλλόν.

Clemens item Alexandrinus, Phallorum institutionem & originem Baccho adscribit: qua de re obscœnum profert & cui honos præfandus sit, Protrept. p. 21. & 22. quo insanas Geotilium superstitiones derideat & traducat: admodumque frequentatam Phallorum cærimoniam indicat, φαλλοὶ κατὰ πόλεις ἀνίστανται Διονύσῳ. Parique modo Theodoretus *De Curat. Græc. affect.* Serm. I. ubi de Phallis multa. Neque vero Bacchi & Osiridis tantum colebantur Phalli: nam, auctore Pausania io Eliacis, Cyllenii Elidis populi Mercurium summo cultu & honore prosequebantur, cujus ὀρθὸν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου. Hujusmodi porro Mercurii sive Hermæ statuas delioeatas videre licet in Miscellaneis Sponii.

Romani quoque, ceu numen quoddam præcipuum, τὸ αἰδοῖον vel τίθων, fascinum, venerabantur: quodque prodigii & monstri simile est, Virginibus præsertim Vestalibus hujusmodi cultum deferebant: apud eosque talia τῶν φάλλων schemata, ceu crepundia & amuleta, e collo puerorum & infantium pendebant. Idipsum in curribus triumphalibus ad tutelam & præsidium Imperatores gestare solebant: qua de re diserte Plinius lib. 28. cap. 5. *Illos infantes religione tutatur & fascinus, Imperatorum quoque, non solum infantium custos: qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur, & currus triumphantium subtus pendens defendit, medicus invidiæ*. Varro de lingua Latioa paulo ante finem sic loquitur, *Pueris turpicula res in collo quædam suspenditur, ne quid obsit bonæ sceuæ causa*.

Hinc porro colligas, φάλλους, non vero θάλλους, legi apud Athanasium oportere; nam Thallorum usus, utpote ab ipso Deo institutus, & a populo Dei veteris & novæ legis pari ritu observatus, non tantam numinis iram provocare potuit; ut inter tot scelestos homines, nefaria in Ecclesiæ contumeliam perpetrantes, hic rem levissimam, thallorum scilicet agitationem, aggressus, immissas divinitus pœnas lueret. Quare φάλλοι legendum haud dubie videtur; ut ob Ecclesiam exsecrando modo violatam, jure castigatum Ethnicum dicas. Proclivis sane mutatio fuit τὸ φ in θ, cum paulum deflexa φ litera, ut frequenter in manuscriptis libris habetur, pro θ facile accipiatur, &c.

Usque adeo placet viri doctissimi restitutio, ut si vel unus vetustus liber mſ. sic præferret, incunctanter θάλλους expungerem, & φάλλοι substituerem. Imo etiam sine ulla veteris mſ. auctoritate, hanc pro vera lectione probabiliter haberi posse arbitror.

Ex undecim autem Athanasii Epistolis Festalibus fragmenta excerpsit Cosmas, nimirum ex secunda, quinta, sexta, vigesimasecunda, vigesimaquarta, vigesimaoctava, vigesimanona, quadragesima, quadragesimasecunda, quadragesimatertia, quadragesimaquinta.



DIA-

D I A T R I B A

D E C A U S A

M A R C E L L I A N C Y R A N I.

Proœmium & diviſio Operis.

DE Marcelli Ancyrani doctrina, etſi ab ipſo Marcelli ævo ad hoc uſque tempus ab inſignibus viris diſceptatum ſit, res tamen adhuc in ancipiti manet: alii namque illum temeratæ fidei reum agunt; alii ut rectæ fidei vindicem defendunt; alii quæſtionis difficultate deterriti, non audent in utramvis partem ferre judicium. Ad poſtremos autem incunctanter accederem, niſi ex eo, quod jam primum publicatur, opuſculo nova Marcellianis rebus lux oriretur. Hujus adminiculo non ſine ſpe enodandæ, in multis ſaltem, rei hactenus perplexæ & intricatæ, huic Diatribæ manum admovemus, totamque hæc in capita diſtribuimus. Præit compendiaria de vita Marcelli narratio; hinc exquiritur, qui fuerit ille Marcello adſcriptus error; tum an in ejus contra Aſterium libro deprehendi potuerit; deinde num errorem illum in decurſu vitæ verbo vel ſcripto tradiderit; itemque an ab Athanaſio a communione remotus fuerit; demum agitur de Marcelli & Eccleſiæ Ancyranæ ad Athanaſium legatione, quam nunc primum edimus.

C A P U T I.

Compendiaria de vita Marcelli narratio.

QUi anno 374. ſaltem centenarius e vivis exceſſit, Marcellus, anno circiter 274. Aureliano rerum potiente natus ſit oportet, eodem ferme tempore, quo Paulus Samoſatenus, cujus hæreſin reſtauraſſe fertur Marcellus, Antiochena ſede pulſus eſt. Ante annum 314. in Ancyranum Epiſcopum adlectus, Ancyranæ Synodo eodem anno celebratæ interfuit. Hinc in Nicæna Synodo in Arium & aſſeclas acriter invectus, eorum in ſe inflammavit odia. Excitata vero diſſenſio in apertum bellum erupit cum, Aſterio ſophiſta Arianorum vindice in edito ab ſe libro Catholicam fidem oppugnante, Marcellus inſigni opere Aſterium adortus, Arianorum primipilares omnes exagitavit. Hæc princeps cauſa irarum, hi ſævi dolores Arianorum, qui exinde claſſicum in Marcellum canentes, eum & ſcriptis & moliminibus ſunt aggreſſi. Siquidem ulciſcendæ injuriæ cupidine, primo Jeroſolymam, teſte Socrate, Marcellum evocant, cauſam dicturum: deinde vero Conſtantinopolin acceſſunt, abnuentemque ejurare hæreſin, quam in libro ejus efferri contendebant, gradu dejiciunt, ipſique Baſilium ſubrogant. Hinc Euſebius Cæſarienſis duobus contra Marcellum Libris tribuſque aliis vario titulo Arianorum res vindicavit: atque ita gregalibus ſuis oblata crimina depulit, ut ſe ipſe proderet Arianum. Tum ibidem contra Marcellum rem ſtrenue geſſit, quem violatæ ſanæ doctrinæ reum egit: ac inſtaurati Pauliani & Sabelliani erroris accuſavit. Hac autem in re non prorſus infauſto conatu Marcellum adortus eſt: exinde namque non modo Arianis inviſus; ſed etiam Catholicorum multis ſuſpectus eſſe cœpit.

Sub hæc defuncto Conſtantino, cum aliis exſulibus Marcellus ſedi reſtitutus, non ſine tumultu ac cædibus locum repetiit. Nec diu poſtea extorris denuo factus, ad Julium Papam receptum habuit. Ibi fidens adverſarios provocat ad judicium, Julio fidei ſuæ formulam offert, nullo, ut planum eſt, vitio laborantem: ſuum contra Aſterium librum defendit, truncas ſententias ab Euſebianis pravum in ſenſum detortas, adulteratam verborum ſeriem in Romana 50. Epiſcoporum Synodo comprobat, dicta tuetur & explicat: demumque ab Julio & Epiſcopis ad communionem ut innoxius admittitur anno 342. Ariania vero non quieſcentibus, detrectantibuſque Romanum judicium; parem ſub hæc fortunam expertus eſt in Sardicenſi Synodo œcumenica: ubi poſtquam cauſam dixerat, purgatus ipſe; Ariani præſules damnati anathemateque percuſſi ſunt. Jam prona Marcello omnia erant: & poſt dictam ſecundum ipſum duabus in Synodis ſententiam, ſpes videbatur eſſe neminem Catholicorum auſurum ultra de ſincera ejus fide dubitare. Verum ſecus res ceſſit: nam ſive quia Marcellus, quæ in libro ſuo ita adtemperate enuntiata erant ut poſſent in bonam malamve partem deflecti, in quotidianis fabulationibus ſecundum hæreticam ſententiam explicaret: ſive quia Photinus ejus diſcipulus parem impietatem, imo graviorem, palam & in Eccleſia deprædicaret, qua de cauſa nec diu poſtea damnatus depoſituſque eſt; hinc Marcelli fama in deterius verſa: creſcebat in dies ſuſpicio, multi Catholicorum palam hominem, ut Sabellio adfinem, damnabant: reſque illo deducta eſt, ut etiam Athanaſio, quicum ipſi hactenus neceſſitudo & familiaritas interceſſerat, ſuſpectus eſſe cœperit. Neque tamen, narrantibus licet Hilario & Sulpitio Severo, ab Athanaſio tunc damnatus, & a communione remotus fuit, ut mox commonſtrabitur. Poſtremis Athanaſii vitæ annis nova omniumque ſorte graviſſima in Marcellum tempeſtas excitatur: cum Baſilius ille magnus & alii bene multi coorti ſunt, & virum impietatis cauſa damnandum prædicant: tum Athanaſio auctores ſunt, ut hominem a Catholica fide alienum, ab Eccleſiæ communione depellat. Senſit Marcellus vir annoſiſſimus & pene centenarius, jam proximum eſſe ut Athanaſius ille, olim amicus & fortunarum conſors, ſententiam adverſum ſe diceret, & cum jam periculum portenderetur, ſui & totius Ancyranæ Eccleſiæ nomine Eugenium diaconum alioſque ad Athanaſium Oratores mittit, commendatitiis Epiſcoporum Græciæ & Macedoniæ, quibuſcum pacem & ſocietatem fovebat Athanaſius, literis inſtructos: qui recitata fidei ſuæ formula, erroris ab ſe & pravæ opinionis ſuſpicionem dimoverent: quia vero hæc fidei profeſſio in omnibus ſui partibus Catholica eſt, adſcri-

ptamque Marcello hæresin anathemate ferit, ab Athanasio & Ægyptiis Episcopis admissa, eorumque suffragiis munita est. Hallucinantur ergo qui Marcellum putant ab Athanasio Basilii instigatione damnatum, e quorum numero Tillemontius. Nam, ut in hoc egregio opusculo videas, Athanasius qui Ecclesiæ Ancyranæ Oratoribus postulata concedit, eorumque fidei formulæ adstipulatur, etiam eas, quas expetunt, commendatitias literas haud dubie dederit necesse est. Sub hæc autem diem obiit Marcellus, annis circiter duobus antequam Epiphanius de Marcellianis in Panario scriberet, scilicet anno circiter 374. Nam cum Epiphanius Panarium suum sit orsus anno 375. ut testificatur ipse, & anno sequente 376. ad Manichæorum hæresim numero *66.* devenerit, ut ibidem legis, eodem anno Marcellianorum hæresin numero 72. scripsisse videtur, ubi narrat a duobus circiter annis obiisse Marcellum. Erat porro tum Marcellus, ut videtur, centenario major, utpote qui jam anno 336. senex, canus, & in episcopatu consenuisse dicatur ab Eusebio, itidemque ab Athanasio; quæ frequens senectutis repetitio sexagenario majorem spectare putatur. Post Marcelli decessum, Discipuli ejus, Ancyranæ Ecclesiæ Clerici, ad Episcopos & Confessores Diocæsareæ agentes adierunt, prolatisque commendatitiis Athanasii, quem τρισμακάριον vocant, literis, dataque fidei formula huic non absimili, sed breviori, communionis societatem rogabant, qua impetrata, recesserunt. Demumque Basilius, horum exemplo & auctoritate motus, licet ægre, Marcelli Clerum & ipse communioni suæ restituisse creditur. En paucis totam de Marcello narrationem. Si quid vero præter vulgarem Eruditorum opinionem hic enuntiatum deprehendas, id certis testimoniis adseritur, ut in sequentibus palam erit.

CAPUT II.

Qui fuerit error Marcello adscriptus.

I. De Marcelli sententia varia traduntur. II. Quid Basilius de Marcelli errore dicat. III. Quid Epiphanius. IV. Quid Chrysostomus. V. Quid Theodoretus. VI. Quid Eusebius Cæsariensis. VII. Summa doctrinæ Marcellianæ.

I. De Marcelli sententia varia traduntur. NOn prorsus difficultate vacat, quæ fuerit illa, de qua Marcellus accusabatur, hæresis: etsi namque apud Basilium & Theodoretum Marcellianæ sententiæ capita non obscure ferantur; Eusebius tamen qui cum æquali suo disceptabat; quippe ex libro Marcelli singula excerpsit, quæ vel errorem, vel erroris speciem præferrent, in quibusdam non ita facile cum Basilio & Theodoreto conciliatur. Idcirco e re visum est fore, ut allatis in medium iis, quæ ab iisdem Scriptoribus de Marcelli opinione narrantur, quæ vere fuerit illa diligenter excutiamus.

II. Quid Basilius de Marcelli errore dicat. Basilius igitur in Epist. 52. quæ est ad magnum Athanasium, hæc habet: ἐπεζητεῖτο δὲ κἀκεῖνο παρὰ πολλῶν ἔτι ἐντεῦθεν ἀναγκαῖον, ὡς καὶ αὐτοῖς ἡμῖν καταφαίνεται, τὴν Μαρκέλλου αἵρεσιν ὡς χαλεπὴν καὶ βλαβερὰν, καὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως ἀλλοτρίαν ἔχουσαν, ἐξορισθῆναι. ἐπεὶ μέχρι νῦν ἐν πᾶσιν οἷς ἐπιστέλλουσι γράμμασι, τὸν μὲν δυσώνυμον Ἄρειον ἄνω καὶ κάτω ἀναθεματίζοντες καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἐξορίζοντες οὐ διαλείπουσι· Μαρκέλλῳ δὲ, τῷ κατὰ διάμετρον ἐκείνῳ τὴν ἀσέβειαν ἐπιδειξαμένῳ, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ὕπαρξιν τῆς τοῦ μονογενοῦς θεότητος ἀσεβήσαντι, καὶ κακῶς τὴν τοῦ λόγου προσηγορίαν ἐκδεξαμένῳ, οὐδεμίαν μέμψιν ἐπενεγκόντες φαίνονται· ὃς λόγον μὲν εἰρῆσθαι τὸν μονογενῆ δίδωσι, κατὰ χρείαν καὶ ἐπὶ καιροῦ προελθόντα, πάλιν δὲ εἰς τὸν ὅθεν ἐξῆλθεν ἐπαναστρέψαντα, οὔτε πρὸ τῆς ἐξόδου εἶναι, οὔτε μετὰ τὴν ἐπάνοδον ὑφεστάναι. καὶ τούτου ἀπόδειξις, αἱ παρ' ἡμῖν ἀποκείμεναι βίβλοι τῶν ἀδίκων ἐκείνου συγγραμμάτων ὑπάρχουσιν. ἀλλ' ὅμως τοῦτον οὐδαμοῦ διαβάλλοντες ἐφάνησαν, καὶ ταύτην αἰτίαν ἔχοντες, ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς κατ' ἄγνοιαν τῆς ἀληθείας, εἰς κοινωνίαν αὐτὸν ἐκκλησιαστικὴν παραδεξάμενοι· id est, *Quæritur autem hic nonnullis ut necessarium, quod itidem nobis videtur; ut Marcelli hæresin illi, tamquam malam & noxiam, & a sana fide alienam exterminent. Quoniam ad hoc usque tempus in omnibus quas scribunt literis execrandum Arium, sursum ac deorsum versantes anathematizare, atque ex Ecclesiis eliminare non cessant; Marcellum vero, qui ex diametro oppositam Ario impietatem extulit, atque in ipsam Unigeniti deitatis exsistentiam impie egit, Verbique appellationem male accepit, nulla accusatione impetunt: qui Unigenitum quidem dici Verbum tradit, quatenus ad usum & ad tempus prodit, ac rursus ad eum ex quo prodiit revertitur: neque ante egressum, esse, nec post regressum, subsistere ait. Cujus rei argumentum sunt apud nos reconditi iniquæ illius Syngraphæ libri. Attamen hunc nullatenus improbare visi sunt: quin & in hoc culpandi, quod eum a principio per ignorantiam veritatis ad Ecclesiasticam communionem receperint.*

Idem Basilius Epist. 74. ad Eustathium, Apollinarium & Paulinum, hæc habet: ὁ μέντοι Παυλῖνος, εἰ μέν τι καὶ περὶ τὴν χειροτονίαν ἐπίληπτον ἔχει, αὐτοὶ ἂν εἴποιτε· ἡμᾶς δὲ λυπεῖ τοῖς Μαρκέλλου προσκείμενος δόγμασι, καὶ τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ ἀδιακρίτως εἰς τὴν κοινωνίαν αὐτοῦ προσιέμενος. οἴδατε, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὅτι πᾶσαν ἡμῶν τὴν ἐλπίδα ἀθετεῖ ἔχει τὸ Μαρκέλλου δόγμα· οὔτε υἱὸν ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὁμολογοῦν, ἀλλὰ προενεχθέντα, καὶ πάλιν ὑποστρέψαντα εἰς τὸν ὅθεν προῆλθεν, οὔτε τὸν παράκλητον ἰδίως ὑφεστάναι συγχωρῶν· ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι Χριστιανισμοῦ μὲν παντελῶς ἀλλοτρίαν ἀποφαίνων τὴν αἵρεσιν, Ἰουδαϊσμὸν δὲ παρεφθαρμένον αὐτὴν προσαγορεύων· hoc est, *Paulinus vero an quod ad ordinationem spectat culpandus sit, vos ipsi dixeritis; nos sane contristat, quod Marcelli dogmatibus fidem habeat, & sectatores illius sine discrimine ad communionem admittat. Scitis, colendissimi fratres, Marcelli dogma omnem spem nostram irritam facere, quod neque Filium in propria hypostasi confiteatur: sed productum, & ad eum ipsum, ex quo processerat, iterum reversurum tradit: neque Paracletum propriam habere hypostasin concedit; ita ut nequaquam aberret si quis hanc hæresin prorsus a Christianismo alienam esse declaret, eamque corruptum quemdam Judaismum appellet:* Epistola vero 78. hæc habet de Nicæna fide loquens. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἕλκοντες· ὅπου γε καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν ἀσεβῶν εἰς τὴν ὑπόστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ψιλὸν αὐτὸν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασίσασθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τὸ ὁμοούσιον τὴν διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. hoc est, *Sunt enim quidam qui in hac fide (Nicæna) sermonem veritatis dolo adulterent,*

& ad

& ad libitum suum verborum mentem detorqueant. Quandoquidem & Marcellus, de hypostasi Domini nostri Jesu Christi impie sentiens, ac nudum illum merumque verbum esse exponens, illinc ausus est se causas impietatis sumsisse prætexere, Consubstantialis sensu perperam exposito. Hæc Basilius de hæresi Marcello adscripta.

III. Quid Epiphanius. Epiphanius vero in Panario Hæresi LXXII. pauca de Marcelli hæresi effert, aitque solum ipsum Sabellianismi accusatum fuisse, ejusque discipulos tres hypostases confiteri noluisse: verum illo tempore liberum erat eis vel tres vel unam tantum hypostasin confiteri, dum rectam servarent mentem. Nam qui Catholici unam hypostasin tantum adserebant, hypostaseos nomine substantiam indicabant, quam unam in Deo esse certum est: qui tres hypostases profitebantur; his non substantiam; sed cujusque personæ subsistentiam intelligebant: atque ita illi verbo tantum tenus dissentiebant. Quæ vero Fragmenta Acacii Cæsariensis contra Marcellum adfert Epiphanius, ea omnia ceu compendium sunt fusioris Eusebii Cæsariensis contra Marcellum tractationis, de qua mox agemus.

IV. Quid Chrysostomus. Joannes Chrysostomus in Ep. ad Hebr. c. I. Marcellum culpat quod dixerit, verbum ἐνυπόστατον, quod ita intelligas, quasi ejusdem non modo substantiæ, sed etiam hypostasis sit atque Pater; eamdem vero Marcellum, quasi Photini, Sabellii, Pauli Samosateni ὁμόφρονα non semel insectatur ibidem, ac cum hæreticorum pessimis enumerat.

V. Quid Theodoretus. Theodoretus Lib. 2. Hæreticarum fabularum de Marcello hæc habet: Μάρκελλος δὲ ὁ Γαλάτης, κατὰ μὲν τὸν Σαβέλλιον ἠρνήθη τῶν ὑποστάσεων τὴν τριάδα· ἔκτασιν δέ τινα τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος ἥκειν εἰς τὸν Χριστὸν ἀληθεύσας, καὶ ταύτην θεὸν λόγον ἐκάλεσε. μετὰ δὲ τὴν συμπᾶσαν οἰκονομίαν πάλιν ἀνασπασθῆναι, καὶ συσταλῆναι πρὸς τὸν θεὸν, ἐξ οὗπερ ἐξετάθη. τὸ δὲ πανάγιον πνεῦμα παρέκτασιν τῆς ἐκτάσεως λέγει, καὶ ταύτην τοῖς ἀποστόλοις δεδωρῆσθαι, καὶ ἁπαξαπλῶς οὕτως τὴν τριάδα ἐκτεταμένην καὶ συνεσταλμένην κατὰ διαφόρους οἰκονομίας· id est, *Marcellus autem Galata, similiter ut ille, negavit hypostasium trinitatem. Extensionem vero quamdam deitatis Patris in Christum venisse dixit, & hanc Deum Verbum appellavit: peracta autem universa œconomia, rursum attractam esse, reversamque ad Deum, ex quo extensa fuit. Spiritum vero Sanctum ulteriorem extensionem extensionis esse, & hanc Apostolis datam fuisse dicit. In summa supposuit Trinitatem extensam & contractam fuisse secundum diversas œconomias.*

VI. Quid Eusebius Cæsariensis. Jam ex Eusebio ipso, qui contra Marcellum scripsit, loca adferamus ad Marcellianam illam hæresin intelligendam opportuna. Ait itaque hanc esse Marcelli opinionem, Verbum silens, ante creationem, in Patre fuisse, unum cum Deo Patre, sempiternum, ἀΐδιον, non-genitum, ita ut Pater qui- P. 4. 5.
dem & Filius diversis nominibus efferantur, sed unum tamen sint essentia & hypostasi, οὐσίᾳ δὲ καὶ ὑποστάσει ἓν ὄντα, uti Sabellius docuit: Verbum item ante emissionem esse simile verbo nostro silenti, ἥσυχον τῷ ἐν ἡμῖν σιωπῶντι· cum emittitur vero ad operationem, esse simile verbo nostro, cum loquimur. Illud porro Verbum cum carnem adsumsit, tunc Filium Dei factum fuisse, Jesum Christum vo- P. 6.
catum, regemque appellatum, item imaginem Dei invisibilis, & primogenitum omnis creaturæ, nihil autem horum prius extitisse, ac post judicium hæc omnia amissurum esse: ipsumque nudum esse Verbum humano simile, non autem Filium esse Dei vivum & subsistentem: non P. 19.
fuisse Dei imaginem antequam homo fieret: exsistentiam ὕπαρξιν & ὑπόστασιν Filii Dei tollere P. 3. & 15.
Marcellum ait, ac dicere ipsum fuisse nudum solummodo verbum ad jussa exsequenda. Marcellum i- 36.
tem qui in Sabellium invehitur, Sabellio paria sentire, qui Patrem & Verbum unum esse dicat: ipsumque tres ὑποστάσεις negare, & unam ὑπόστασιν τριπρόσωπον, καὶ τριώνυμον, id est, substantiam tri- P. 167.
personalem, & trinominem dicere. Hæc præcipue in Marcelli libro culpat Eusebius: ubi nonnulla, 174.
ipsaque orthodoxæ sententiæ verba, utpote Arianus, tamquam hæretica carpit & confutat: alia vero, quæ sane ut erronea probe reprehenduntur, haud ita clare in Marcelli locis enuntiantur, ut inferius videbitur; ita ut quæ diserte & nulla ambage apud Basilium & Theodoretum effertur Marcelli hæresis; adeo perplexe apud Eusebium jaceat, ut in utramvis partem facile deflectas.

VII. Summa Marcelli Doctrinæ. Ex allatis porro testimoniis Marcellianæ sententiæ summam duxeris: Unus ab æterno Deus exsistit cujus λόγος, seu ratio, aut verbum, nam utroque modo exprimitur, pariter æternum, unum est cum Deo ipso οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει, substantia & hypostasi, ita ut nulla sit inter utrumque distinctio: Estque verbum silens, internum sive ἐνδιάθετον. Spiritus item Sanctus in Deo ab æterno fuit, nulla similiter nisi nominis & rationis distinctione. Cum autem Deus operatur & loquitur, tunc Verbum ceu quædam emissio, extensio & dilatatio deitatis prodit, & post gestum opus ad Deum revertitur, & in pristina conditione manet. Pariter emissum fuit Verbum, ut carnem adsumeret; tuncque Filius Dei effectum est, rex item, Christus, imago Dei invisibilis, & primogenitus omnis creaturæ, cum antea nihil eorum fuisset: ac post judicium hæc omnia amissurum, atque ut prius unum cum Patre futurum est. Ut autem Verbum est extensio & dilatatio Dei, sic & Spiritus Sanctus ulterior extensio & dilatatio est, παρέκτασις τῆς ἐκτάσεως; qui pariter a Deo emittitur & ad Deum revertitur ut Verbum, unusque est cum Deo & Verbo sine ulla distinctione. Hæc Marcelli sententia est, secundum Eusebii explicationem, cui, sed non ita clare, adstipulantur Basilius & Theodoretus. Si porro talis ejus doctrina fuerit, in nullo vere differat a Sabellio & Patripassianis: nullam quippe distinctionem personarum admittit, & illam extensionem & ulteriorem dilatationem, nullam propriam ὕπαρξιν & ὑπόστασιν, exsistentiam & hypostasin, habere docet. Verum si Marcelli loca ab Eusebio allata serio expendantur, non ita facile est in Marcellum sententiam dicere, ut mox commonstrabitur.

CA-

CAPUT III.

An Marcello adſcriptus error in ejus contra Aſterium libro deprehendi potuerit.

I. Aſterius pro Arianis ſcribit, contra Aſterium Marcellus, quem refutat Euſebius. II. An Marcellus dicat Patrem & Verbum ſolis nominibus diſtingui. III. An dixerit Verbum ἀγέννητον eſſe, & Filium non fuiſſe ante Mariam. IV. Cur dicat Verbum poſt incarnationem tantum eſſe imaginem Dei, & primogenitum omnis creaturæ. V. In libro Marcelli nihil aperte erroneum fuiſſe videtur.

I. Aſterius pro Arianis ſcribit, contra Aſterium Marcellus, quem refutat Euſebius.

ASterius ille ſophiſta circulator, qui ut ait Athanaſius, graſſante in Chriſtianos Maximino, Chriſti ejurata fide, idolis immolaverat, naſcenti Arianiſmo nomen dedit, librumque evulgavit, quo Catholicam doctrinam impeteret, Arianamque vindicaret. Marcellus vero Arianis a principio inſenſiſſimus, Aſterium edito opuſculo refutavit, Arianorumque principes Euſebium Nicomedienſem, Euſebium Cæſarienſem, Paulinum Tyri, Narciſſum Neroniadis & alios paſſim eodem in libro laceſſivit: qua re permotus Euſebius Cæſarienſis, quinque libros edidit: ubi Arianorum cauſam pro viribus defendens, eorum anteſignanos a Marcello exagitatos laudibus ad ſydera tollit, in Marcellumque Sabellianiſmi nomine acriter invehitur. Sub hæc autem de Marcelli ſententia etiam inter Catholicos diſputatum eſt: aliis jure accuſatum Marcellum pugnantibus; aliis ſanam ejus eſſe fidem tuentibus. Nos igitur, ponderatis rebus & expenſis Euſebii accuſationibus, quid ſit illa de re ſentiendum indagabimus.

II. An Marcellus dicat Patrem & Verbum ſolis nominibus diſtingui.

Euſ. contra Marcel. p. 5.

Hanc primo in Marcellum criminationem adfert Euſebius, quod dixerit, Verbum ab æterno unum eſſe cum Patre οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει, eſſentia & hypoſtaſi; ita ut ſolis nominibus mutuo differant: eſſeque Verbum æternum & ingenitum: quod, ut ait ille, ipſiſſima eſt Sabellii opinio. Quod autem Pater & Verbum οὐσίᾳ ſive eſſentia unum eſſent: id Catholici omnes dicebant; Ariani vero diverſas in Patre & Verbo & ſeparatas diſpareſque eſſentias eſſe contendebant: idipſumque pugnat Euſebius, ut in Præliminaribus ad Commentaria in Pſalmos comprobatum eſt. De hypoſtaſi ὑποστάσει vero quæſtio erat etiam inter Catholicos: quorum alii tres hypoſtaſes in Trinitate profitebantur, alii unam: non re, ſed nomine tantum inter ſe diſcrepantes. Nam cum Ariani ab exortu hæreſeos tres hypoſtaſes in Trinitate profeſſi eſſent, ac ὑπόστασις, teſte Athanaſio, ſubſtantiam ex ſe ſignificet; multi Catholicorum non neſcii Arianos dum tres hypoſtaſes proferrent, tres ſubſtantias ſeparatas & diſpares intelligere, unam tantum hypoſtaſin, ſive, ut illi explicabant, ſubſtantiam in Deo eſſe contendebant; ita tamen ut Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, alium & alium & alium eſſe profiterentur; alii vero formulam trium hypoſtaſium ad trium diſtinctionem opportunam admiſere, dum unam pariter ſubſtantiam in Deo eſſe dicerent. Athanaſius autem modo unam, modo tres in Deo hypoſtaſes dicit; & in Synodo Alexandrina anni 362. cui præerat Athanaſius, liberum eſſe definitur vel unam hypoſtaſin dicere, dum trium diſtinctio ſervetur, vel tres hypoſtaſes profiteri, dum una tantum ſubſtantia dicatur. Non culpandus ergo Marcellus, quod Patrem & Verbum hypoſtaſi unum eſſe dixerit, dum alium & alium eſſe profeſſus ſit, nec diſtinctionem abſtulerit. Id vero ex allatis ab Euſebio Marcelli locis examinandum venit. Ait igitur Marcellus, referente
P. 35. Euſebio, οὐκοῦν πρὸ μὲν τοῦ κατελθεῖν, καὶ διὰ τῆς παρθένου γεννηθῆναι, λόγος ἦν μόνον. ἐπεὶ τί ἕτερον, ἦν, πρὸ τοῦ τὴν ἀνθρωπίνην ἀναλαβεῖν σάρκα, τὸ κατελθὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ὡς καὶ αὐτὸς γέγραφε, καὶ τὸ γεννηθὲν ἐκ τῆς παρθένου; οὐδὲν ἕτερον ἢ λόγος· hoc eſt, *Itaque prius, quam deſcenderet, & ex Virgine naſceretur, Verbum erat ſolummodo. Nam quid aliud erat, priuſquam humanam carnem adſumeret, id quod in noviſſimis diebus deſcendit, (quemadmodum ipſe ſcribit) & quod de Virgine natum eſt? Nihil aliud quam Verbum.* Marcellus ſane, qui contra Sabellium agens, Patrem negat incarnatum, hæc ſcribere non potuit, quin Verbum a Patre diſtinctum crederet. Et paucis interpoſitis hæc Marcelli verba adferuntur, *Diſcat igitur, Verbum Dei, non ut illi volunt, Verbum καταχρηστικῶς appellatum: ſed quod revera ὡς ἀληθῶς exſiſtebat Verbum.* Ubi illud, *revera*, Verbum exſtitiſſe vere & per ſe; nec
P. 39. unum & idem cum Patre fuiſſe, denotat. Alibi vero ait Marcellus, πρὸ γὰρ τῆς δημιουργίας ἁπάσης, ἡσυχία τις ἦν, ὡς εἰκός, ἐν τῷ θεῷ τοῦ λόγου ὄντος. hoc eſt, *Ante omnem rerum creationem, erat, ut par eſt credere, quies in Deo, exſiſtente apud Deum Verbo.* Ubi nihil non Catholicum deprehendas: nam quod dicit Verbum eſſe in Deo vel apud Deum, Joannis eſt. Etenim alii ex SS. Patribus, in quibus Athanaſius paſſim, & Auguſtinus, idipſum eſſe, πρὸς τὸν θεὸν καὶ ἐν τῷ θεῷ, *apud Deum & in Deo* eſſe dicebant; alii vero & quidem magno numero, illud ἐν τῷ θεῷ, quia in Evangelio ita non legitur, ſuſpectum habebant: nam quod Pauliani, Sabelliani, Marcelliani, & Photiniani, forteque alii, omnis inter Patrem & Filium tollendæ diſtinctionis cauſa, hac loquendi ratione abuterentur, illud ἐν τῷ θεῷ, rejiciebant. Quod vero ait Marcellus, ante creationem fuiſſe quietem, in Deo, ſive ſilentium, ut alias loquitur; id ſanam fidem nihil lædit. Licet enim in Deo nulla conditionis vel ſtatus mutatio vere exſiſtat, & Verbum perinde ante, quam poſt creationem & incarnationem in Deo Patre manſerit & maneat; humano tamen loquendi more, deſcendiſſe, exiiſſe, egreſſum eſſe, pariterque quieſcere & ſilere dicitur. Paulopoſt autem hæc Marcelli verba vehementer carpit
P. 40. Euſebius, *Sciebat autem illud conducere, ut crederent unum Deum eſſe. Ideo ſic eum alloquitur, Ego ſum qui ſum; ut extra ſe nullum alium eſſe Deum doceret. Proclive eſt autem, ut arbitror, cuique prudenti, id ab humano quodam, exiguo & humili exemplo intelligere: neque enim poteſt quiſquam verbum hominis potentia & ſubſtantia ſeparare. Unum eſt enim atque idem cum homine Verbum:* quæ ſi ſeorſim ab aliis accipiantur, a recta ſane fide deſciſcunt. Verum ex aliis Marcelli locis palam videtur eum comparatione hominis & verbi ſui uti; ut comprobet Verbum unam & eamdem, quam Pater habet, ſubſtantiam habere: nam paulo inferius hæc Marcelli verba leguntur: τίς γὰρ ὅπως ἢ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ἢ τῶν ἀνθρώπων δικαίων ἀξιόπιστος ἂν, τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ προελθόντα ἠδυνήθησαν αὐτῷ συνεχῶς λῦσαι.

λῦσαι· εἰ μὴ αὐτὸς ὁ λόγος ὁ συμπαρὼν καὶ συμπλάττων, πρὸς ὃν ὁ πατὴρ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, ἔφη, οὐκ ὄντος ἑτέρου θεοῦ τοῦ συμπλάττειν αὐτῷ δυναμένου· id est, *Quis enim tanta dignitate fuit, vel sanctorum Angelorum, vel justorum virorum, qui destinatum ex persona Dei homini supplicium solveret, nisi Verbum solum, quod una Deo aderat, & una cum illo efformabat hominem: ad quem Pater dicebat, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: cum non esset alius Deus, qui cum illo efformare posset*. Hinc mihi planum videtur, Marcellum distinctionem inter Patrem & Verbum admisisse, atque alium & alium existimasse: unumque solummodo negasse; videlicet Verbum alium a Patre Deum esse, aliamque substantiam obtinere. Verum Eusebius, qui, uti alias commonstratum est, aliam a Paterna deitatem, aliamque substantiam in Verbo constituit, ex consequenti Marcellum damnaverit necesse est, qui adversam huic opinionem propugnat: quod vero adjicit Marcellum putare, Patrem & Verbum unum & idem esse, solisque nominibus distingui; id ille non ex perspicui Marcelli dictis comprobat: sed quia æstimat, Patrem & Verbum si unus & idem numero Deus sit, unum etiam esse secundum alias omnes rationes, ita ut nulla distinctio deprehendatur; ideo Marcellum, qui Patrem & Verbum unum Deum unamque substantiam esse defendit, nullam omnino nisi nominum distinctionem admittere contendit. Si vero Marcellus vere distinctionem inter Patrem & Verbum admiserit, hinc explices illam Dei Patris dilatationem & extensionem, quam Marcellum docuisse testificantur; dicasque si vere Marcellus ita dixerit, ipsum his vocibus nihil aliud intellexisse, quam emissionem Filii ad creationem peragendam: quam SS. Patres passim exprimunt. Hanc vero dilatationem & extensionem, quam secundum Marcelli sententiam Verbum fuisse narrant Basilius & Theodoretus, ne semel quidem memorat Eusebius Cæsariensis: unde palam sit in libro Marcelli contra Asterium nihil hujusmodi deprehensum esse.

Ad hæc Marcello crimini dat Eusebius, quod dixerit, Verbum ingenitum esse ac tunc solum Filium Dei factum fuisse, cum carnem adsumsit ex Maria. Verum non sat sibi constare videtur Eusebius: nam in excerptis Marcelli quæ adfert, nomen Patris & Filii, Patris item & Verbi, etiam pro tempore creationem antecedente passim usurpatum videas; sub initium ergo Lib. 1. p. 4. & 5. hanc effert Marcelli sententiam, λόγον αὐτὸν μόνον διδοὺς ἡνωμένον τῷ θεῷ· καὶ αὐτὸν εἶναι ἀΐδιον καὶ ἀγέννητον, ἕν τε εἶναι καὶ αὐτὸν τῷ θεῷ, ὀνόματι μὲν διαφόροις πατρὸς καὶ υἱοῦ χρηματίζοντα, οὐσίᾳ δὲ καὶ ὑποστάσει ἓν ὄντα· id est, *Ipsum tantummodo Verbum esse concedens, Deo unitum: ipsumque æternum esse & ingenitum; unumque esse cum Deo, nominibus quidem diversis Patris & Filii vocatum, essentia vero & hypostasi unum*. In Marcelli excerptis ab Eusebio allatis, semper ille Patris & Verbi nomine utitur: unde videtur Eusebius ex consequenti tantum hanc hæresin Marcello adfinxisse: nimirum sic ille frequenter in Libris contra Marcellum argutatur: Si Verbum est ἀΐδιον sempiternum, inde sequitur non fuisse genitum: nam quod gignitur, posterius est illo qui gignit, vereque dicitur non fuisse antequam gigneretur, atque adeo ἀΐδιον sive sempiternum esse nequit. Cum ergo Marcellus dicat Verbum esse ἀΐδιον sive sempiternum, non-genitum fuisse credat oportet. Sic ille cum Arianis loquitur, non animadvertens non magis repugnare Patrem ab æterno gignere, quam ab æterno esse: nec posterioritatem ullam temporis in Filio inde inferri, quod gignatur: nam esse & gignere in Deo Patre simul sunt & intelliguntur, nec aliud fine alio esse umquam potuit; atque adeo Filium æternum perinde atque Patrem esse, ut semper docuit Catholica Ecclesia. Quod autem spectat ad vocem ἀγέννητον, *non-genitum*, quam Verbo adscribi a Marcello testificatur Eusebius, duo potissimum sunt consideranda: primo quidem non haberi illam in excerptis Marcelli quæ adfert Eusebius; proinde videri ex conjectura & consequentia Marcello adscriptam fuisse, quia videlicet ex Eusebii ratiocinio superius allato, quod ἀΐδιον sive æternum est, non potest esse genitum. Secundo autem certum est Arianos in vocibus ἀγένητον, *non-factum*, & ἀγέννητον, *non-genitum* semper lusisse, ut sexcenties apud Athanasium observes. Nam quia Pater solus ἀγέννητος, sive, *non-genitus* est, fatentibus etiam Catholicis; illi voce ἀγέννητος & ἀγένητος promiscue & subdole utentes; Filium non esse ἀγένητον sive *non factum*, atque adeo factum & conditum fuisse dicebant. Eadem vero ratione potuit Eusebius Marcello de Filio loquenti vocem ἀγέννητον, sive *non-genitum* adfingere; qui ἀγένητον, sive *non-factum* dixisset. Et sane qui vere Patrem & Filium in Trinitate admittit, ut Marcellus, generationem admittat necesse est: neque potest dicere Filium esse ἀγέννητον sive *non-genitum*.

III. *An dixerit ἀγέννητον esse, & Filium non fuisse ante Mariam.*

Adjicit Eusebius dixisse Marcellum, Verbum tunc solum imaginem Dei invisibilis & primogenitum omnis creaturæ factum fuisse, cum carnem adsumsit. Hæc vero diserte habet Marcellus,
P. 24. *Consequens esse arbitror paucis de imagine differere; scripsit enim (Asterius), Alius autem est ex ipso genitus, qui est imago Dei invisibilis. Ideo imaginis Dei invisibilis meminit Asterius, ut doceat, Deum a Verbo tantum differre, quantum differt homo ab imagine sua*. Et nonnullis interjectis addit, *Palam igitur est, Verbum, antequam corpus nostrum adsumsisset, per se non extitisse imaginem invisibilis Dei*. Quia igitur Ariani hoc Scripturæ loco, *Est imago Dei invisibilis*, ad suam tutandam hæresin abutebantur; Marcellus ratus imaginem Dei invisibilis, visibilem esse, nec rem invisibilem imaginis rationem obtinere, hunc locum de Christo incarnato & visibili proferri pugnat, ut Asterii argumento obsistat. Etsi vero hic Scripturæ locus congruentius possit ad argutationem Arianorum confutandam explicari; eo tamen nomine Marcellus non erroris accusandus est, dum ne similitudinem cum Patre sustulerit; quod ne crederis admisisse: nemo enim umquam Marcellum inter Anomœos computavit. Quæ vero fuerit ea in re plana & perspicua Marcelli sententia, ex paucis quæ supersunt excerptis, expiscari non possumus: nam verisimile est Eusebium multa consulto tacuisse: certum item est, narrantibus Synodis Romana & Sardicensi, loca Eusebium subdole detruncasse, & mutilas sententias adtulisse, ut facilius posset Marcello hæc & illa pro libidine vitio vertere. Pariterque in interpretatione dicti illius, *Primogenitus omnis creaturæ*, nihil hæreseos deprehendas. Quocirca, sic ille, *sanctissimum istud Verbum, non dicebatur ante incarnationem, primogenitus omnis creaturæ. Nam quomodo fieri poterat, ut is qui semper erat, alicujus esset primogenitus: sed primus ille novus homo, in quem omnia volebat Deus instaurare, sacræ Scripturæ primogenitum omnis creaturæ appellant*. Nimirum Ariani hoc dictum, *primogenitum omnis creaturæ*, ad suum de Verbo

IV. *Cur dicat Verbum post incarnationem tantum esse Imaginem Dei & primogenitum omnis creaturæ.*

Dei tuendum errorem usurpabant: eo enim processerant impietatis ut dicerent, Verbum Dei inter res creatas primum esse. Quare Marcellus in hominem Christum dicti hujus interpretationem derivabat, ut Asterii argumentum depelleret: qua in re nihil ille a Catholica doctrina deflectebat, ut conspicuum est.

V. In libro Marcelli nihil aperte erroneum fuisse videtur.

Ex his porro liqueat in Marcelli contra Asterium libro nihil erroris aut hæreticæ sententiæ, aperte saltem deprehensum fuisse: nam quæ Eusebius adfert, ad sanam doctrinam reduci facile possunt. Quod si quid ulterius præter rectam opinionem dixisset Marcellus; id sane non prætermissurus erat Eusebius, qui in Marcellum commotus & nullam non sectatus lædendi viam, non solum ea quæ cum colore saltem aliquo carpi & reprehendi possunt, sed etiam ea, quæ sana & orthodoxa sunt, exagitat & impietatis accusat. Cum autem Synodus Romana sub Julio anno 342. & Sardicensis anno 347. librum Marcelli, examinatis & ponderatis sententiis, errore vacuum declaraverint, non potest in Marcelli librum sententia dici. Verum aliunde tanta est virorum insignium, qui adversum tuentur, auctoritas, ut vix excusare Marcellum liceat. Quamobrem existimo, rem ita temperasse Marcellum, ut si quid pravæ opinionis in Libro suo inseruerit, id verborum ambagibus & circuitionibus involutum, facile potuerit in bonam partem deflecti: cum autem ille in familiaribus colloquiis ad pravam sententiam dicta sua derivarit, hinc in multorum offensionem incurrisse, ut infra dicitur.

CAPUT IV.

Num Marcellus errorem de Verbo & Filio Dei in decursu vitæ voce vel scripto tradiderit.

I. Marcellum Photini discipuli hæresis in suspicionem adduxit. II. In colloquiis ipse errores sparsisse putatur. III. Athanasius eum pro suspecto, Basilius pro hæretico habuit. IV. Marcellus & Marcelliani in fidei professionibus Catholice loquuntur.

I. Marcellum Photini discipuli hæresis in suspicionem adduxit.

MArcellus Synodorum Romanæ & Sardicensis judicio absolutus, ut dictum est, utcumque farcito, quod in fama tulerat, detrimento, jam suspicione liber & vacuus videbatur. Verum necdu postea, novis etiam Catholicorum accusationibus impetitus est. Occasio fuit exorta Photini hæresis: is enim sub Marcelli disciplina institutus, ac deinde in Sirmiensem Episcopum adlectus, quem Magistro suo adscripserat Eusebius errorem late spargere cœpit, Christum non ante ortum ex Maria Virgine Filium Dei fuisse dictitans: quare ille multis in Synodis damnatus abdicatusque est: *Et hoc ipsum*, inquit Sulpitius Severus, *Marcellum gravabat, quia Photinus auditor ejus fuisse in adolescentia videbatur*. Haustum a Photino ex Marcelli magisterio errorem opinabantur multi: cum maxime, licet in suo adversus Asterium libro ejusmodi nihil aperte profiteretur; aliqua tamen essent, quæ viderentur eam in partem propendere. Importune igitur magistro accidit, ut quam ille doctrinam tradidisse accusatus fuerat, eamdem discipulus palam disseminaret. Hinc multis suspectus Marcellus esse cœpit, quod putarent Photinum eorum interpretem agere, quæ Marcellus doctor obscure & subdole scripsisset.

II. In colloquiis, errores sparsisse putatur.

Alia item intervenit suspicandi occasio: Marcellus enim *nova quædam miscere & ambiguis prædicationibus, ejus in quam Photinus erupit doctrinæ viam quærere deprehensus est*. Homo quippe garrulus & loquacissimus, ut habet Eusebius, & ex ejus quæ supersunt fragmentis videre est, dum in quotidianis fabulationibus & colloquis, obscurius in Libello tradita explanaret, ad eam quam in Synodis Romana & Sardicensi repudiaverat, opinionem recidere forte comperiebatur. Hinc late, per Orientem maxime, sparsus rumor, Marcellum impie de Filio Dei sentire, eademque ipsa docere quæ in Arianorum accusationibus ferebantur. Non una tamen fuit omnium de Marcello sententia: nam, Epiphanio teste, multi pro Marcello stabant, in quibus Paulinus Antiochenus Episcopus: idque signum est manifestum, non palam & aperte Marcellum impia protulisse dogmata; sed ita perplexe loquutum, ut hinc opinionum facta sint divortia; aliis catholice; perverse & impie aliis sentire virum putantibus.

Hilar. Fragm.

III. Athanasius eum pro suspecto, Basilius pro hæretico habuit.

Gravis item Marcello hinc parta invidia videtur, cum duo Ecclesiæ lumina Athanasius & Basilius errore infectum hominem suspicati sunt. De Athanasio quippe hæc testificatur Epiphanius, *ἐρομένου δὲ αὐτῶ ἐγώ χρόνῳ τινὶ τὸν μακαρίτην πάπαν Ἀθανάσιον περὶ τούτου τοῦ Μαρκέλλου, πῶς ἂν ἔχοι περὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ οὔτε ὑπεραπελογήσατο, οὔτε πάλιν πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς ἐνήχθη, μόνον δὲ διὰ τοῦ προσώπου, μειδιάσας ὑπέφηνε, μοχθηρίας μὴ μακρὰν αὐτὸν εἶναι, καὶ ὡς ἀπολογησάμενον εἶχε*. id est, *Cum aliquando beatum Papam Athanasium interrogarem, quid de Marcello existimaret, ille neque purgavit hominem, neque vero asperius notavit: sed leniter arridens, non multum ab improbitate abhorruisse significavit: & in eorum loco, qui sese purgassent, habuit*. Longe acrior Basilius, Marcellum pro hæretico habet, cjus impietatem Arianæ ex diametro oppositam æstimat, damnandum hominem censet, quia *unigenitum quidem dici verbum tradit, quatenus ad usum & ad tempus prodit, ac rursus ad eum ex quo prodiit revertitur: neque ante egressum, esse, nec post regressum, subsistere ait. Cujus rei argumentum sunt iniquæ illius syngraphæ libri*. Cætera superius allata sunt. Jam vero quæratur num iniqua illa *συγγραφὴ*, quam memorat Basilius, idem ipse liber sit, qui in Synodis Romana & Sardicensi errore vacuus declaratus est. Non alium sane librum videtur carpere Basilius: non legitur enim Marcellum alium edidisse librum, quam illum contra Asterium, cui titulus, *de subjectione Domini*, teste Hilario. Verum dicet quispiam, An Basilius hæreticum ac damnandum librum censeat, qui in Synodis Romana & Sardicensi, ut Orthodoxus admissus fuerit. Huic argumento ut occurratur, repetenda illa quæ supra diximus, Marcellum videlicet ita rem temperare potuisse, ut dicta ejus possent in bonam malamve partem deflecti. Cum autem ille Synodorum judicio præsens causam defenderet, & sanam catholicamque dictorum mentem tueretur; SS. Patres, quod nullam liber impietatem palam & præ

se

se ferret, & effata ejus catholice possent, ut Mercellus contendebat, eccipi, ut insontem cum libro suo hominem absolutum dimiserunt. Nam quid vere in animo volveret Mercellus, quid imo pectore sentiret, id unius Dei judicio permittebatur. Sub hæc, ut arbitrabantur multi, cum in familiaribus colloquiis Marcellus dicta sua secundum hæreticam mentem discipulis explanaret, ejusque rei fama late vagaretur, tunc demum subdole actum Marcello creditum est, ipseque sui interpres librum prava mente conscriptum declarasse videtur. Etsi porro res in dubio versetur, num vere Marcellus in eam, de qua plerumque accusetus fuit, impietetem deciderit: nam cum Epiphanius Marcello æqualis, varias hac de re Orthodoxorum sententias tunc fuisse testificetur, nec audeat ipse alterutram in partem concedere, quid possumus nos tot ab inde elapsis sæculis æstimare? grave tamen argumentum contra Marcellum hinc eruitur, quod tanti Doctores Basilius & Athanasius, quibus non facile erat verba dare, eum vel prorsus hæreticum, vel admodum suspectum habuerint.

IV. Marcellus & Marcelliani in fidei professionibus Catholice loquuntur. Ut ut sit de Marcelli opinione, exploratum sane est cum illum, tum discipulos ejus in fidei formulis quas obtulere, ubi sibi adscriptum errorem damnant & repudiant, non pœnitentium & resipiscentium more id agere; sed addita semper cautione adversariorum calumnias depellere, nec se ita sentisse confiteri. Id observes apud Epiphanium in Formula fidei Marcelli, Julio oblata, ubi is se ita sensisse negat ut Ariani dictitabant: & in luculenta fidei formula in legatione Eugenii, quam nunc primum e tenebris eruimus, sic legitur, *Neque enim censemus alium esse Filium, alium esse Verbum, ut quidam nos sentire mentiti sunt:* item in Expositione fidei ad Diocæsarienses Episcopos oblata, ajunt Marcellieni se libenter Patribus respondere sciscitantibus, ut falso oblata sibi temeratæ religionis crimina propulsarent, διὰ μάταια τὰς βλασφημίας ματαίως θρυλῶν περὶ ἡμῶν τινα ἀληθῆ. Cum autem Marcellus & discipuli secundum orthodoxam sententiam fidei formulas suas semper concinnarint, & aliunde e multis Sanctorum Patrum Marcello æqualium pro hæreticis vel suspectis habiti fuerint, non mirum si tanta fuerit circa Marcelli fidem sententierum varietas, quantam exhibet Epiphanius.

CAPUT V.

Num Athanasius Marcellum umquam a communione sua removerit.

I. Athanasius Marcellum a communione sua non removerat ante annum 358. II. Nec instigante postea Basilio id egit.

I. Athanasius Marcellum a communione sua non removerat ante annum 358. Fragm. 2. p. 1300. Athanasius, qui multis annis Marcello fortunarum consors & amicus fuerat, demum sparsis rumoribus, & clarorum hominum testimoniis abductus, quem prius pro facultate defenderat, suspectum habere cœpit. Id Epiphanio teste ediscimus: cui utpote ab Athanasio ipso audita narranti, fidem derogare non licet. Verum Hilarius, item æqualis, eo ventum esse testificatur, ut etiam Marcello communionem Athanasius negaret, *Sed cur abnegatæ communionis*, sic ille, *Athanasius reus esse rescribitur? Numquid propter libri vitium Marcellus abstentus est? Testes ipsi sunt, ex institutis ejus Photinum perversitatis istius initia sumsisse. Nam negata sibi ab Athanasio communione, ingressu sese Ecclesiæ Marcellus abstinuit. Ita communio cum eo in ista fide de subjectione & traditione regni docet: negata rursum pravitate doctrinæ alterius ostendit.* Ex Hilario, ut videtur, mutuatus Sulpitius Severus, idipsum narrat his verbis: *Interjecto deinde tempore, Athanasius cum Marcellum parum sanæ fidei esse comperisset, a communione suspendit. Habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri judicio notatus sponte concederet. Ceterum antea innocens, postea depravatus, videri poterat jam tum nocens fuisse, cum de eo fuerat judicatum.* Sed hæc Hilarius, quem Sulpitius auctorem habet, ex Synodi Sirmiensis, in qua Photinus anno 349. damnatus est, rescripto mutuatur. Cum autem hanc Synodum Ariani solummodo Præsules celebraverint, nulla iis fides habenda, qui sexcenta similia contra Athanasium & Marcellum, tum verbo tum scripto, spargere solebant. Ad hæc Athanasius saltem ad annum usque 358. Marcellum ut insontem & fraudibus Arianorum circumventum defendit, ut videre est in Apologia contra Arianos, in Apologia de fuga, & in Historia Arianorum ad Monachos: unde propalam fit non modo communionis societatem cum illo fovisse; sed etiam nondum in illam venisse contra Marcellum suspicionem, quem memorat Epiphanius. Et sane concors est pene omnium sententia, huic Hilarii testimonio, utpote ab Arianis accepto, nullam esse fidem habendam.

II. Nec instigante Basilio id egit. Non desunt qui Marcellumem quidem in temporeper Hilarium annotato, nondum ab Athanasio damnatum fuisse existiment; sed deinde commovente Basilio ab Athanasio Marcellum & Marcellianos a communione remotos fuisse arbitrentur. Et hæc item est Tillemontii opinio. Verum ignorabant illi Marcellum & asseclas Eugenii & aliorum deputatione Athanasii judicium prævertisse. Cum enim instaret Basilius, urgerent alii Episcopi, damnandumque Marcellum Athanasio dictitarent: re comperta, Mercellus, ut eorum conatus & molimina interpellaret, Oratores qui causam apud Athanasium suam agerent, ac sui Ancyranæque Ecclesiæ nomine fidei professionem emitterent, delegavit. Cumque Legatorum formule sanam prorsus & orthodoxam fidem præferret, huic Athanesius cum aliis qui aderant Episcopis adstipulatus, literas commendatitias rogantibus concessit. Quod jam neminem inficias iturum arbitror.

CAPUT VI.

De Marcelli & Ecclesiæ Ancyranæ ad Athanasium Legatione, quam nunc primum edimus.

I. Hujus Legationis exemplar unde prodeat. II. Qua occasione & quo anno facta Legatio fuerit. III. De fidei Professione Marcelli nomine recitata. IV. De subscriptionibus Ægyptiorum Præsulum. V. Qui fuerit negotii exitus.

I. Hujus legationis exemplar unde prodeat. PRodiit ex Bibliotheca Scorialensi Legatio Marcelli & Eccl. Ancyranæ ad Athanasium. Hujus autem exemplar Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana inter Codices Græcos recenti manu scriptum deprehendimus. Estque aureum hoc opusculum omnibus suis numeris & partibus absolutum: subscriptiones tamen Ægyptiorum præsulum in fine subnexæ, truncatæ, ut liquidum est, ac mutilæ sunt; ita ut ipsius Athanasii nomen, quod aliis haud dubie præmissum erat, exciderit. Hæc porro subscriptionum sors fuit, ut amanuensium incuria perirent: quia illi mera nomina ad rem nihil pertinere arbitrabantur: inde est, quod Sardicenses subscriptiones mutilæ sint, pariterque Alexandrinæ anni 321. In contestatione autem populi Alexandrini anno 356. facta, subscriptiones, quæ magno numero erant, a Librariis penitus omissæ sunt. Nil ergo mirum hic subscriptiones mancas & mutilas haberi.

II. Quo occasione & quo anno facta legatio fuerit. Quæ causa, quæve occasio hujus mittendæ Legationis Marcello fuerit, haud difficile est augurari. Cum enim anno circiter 371. Basilius & alii Episcopi apud Athanasium id molirentur, ut Marcellum, tamquam novæ hæreseos Arianis ex diametro oppositæ auctorem, ab Ecclesiæ communione submoverent: non nescius Marcellus id eos in perniciem suam machinari; ut proximum periculum declinarent, commendatitias Episcoporum Achajæ & Macedoniæ ad Athanasium literas efflagitavit: nam cum his maxime Athanasio doctrinæ consortium & Epistolaris familiaritas intercedebat: *ἢ ὅσοι τοῦ δόγματος*, inquit Basilius de Athanasio, *κοινωνοί μοι παρεχόμενοι, οἵ τε τῆς Μακεδονίας, ἢ τῆς Ἀχαΐας ἐπισκόπων ἅπαντες.* *Epist. 75. vide item Epist. Athanasii ad Epictetum Corinthi.* His impetratis literis Marcellus tum suo, tum totius Ancyrani Cleri nomine, Oratores mittit ad Athanasium; Eugenium scilicet Diaconum, aliosque, qui oblata sibi crimina depellerent, & fidei professionem coram Athanasio & Ægyptiis præsulibus recitarent. Hæc porro legatio in annum 372. commode referatur, cujus computi ratio hoc modo statuitur. Basilius anno 370. in Cæsariensem Episcopum cooptatus est: cui frequens cum Athanasio Epistolarum usus fuit: in earum quæ supersunt postrema de damnando Marcello agitur, eamque nos in annum 371. conferendam putamus. Hujus autem occasione susceptam legationem & adventum Eugenii Alexandriam in sequentem annum conjicimus, quia tot missis ultro citroque Basilii ad Athanasium, Athanasii ad Basilium literis, anni 370. finem, & sequentis maximam partem elapsam putamus. Id autem ex conjectura tantum dicimus, quia exploratum videtur id extremis Athanasii vitæ annis, & fortasse mensibus actum esse: attamen nonnihil augurando, literarum ultro citroque missarum spatia metimur. Certum nihilominus videtur ab anno 371. ad 373. quo Athanasius e vivis excessit, legationem esse factam.

Ut autem cum negotii series, tum legationis *γνώμη* apertior evadat, nonnulla hic observare operæ pretium fuerit. Nimirum quo tempore Athanasius & Basilius, missis utrimque Epistolis, de rebus Ecclesiasticis agebant, scilicet ab anno 370. ad 373. mutuam item Athanasio fuisse cum Epicteto Corinthi & aliis Achajæ & Macedoniæ Episcopis literarum de rebus fidem spectantibus consuetudinem, ut in Epistola Athanasii ad Epictetum Corinthi anno 371. missa videre est, itemque ex allato supra Basilii loco comprobatur. Cum ergo novi quidpiam de Catholica fide in Ecclesiis Achajæ & Macedoniæ agitaretur, res statim ad Athanasium deferebatur, ut tanti Doctoris auctoritate, si quid novi a temerariis hominibus, qui bene multi illa tempestate erant, circa Christi doctrinam proferretur in medium; statim vel comprimeretur, vel confutaretur, ne vulgatum malum latius serperet. Ne multa, inter Episcopos Achajæ & Athanasium mira erat doctrinæ & religionis consonantia. Cum ergo Marcellus se a Basilio, qui item magna erat apud Athanasium auctoritate, acriter impetitum cerneret, ac instigante Basilio se ab Athanasio damnandum fore prospiceret; ut tanti periculi molem, Episcoporum Achajæ & Macedoniæ commendatione, declinaret, literas ab iis communionis expetit, & impetravit, queis munitos Legatos suos ad Athanasium misit. In hac autem legatione omnia mirifice quadrant: nam præter illas a Macedoniæ & Achajæ Episcopis, quo tempore illi cum Athanasio de rebus fidei conjunctis animis tractabant, expetitas literas; in fidei professione legationi subjuncta, contra Anomœos maxime, quasi tunc tumultuantes agitur, quod adprime eidem tempori conveniat; & post fidei formulam a Legatis coram Athanasio recitatam, commendatitias ipsi ab Athanasio literas postulant, quas impetratas, Synodo Diocæsariensi protulerunt, ut infra dicimus.

III. De fidei professione Marcelli nomine recitata. Athanasius, ut qui multorum & Basilii maxime narratu abductus, suspectam Marcelli fidem haberet, Oratores de doctrina percontatur. Illi fidei formulam edunt, primoque hæresin Arianam damnant anathemate, ac *τὸ ὁμοούσιον* profitentur. Hinc sibi adscriptam Filii & Verbi distinctionem repudiant, adfirmantque sycophantas esse, qui se ea de re in crimen vocarent: Sabellium proscribunt, tresque in Trinitate subsistentes confitentur. *οὐ γὰρ*, inquiunt, *ἀνυπόστατον τὴν τριάδα λέγομεν· ἀλλ' ἐν ὑποστάσει αὐτὴν γινώσκομεν·* id est, *Non enim Trinitatem sine substantia sive hypostasi dicimus esse; verum in hypostasi ipsam cognoscimus.* Ubi animadvertere est Marcellum pro assueto sibi more unam tantum hypostasin in Trinitate admittere, quia *ὑπόστασιν* pro substantia accipiebat. Qua de re actum est in Synodo Alexandrina anno 362. ubi allatis ultro citroque rationibus, tam iis qui unam tantum, e quorum numero Marcelliani; quam iis qui tres hypostases profitebantur, ut suas sibi formulas retinerent concessum est; dum ii qui unam, trium distinctionem; ii vero qui tres hy-

hypostases dicebant, unitatem substantiæ, profiterentur. Sub hæc autem contra Anomœos agitur, qui Filium Patri dissimilem; Spiritum vero sanctum creaturam esse dicebant. Hinc proceditur ad eorum repudiandam sententiam, qui dicerent Filium Dei in sanctum hominem ex Maria natum perinde atque in aliquem ex Prophetis advenisse: quam hæresin a Paulo Samosateno, ut putabatur, ortam, postea redintegravit Nestorius, qua de re gravia in Oriente dissidia excitata sunt: demum damnata Pauli Samosateni & Photini impietate, clauditur fidei formula, qua nullam quarto sæculo luculentiorem, fideique Catholicæ congruentiorem reperias.

Hac edita confessione, Oratores commendatitias literas ab Athanasio postulant impetrantque. Tum Athanasius cæterique, qui conventui interfuerant, fidei professionem suffragiis & subscriptione sua muniunt. Hæ porro subscriptiones mutilæ ad nos devenerunt; ita ut Athanasii nomen, quod suffragiis haud dubie præmissum fuerat, non compareat, quatuorque tantum Præsulum nomina supersint. Primus est Theodulus Oxyrinchi, cujus nuspiam memoria occurrit. Alter est Plenes Episcopus Hermethi, is ipse, ut videtur, qui ab Alexandro ordinatus, ab Arianis in Ammoniacam relegatus fuerat anno 356. quique jam in episcopatu consenuerat. Tertius est Ischyrion Episcopus Leonto, sive Leontopolis: idem fortasse qui in Synodo Tyria causam Athanasii cum aliis Ægyptiis præsulibus strenue gessit. Postremus est Isaac Episcopus. Cujus nominis quidam reperitur inter Ægyptios Episcopos in subscriptionibus Sardicensibus. Alii interciderunt.

IV. De subscriptionibus Ægyptiorum præsulum.

Athan. p. 305.

Athan. p. 154.

Athan. p. 233.

Jam vero restat, ut qui tanti negotii exitus fuerit aperiamus. Athanasius anno 373. defunctus est: Marcellus vero sequenti 374. ut dictum est. Post ejus obitum, paulo antequam de Marcello scriberet Epiphanius: nam rem ille admodum nuperam esse testificatur, quidam Ancyrani ex Marcelli discipulis, Patres Diocæsareæ pro fide exsulantes adierunt; videlicet Photinus, Eustathius, alter Photinus, Sigerius, Presbyteri; Hyginus Diaconus, Heraclides Subdiaconus, Cyriacus προστάτης, id est, patronus vel defensor, prolatisque commendatitiis & communicatoriis Athanasii literis quas a Legatis postulatas impetratasque supra meminimus, fidei confessionem edunt, cui symbolum Nicænum subnectunt. Est autem confessio non absimilis ei, quam Athanasio obtulerant: verum in hac diserte, τρία πρόσωπα, sive tres personas in Trinitate confitentur, quod sane magistri sui Marcelli opinioni adprime consonat: nam ille Deum τριπρόσωπον, sive tripersonalem esse dicit, qua de re accusatus ab Eusebio fuerat: errores vero Marcellianis adscripto anathemate damnant. His conspectis diocæsarienses Confessores, qui plerique omnes Athanasio familiares fuerant, ipsos ad communionem recipiunt. At Basilius ardentior Ecclesiasticæ fidei vindicandæ cupidine, quia semel conceptam de Marcelli impietate opinionem vix missam facere poterat, cum Diocæsariensibus patribus non leviter expostulat, quod Marcellianos ad communionem inconsultis aliis Episcopis admiserint: ait vero, εἴπερ δὲ καὶ καταξιώσαιτε ἡμῖν ἀποστεῖλαι τὰς προφάσεις, ἐφ' αἷς ἐδέξασθε τοὺς Μαρκέλλου. ἐκεῖνο εἰδότες, ὅτι εἰ πάνυ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἠσφαλίσασθε, μόνοις ἑαυτοῖς ἐπιτρέψαι πρᾶγμα τοιοῦτο οὐκ ὠφείλετε, ἀλλὰ χρὴ καὶ τοὺς ἐν τῇ δύσει, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν κοινωνικοὺς, συμψήφους αὐτῶν τῇ ἀποκαταστάσει γενέσθαι· id est, *Vel nunc saltem nobis mittere dignemini rationes & causas, quibus ad recipiendos Marcelli gregales inducti estis: non nescii, etiamsi res vestras tuto & considerate statuisse videamini, non tamen licuisse vobis ipsis rem tanti momenti permittere; sed oportuisse eorum qui tam in Occidente, quam in Oriente vestræ communionis erant, calculos & sententiam circa restitutionem illorum exspectare.* Hæc Basilius; vel ignorans ea, quæ Alexandriæ in gratiam Marcelli & asseclarum ab Athanasio gesta fuerant; vel, ut vero similius, ratus Marcellum & Marcellianos in fidei formulis, quas Athanasio & Diocæsariensibus obtulerant, subdole & fraudulenter egisse. Etsi vero Diocæsariensium ad Basilium responsum nusquam compareat; cum rebus ipsis, tum subsequentibus gestis suadentibus, exploratum videtur, Diocæsarienses Basilio reposuisse: non licuisse sibi iis, qui omnes Marcello adtributos errores proscripserant anathemateque damnarant, quippe symboli Nicæni fidem professi, insuper a magno illo Athanasio aliisque Ægyptiis Episcopis recepti admissique fuerant, ut ejusdem Athanasii literæ fidem faciebant, communionem Ecclesiasticam denegare. His demum, ut credere est, mitigatus Basilius, licet ægre, ad Marcellianos recipiendos animum adpulit, ea tamen cautione ut ne videretur se ad Marcellianos accessisse, sed Marcellianos in Ecclesiam Dei reductos fuisse. Hæc quippe scribit ad Petrum Alexandrinum præsulem, πολλάκις ὑπὸ ἐνοχληθεὶς παρὰ τῶν Γαλατῶν, οὐδέποτε ἠδυνήθην αὐτοῖς ἀποκρίνασθαι, ἀναμένων τὰς ὑμετέρας * ἐπιστολάς. καὶ νῦν ἐὰν ὁ κύριος δῷ, καὶ θελήσωσιν ἀνασχέσθαι ἡμῶν, ἐλπίζομεν τὸν λαὸν προσάξειν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὡς μὴ αὐτοῖς ἡμᾶς ὀνειδίζεσθαι Μαρκελλιανοῖς προσκεχωρηκέναι, ἀλλ' ἐκείνους μέλη γενέσθαι τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ· ὥστε τὸν πονηρὸν λόγον τὸν κατασκεδασθέντα ἐκ τῆς αἱρέσεως ἐκείνης ἀφανισθῆναι τῇ ὑμετέρᾳ προσλήψει, καὶ μὴ ἡμᾶς καταισχυνθῆναι ὡς προσθεμένους. Græca adferre visum est, quia insignis hic locus a Micræo interprete præpostere versus fuerat: sic nos reddimus: *Galatis frequenter & moleste urgentibus, adhuc non potui quidquam respondere, quod vestram exspectarem responsionem. Nunc autem, si faverit Dominus, nobisque ipsi morigeri esse velint, speramus nos populum in Ecclesiam reducturos esse; ut ne possint illud nobis exprobrare, nos ad Marcellianorum partes accessisse; sed vere dicatur illos membra corporis Ecclesiæ Christi factos esse; ita ut circumquaque sparsa hæreseos illius infamia, per eorum ad nos accessionem admissionemque de medio tollatur, neque nos tamquam ad partes eorum accedentes, pudore ac dedecore adficiamur.* Hæc conditio, hic modus a Basilio pro Marcellianis recipiendis propositus; & Petro Alexandrino Athansii successori, ut verisimile est, & Marcellianis, qui pacem & communionem tantopere flagitabant, pergratus perque jucundus fuit. Nam sub hæc nulla de Marcello vel asseclis quæstio occurrit. Hunc ordinem, & exitum Marcelliani tumultus fuisse mecum spero fatebuntur Eruditi.

V. Qui fuerit negotii exitus.

Epiphan. p. 841.

Epist. 293.

Epist. 321.

* ἀποκρίσεις.

JUSTI FONTANINI

ARCHIEPISCOPI ANCYRANI

DE ANNO EMORTUALI

SANCTI ATHANASII

PATRIARCHÆ ALEXANDRINI

DISSERTATIO.

I.


RUDITORUM animos jampridem variæ sententiæ distinuerunt de anno emortuali Sancti Athanasii, hic a nobis necessario examinandæ, ut tempus, eidem anno connexum, quo Melania, & Rufinus in Ægypto primum adparuerunt, firmius stabiliatur. Etenim alii A. D. 371. alii A. D. 375. Sanctissimum Patriarcham decessisse contendunt, utrique mediæ viæ quam tenuit Baronius, propemodum obliti, dum is A. D. 372. strenuum Fidei Catholicæ defensorem ad præmia æterna vocatum existimavit. Nobis, qui Baronii suffragio hac in re libenter accedimus, quia inter omnes auctores præcipuam laudem hujus quæstionis penes illum extare arbitramur, singulorum pondus perpendere opus est, ut viri magni calculos longe accuratissimos ceteris præstare ostendamus, quod seorsum ab Historia Literaria Aquilejensi facere visum est, ne illius cursus longiori disquisitione perturbaretur. Nequaquam tamen est animus, ut Scriptorum, quos merita in rem literariam clarissimos reddiderunt, laudum cumulo vel minimum detrahatur, sicubi veritatis inquirendæ causa ab illorum judicio discedimus, quandoquidem citra ullius injuriam haud parvi profecto interest, obitum Athanasii suo anno restitui; in quo restituendo viri celeberrimi desudarunt, quum ille sit quædam veluti epocha generalis, unde maximæ in antiquitate ecclesiastica res pendent; nec solum enim persequutio inde Alexandrina deducitur, sed gesta Hieronymi, Rufini, & Melaniæ, Historia etiam Palladii, & Paulini Nolani epistolæ non modicum illustrantur, ut in Historia nostra visum est, cujus potissimum scriptio nos perpulit, ut in eundem annum e tenebris antiquitatis eruendum, gnaviter incumberemus. Primæ ergo sententiæ auctor est Socrates lib. IV. cap. XIX. ubi Athanasium demortuum facit Gratiano II. & Probo Coss. nempe A. D. 371. eique præter Godefridum Hermannum in Vita lib. XI. cap. XVII. & Petrum Franciscum Chiffletium in Paulino illustrato parte II. cap. XI. adstipulantur Bollandiani auctores in tomo I. Maii pag. 248. iterumque in Historia Patriarcharum Alexandrinorum, tomo V. Junii præfixa, hoc fulti Baronii axiomate, quod ex A. D. 69. §. XXXVI. in medium sistunt: *tempora annumerata per Consules libentioribus sunt accipienda auribus, quum ceteris illa frequentior, liberalior, & verior esse noscatur chronographia, quæ a fastis deducta est Consularibus*. Hac, ut puto, ratione victus chronologorum facile princeps Dionysius Petavius in lib. XIII. de Doctrina temporum A. D. 371. atque alibi etiam, Socratis narrationi adquievit. At vero lib. II. epist. IX. ad alium magni nominis chronologum Ægidium Bucherium, sui argumenti pondus inde augeri existimavit, quod Nicephorus testetur in Chronico, Theophilum Athanasio successorem datum anno XV. post ejusdem obitum. Datus est autem Arcadio, & Bautone Coss. A. D. 385. ex Socrate lib. V. cap. XII. & quidem post diem XXVI. Julii, quo Timotheus decessit. Sed hinc potius sequeretur, Athanasii obitum contigisse A. D. 370. itaque benigna explicatione juvandus est, ubi ait pag. 416. Petrum post Athanasium in exilio vixisse *anno uno*, Lucium annis V. Petrum secundo anno uno, Timotheum annis VIII. quem excepit Theophilus. Aliud est Theophilum annos XV. ab Athanasii decessu Episcopum sedisse, aliud sedere cepisse postquam Athanasii quatuor Successores annos XV. in eadem sede explevissent. Hinc enim sequitur Theophilum anno demum XVI. iis successorem datum. Critici, omni præconio majores, duce Baronio, cum Socrate signa conferunt; nec tamen omnes in eumdem scopum arma collineant; nam Baronius stat pro A. D. 372. Ceteri pro A. D. 373. haud segniter pugnant; atque hi sunt Henricus Norisius in Censura contra Joannem Garnerium pag. 45. ubi sententiam Baronianam expungit ab se olim probatam in Historia Pelagiana lib. I. cap. II. Antonius Pagius A. D. 372. §. IX. Sebastianus Nanius, Tillemontius in Commentariis historiæ ecclesiasticæ tomo VI. pag. 582. & tomo VIII. pag. 252. 721. & Bernardus de Montefalconis, insignis Benedictinæ familiæ Monachus, in Vita, quam operibus Athanasianis præfixit; nuperque adhuc locupletius in epistola inscripta: *an vera narratio Rufini de baptizatis pueris ab Athanasio puero*, in qua summus & vir, & amicus animadvertit, Socratem non raro confusum, res omnino disparatas conjungere, atque adeo tunc esse præcipue accuratum, quando acta publica cum notis consularibus recitat, non ita

ve-

vero, ubi cum iisdem notis, proprio marte dispositis, aliquod gestum enarrat. Quare effatum Baronii per Hagiologos Bollandianos adductum, *de antiquis scriptoribus* accipiendum, ut ipsemet doctissimus Cardinalis statim se accipere explicat, nimirum de æqualibus, non ita de illis, qui rem notis consularibus suopte ingenio distinguunt, cui tamen ipsi haudquaquam æquales, sed posteriores fuerunt. Alia id genus in Socrate deprehendit vir illustris de Montefalconis, cujusmodi est, ubi scribit Historicus Athanasium demortuum *post quadraginta sex annos in Episcopatu* completos: qui numerus quidem certe Socrati opponitur: sed tamen nobis facilem viam sternit ad Athanasii annum emortualem proxime detegendum. Etenim Sanctus Alexander Episcopus Alexandrinus ab Concilio Nicæno redux A. D. 326. Athanasio sibi in successorem adlecto, diem obiit eodem anno, mensibus quinque nondum exactis ab receptione Meletianorum, quæ contigit uno vel altero mense post absolutum Concilium. Id testatur ipsemet Athanasius in Apologia II. tomo I. Operum pag. 70. (hujus editionis,) & Theodoritus lib. cap. xxv. At vero annorum numerum hinc ad A. D. 371. deductum, quo Socrates ejus obitum signat, non *quadraginta sex annos*, sed solos *quadraginta quinque* conficere exploratum est. Neque hic annorum numerus compleri poterit, etiamsi illum cum sociis Bollandianis, præter vetustatis consensum inchoare velimus ab die XVIII. Januarii, non vero ab exeunte Aprili anni 326. tres enim menses, & aliquot dies, qui inde reliqui exsurgerent, *quadraginta quinque annos* eousque amplificare non possunt, ut *quadraginta sex integros* constituere videantur. Enimvero Cyrillus in Sede Alexandrina, annis circiter quadraginta duntaxat post Athanasium, Episcopus, disertim testatur in epistola I. ad Solitarios to. V. Operum parte II. pag. 3. eundem decessorem suum Alexandrinæ Ecclesiæ præfuisse *annis integris quadraginta sex*: ἐφ' ὅλοις ἔτεσι τεσσαράκοντα ἓξ, quod de annis jampridem elapsis, non de elapsuris intelligendum esse, nemo, ut puto, negabit, quanquam secus visum fuerit Paschasio Quesnello, qui probationes ex numero annorum pontificatus, *indirectas* judicans, easdem cum Proteriana mortis Athanasii epocha, & cum Hieronymi calculo stare posse pronunciavit in tomo II. Operum Sancti Leonis pag. 900. Quot autem errores hic cubent, postmodum apparebit. Interim Socrati, & Cyrillo, in eodem numero annorum determinando, consonat etiam Rufinus Athanasii olim funeri præsens, ubi ait lib. XI. cap. III. illum quievisse *quadragesimo & sexta anno Sacerdotii sui*. Idem habent Sozomenus lib. VI. cap. XIX. Auctor farraginis Alexandrinæ in excerptis Eusebianis Scaligeri pag. 84. Theophanes, Anastasius Bibliothecarius, & Nicephorus in Chronicis quanquam alias ab errore non vacui: quibus Arabicos etiam scriptores jungit Eusebius Renaudotius in Historia Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum pag. 96. Quapropter hæc omnia conjunctim exposita, in Sancti Athanasii annorum Episcopalium numero expresse definiendo, nulla arte infirmari posse crediderim; ideoque Rufini & ceterorum annos haudquaquam cavos, sed undique plenos & integros Cyrilli auctoritas reddit: qui sui decessoris elogium dedita opera scribens, rem adeo vulgatam atque testatam ignorare non potuit; quique *quadraginta sex annos integros* non appellasset, qui tantum *quadraginta quinque* fuissent. Quare etiamsi tres menses a Bollandianis excogitatos admitteremus, adhuc probandum esset, tres illos eosdem menses diserto & luculento vocabulo non solum *anni*, sed *anni integri*, sive pleni & absoluti ab Cyrillo denotari potuisse.

II. Multa alia huic loco possem attexere, sed quæ docte & copiose disseruit Cl. Montefalconius, invitos etiam fateri cogunt, Athanasii mortem in A. D. 371. ab laudatissimis viris frustra referri. Vereor tamen, ut eadem felicitate, qua illinc dejicitur, conjici possit in A. D. 373. quemadmodum conjiciendam esse non dubitant præstantes viri Pagius, Tillemontius, & post eos Montefalconius, qui postremus omnium uberrime hanc spartam ornavit, ita ut nihil sibi reliqui fecerit in ea, quam memoravi epistola de *Narratione Rufini*. Fundus, in quo tanti viri consistunt, est epistola Proterii Alexandrini ad Pontificem Leonem Magnum A. D. 454. conscripta, quam post Petavium latine vulgavit Ægidius Bucherius in Commentario de Doctrina temporum; ibi enim pag. 84. hæc leguntur: *in octogesimo nono anno ab Imperio Diocletiani, superstite beatæ memoriæ patre nostro & Episcopo Anastasio* (lege *Athanasio*) *cum* XIV. *Luna Paschalis* XXVIII. *die mensis Phaminoth, id est nono Kalendarum Aprilium die provenisset die dominico, in subsequentem translata est hebdomadem, ita ut quinta die Pharmoti, hoc est pridie Kalendarum Aprilium, celebraretur Pascha Dominicum*. Hæ notæ Chronologicæ in A. D. 373. quadrare noscuntur: quo Pascha in subsequentem Dominicam, sive diem XXXI. Martii translatum fuisse tradit epistola: & superstite quidem Athanasio, qui postmodum inter mortales vivere desierit, si assertoribus ejusdem anni 373. auscultare velimus. Hæc enim variis doctis persuaserunt, supremum diem Athanasii extra A. D. 373. non esse quærendum. Nec profecto illorum sententia male procederet, dummodo & reliqui characteres, quemadmodum ab A. D. 371. abhorrent, ita ut cum vulgato Proterii calculo in annum 373. sponte sua & æquo pede concurrerent. Verum hic Rhodus hic saltus; ubi enim hanc supputationem amplecti velimus, annos Athanasii non tantum *quadraginta sex integros* ex veterum scriptorum consensu illi attributos, numerabimus; sed *quadraginta septem* universa antiquitate reclamante, numerari videbimus. Atque hæc caussa est cur tutius & commodius existimem, ne latum quidem unguem deflectere a Baronii sententia, qui A. D. 372. §. XII. Socratis collegio consulari posthabito, licet ab se olim excepto in notis ad Martyrologium, hæc literis consignavit: *hoc item anno, iisdemque Consulibus* (*Modesto & Arintheo*) *Sanctus Athanasius Episcopus Alexandrinus post innumeros pro tuenda Fide Catholica susceptos labores, cum sedisset annos* QUADRAGINTA SEX, *sexto nonas Maii solutus carnis vinculis, accepturus immortalitatis coronam migravit in Cælum. Hic primo corrigimus quod aliquando cum Socrate nos dixisse meminimus, ipsum anno superiori, nempe trecentesimo septuagesimo primo, defunctum esse. Porro cum constet, anno sequenti a Nicæno Concilio, nempe Domini trecentesimo vicesimo sexto, fuisse creatum Episcopum Alexandrinum; ad hunc usque an-*

num

num oportuit pervenisse ; licet apud Hieronymi Chronicon anno sequenti ponatur substitutio successoris. Ita Baronius : cujus tamen calculis Hieronymum etiam concinere , secus atque ipsi visum est , inferius monstrabo. Idem vir purpuratus postquam *Rufini* tum in Ægypto cum *Melania* versantis , & Cyrilli quoque Alexandrini testimonia de annis ab Athanasio in Episcopatu transactis, recitasset , *Cyrillum hæc omnia exploratissima habuisse* merito censet , *utpote ejusdem Ecclesiæ Episcopum* ; atque hinc *mendacii* Socratem arguit , qui quum *totidem ejus sedis annos Athanasio tribuat*, *decessisse tamen ait anno superiori* , *Gratiano & Probo Consulibus* ; quamquam haud sane mentitum Socratem puto : sed humani aliquid passum , ut viris etiam summis non raro accidit , unum par consulum oscitanter pro alio , eidem proximo , sumsisse non dubito . Ad Proterianam epistolam , quam , utpote suo tempore necdum editam , Baronius non vidit , postmodum revertemur . Sane præter exactum & præfinitum annorum numerum , cetera omnia huic A. D. 372. prorsus conveniunt , quæ neque A. D. 371. neque 373. aptari ullo modo possunt, ut statim visuri sumus. Et primum illud peculiarem observationem meretur , quod non solum Pagius A. D. 372. §. XIII. sed etiam Montfalconius pag. 41. uno ore confirmant , Rufinum scilicet ac Melaniam , qui A. D. 371. *ingruente jam hieme* , ex Hieronymi epistola XXII. alias XXV. in Palæstinam profecturi , ex Urbe discesserant , Alexandriæ visos A. D. 372. quo Melania ab Sancto Athanasio pelle ovina donata est , quam hyena in mercede restituti catulo suo oculorum usus , Marco Abbati , Marcus postea Athanasio obtulerat. Id ex ore Melaniæ se accepisse tradit Palladius in Paradiso Heraclidis cap. VI. pag. 954. editionis II. Heriberti Rosvveydi . Hac enim antiqua versione Historiæ Lausiacæ heic libenter atque alibi utimur, quotiescumque recentior interpres Gentianus Hervetus ob Græci codicis corruptionem ab errore non vacat . Sane haudquaquam vacare deprehenditur cap. XX. de ovina pelle sermonem faciens . Adi Pagium A. D. 372. §. XIX. ubi locum ex conjectura feliciter emendavit , ad quem multiplici limo turbatum , hæsisse comperio non solum Rosvveydum in notis ad Palladium pag. 786. §. 52. sed præterea Chiffletium in Paulino illustrato parte II. pag. XI. & Tillemontium ad Vitam Sancti Macarii tomo VIII. pag. 811. Alium , sed similem eventum , Rufinus de Macario narrat lib. XI. cap. IV. Alium item de alio Monacho Sulpicius in Dialogo I. cap. IX. locum Palladii , nuper adductum ad mentem Pagii ex codicibus MSS. postea restituit Montefalconius pag. 40.

III. Constat ergo *Melaniam* , ipsa *Melania* apud Palladium , suum necessarium narrante, pellem ovinam accepisse ab Athanasio. Hanc tamen accepisse non potuit, nisi A. D. 372. quo Ægyptum intravit ; nam teste Palladio, cap. CXVII. sex menses tantum in Ægypto morata est. Et quemadmodum Marcus moriturus pellem Athanasio reliquerat ; ita & Athanasium nonnisi moriturum eodem A. D. 372. Melaniæ illam reliquisse pro certo habeo . Cur enim tam cito antequam moreretur pretiosas exuvias a viro Sancto postremis tabulis sibi relictas , in matronæ insignis quidem , sed peregrinæ, & vix dum sibi fortasse notæ possessionem transferre voluisset? Aliud in hac disceptatione validum argumentum suppetit ex Rufino , in re quam vidit , fide dignissimo ; is enim in lib. XI. cap. II. & III. testatur , Alexandriæ CONTINUO *post Athanasii obitum* persecutionem in Catholicos excitatam ab Arianis, quibus Valens Augustus favebat , *Tatiano Alexandriæ præsidente :* quod nonnisi A. D. 372. contingere potuit. Etenim anno insequenti 373. non amplius *Tatianus* sed *Palladius* , qui eidem in præfectura Ægypti successerat, Alexandriæ præsidebat , ex Socrate lib. IV. cap. XX. & ex Theodorito lib. IV. cap. XXII. *Rufinus* porro omnem hac in caussa dubitationem convellit, dum præfectum nominat , sub quo CONTINUO *post Athanasii obitum* ea persecutio exarsit : in qua & ipsemet *Rufinus* exsilia & carceres subiit ; unde ait : *Quæ præsens* VIDI , *loquor ;* & *eorum gesta refero , quorum passionibus socius esse promerui* . Melaniam in hac eadem persecutione, CONTINUO post Athanasii obitum conflata , intra illos *sex menses* , quos in Ægypto transegit A. D. 372. fugatos & apprehensos fovendo , christiana virtute excelluisse, auctorem habeo Paulinum Nolanum , qui epist. XXIX. alias X. §. XI. hæc, non perfunctorie legenda, scribit ad Severum Sulpicium : *de multis tamen in illa* (Melania) *virtutibus Dei , unam saltem , de qua ejus omnia æstimentur opera , predicabo . Tempore illo Valentis , quando Ecclesiam Dei vivi furor Arianorum , Rege ipso impietatis satellite, persequebatur , hæc erat princeps vel particeps cunctis pro fide instantibus . Hæc fugatos recipiebat , aut apprehensos comitabatur . Sed cum eos recepisset in latebram , qui propter insignem fidem majore & hæreticorum odio infestabantur , & occultantium detegebantur invidia, gravi tunc seditione diabolicis facibus inflammata, quasi contra legem publicam contumax protrahi , ac pati jussa est : quæ illos manebant , nisi prodere maluisset . Processit impavide cupida passionis, & injuria publicationis exsultans , quamvis non expectasset trahi , tracturos antevolans ad judicem : qui confusus veneratione præsentis, non executus est infidelitatis iram , dum fidei miratur audaciam* . Hæc Paulinus de Melania , in æstu Alexandrinæ persecutionis intrepida : quæ latius referre visum est , propterea quod multum ad hoc argumentum illustrandum conferre videantur . Ne vero alios quam Ægyptios ab strenua muliere adjutos intelligamus , hæc Nolanus antistes ibi statim subjungit : *eadem tempestate per triduum quinque millia monachorum latentium panibus suis pavit* . De Monachis Nitriæ , tunc post cives Alexandrinos ab eadem procella compressis , agit Rufinus in loco a nobis superius indicato . Tatianus mense Majo A. D. 367. Ægypto præerat , ex Gothofredo in Chronologia codicis Theodosiani pag. LXX. Auctor Farraginis Alexandrinæ testari videtur, Tatianum Ægypto præfuisse per *quadriennium*, scilicet integrum, non computato primo anno, quo cœpit ; neque ultimo, haud integro , quo præfecturam finiit , fortasse propterea quod illi duo anni pleni non essent ; sive primum decessori, ultimum successori potius reliquerit. Sed idem auctor vel farcinator, utpote confusus & barbarus, magna luce non raro indiget , ut critici norunt . Ait tamen diserte, sub *Tatiano Augustalio* Athanasium obiisse , eique suffectum Petrum Archipresbyterum . Eundem Tatianum A. D. 374. expræfecto Ægypti Comitem sacrarum largitionum habemus in Chronologia Gothofredi pag. XCIV. sed iterum postea per triennium Ægypto præfuit A. D. 374. 375. 376. de quo auctor Farraginis Alexandrinæ pag. 84. ubi tamen Consules turbatos esse observat Gothofredus . Quia vero

ro

ro in eadem Farragine, *Modesto & Ariatheo* Coss. statim post Tatianum, *Publius Augustalius* occurrit (quod fortasse fuerit Palladii prænomen; nisi cum Pagio A. D. 372. §. XII. *Palladium* pro *Publio* legere malimus) hinc discimus, hoc eodem A. D. 372. quo iidem Consules processerunt, Tatianum egressum, & Palladium ingressum Præfecturam Ægypti; ita ut prius semestre spatium Tatianus, qui statim post mortuum Athanasium mense Majo, in Catholicos præferociter sævviit; posterius vero Palladius, qui persecutionem ab Tatiano inceptam, eadem æstate continuavit, res Alexandrinas pro Valente Augusto, supremi judices administraverint. Agebat eo tempore Valens Antiochiæ, ubi legem jussit die XIII. Maii ex Chronologia Gothofredi pag. XCI. Quare teste Socrate lib. IV. cap. XXI. *Ariani absque mora Imperatori, tunc Antiochiæ agenti, curaverunt significaadam Athanasii mortem.* Idem Historicus hæc postea subjungit: PAUCIS DIEBUS *interjectis, Euzojus Antiochenæ Sedis simul & hæreseos Arianæ præses, temporis occasione captata, decrevit ire Alexandriam, uti administrationem Ecclesiarum ibidem Lucio pariter Ariano traderet.*

IV. Hæc *sine mora & paucis interjectis diebus* ab morte Athanasii fieri omnia non potuissent A. D. 373. quia Valens hieme tantum hujus anni mansit Antiochiæ; æstatam vero, qua Athanasius obiisset, non Antiochiæ, sed procul in bello contra Saporem Persarum Regem traduxit, e quo victor Antiochiam ad stativa hiberna remeavit. Ita ex Ammiano, & Zosimo Tillemontius to. V. Hist. Imperatorum pag. 105. Quare Valens A. D. 372. æstatem agens Antiochiæ nuncium accepit de morte Athanasii, imperavitque, ut auctor est Socrates, Magno Comiti largitionum, & Palladio, qui Tatiana in præfectura Ægypti tunc recens eodem anno successerat, ut impii Euzoii propositum copiis militaribus adjuvarent. In hoc Theodoriti etiam testimonium concurrit, qui lib. IV. cap. XXI. tradit, post collocatum in throno pontificali Petrum, *confestim* provinciæ præfectum Palladium, hominem cultu idolalatram, cum gentilium & Judæorum phalange Ecclesiam Catholicorum vallasse, ut in Petrum manus injiceret.

V. Fortassis hæc tam fuse persequendo nimius videar; sed tamen quando huc pervenit oratio, novum adhuc robur ex Sancto Hieronymo adjungam, de quo peropportune me monent qui ejus auctoritatem vel temere elevant, vel perperam citant. Hieronymus ergo in Chronico Eusebiano ab se aucto Petri Athanasio suffecti ordinationem statuit sub anno I. Olympiadis 288. cui respondere putant annum Dionysianum 373. atque hinc fit, ut certantes pro anno emortuali 371. Hieronymi chronologicos canones insuper habeant: qui vero pugnant pro A. D. 373. illorum se præsidio tueantur. Sic porro Hieronymi auctoritas variam fortunam subit. Sed viri docti ad alia properantes animadvertisse haudquaquam videntur, sub illo eodem anno in Chronico Eusebiano nonnulla alia, Petri ordinationi conjuncta, memorari, quæ tamen nullo pacto in A. D. 373. conjici possunt. Hæc ut exploratius patefiant, integrum Hieronymi laterculum, ut prostat in editione Scaligeri, hic lubet enucleare.

Laterculus Chronici Eusebiani, auctore

SANCTO HIERONYMO.

Annus Christi secundum Eusebium 374.	Annus I. Olympiadis 288.	Annus Abrahami 2389.	I. Saxones cæsi Deusone in regione Francorum.
			II. Burgundiorum octoginta fere millia, quod nunquam ANTE, ad Rhenum descenderunt.
			III. Clearchus præfectus urbis Constantinopolis AGNOSCITUR; a quo necessaria & diu expectata votis aqua inducitur civitati.
			IV. Alexandriæ ORDINATUR Episcopus Petrus, qui post Valentis interitum, tam affabilis in recipiendis hæreticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit.

I. Nunc locus postulat ut hujusce laterculi Hieronymiani singula segmenta explicem, unde magnam lucem anno emortuali Sancti Athanasii affulgere nemo, ut auguror, in dubium vocabit. Saxones per Theodosium Comitem *bellis navalibus* consumtos sub Valentiniano Imp. A. D. *369.* eruimus ex Pacato in cap. V. Panegyrici ad Theodosium Magnum, ejusdem Comitis filium. Iterum postea occidione occisi fuerunt Valentiniano & Valente Augustis III. Coss. nempe A. D. 370. ex Ammiano lib. XXVIII. cap. V. Ob hanc injuriam popularibus illatam quum Saxones A. D. 372. tertium in Gallias erupturi per Germaniam magno agmine ingruerent, Valentinianus Deusonem illorum clade nobilitavit: quod præter Hieronymum scribit Paulus Orosius in lib. VII. cap. XXXII. quorum prior in regione *Francorum*, alter in Francorum terris eosdem Saxones ab Valentiniano devictos literis prodidit. Deusonem porro oppidum cultu Herculis in nummis Postumi Augusti olim insigne, nunc vulgo *Duitsium* ex adverso Coloniæ Agrippinæ in regione Francorum stetisse, docet Johannes Isacius Pontanus in Originibus Francicis lib. II. cap. III. & Thomas Reinesius epist. XXXV. ad Rupertum pag. *276.* Hanc duplicem Saxonum cladem, ab aliis in unum conflatam, distinxit Hadrianus Valesius in rebus Francicis lib. I. pag. 47. propterea quod altera incursio navalis,

altera pedestris extiterit. Illam Ammianus Valentiniano & Valente Augustis III. hanc Cassiodorus in Chronico iisdem Augustis IV. Consulibus factam testantur. Sed quia Hieronymus posteriorem locat initio anni I. Olympiadis 288. quod A. D. 372. separandum non esse mox apparebit, ideo illam sub finem ejusdem anni contigisse crediderim, quam postea in longinquis regionibus initio anni sequentis vulgatam, Cassiodorus illi anno defixerit, nisi potius ex male perceptis Hieronymi calculis illam Cassiodorus in eundem annum rejecit; quod libentius existimaverim.

2. Valesius ut duas Saxonum cladeis, ita & duas Burgundionum expeditiones iisdem annis illigatas distinguit; alteram quidem ab Ammiano, alteram ab Hieronymo, Orosio, & Cassiodoro uno eodemque numero *octoginta millium* determinatam. Profecto hæc verba Hieronymi: *Burgundionum octoginta fere millia, quod* NUNQUAM ANTE, *ad Rhenum descenderunt*, argumento sunt, alias expeditiones contra Gallos a Burgundionibus *ante* susceptas; neque Hieronymum, testem æqualem, in re tam nova legitimo tempori consignanda, falli debuisse facile reputaverim. Petavium in hanc eandem sententiam ivisse conspicio in lib. XIII. de Doctrina temporum, ubi Periodo Juliana 5085. A. D. 372. Burgundionum ad Rhenum descensum consignat.

3. Clearchus Constantinopoli præesse cœpit A. D. 372. ex Gothofredo in Chronologia codicis Theodosiani pag. xc. quo in munere biennium insumsit, deque exordio præfecturæ Clearchi Hieronymum loqui, pandit verbum *agnoscitur*.

4. Ubi Hieronymus isti exordio conjungit ordinationem Petri, Athanasio suffecti, cujus obitum silet, satis aperte indicat eandem ordinationem ab se copulari cum A. D. 372. non autem cum anno insequenti 373. Eusebius pariter atque ejus continuator Hieronymus annum primum Olympiadis cum auspicantur ab Kalendis Octobribus, Olympiadas vulgares ab solstitio æstivo, sive ab die XIX. Junii inchoatas, antecedentibus, eidem anno Olympiadico ita deducto ceteras epochas jungunt. Hoc adnotarunt Petavius de doctrina temporum lib. IX. cap. I. & XLVI. & Pagius in Dissertatione de Periodo Græco-Romana §. LXXXIII. Heic tamen legitur *Septembris* pro *Octobris*, manifesto errore typographi vel exscriptoris, propterea emendando ex §. XXIX. præfationis, ubi idem Pagius initium anni Abrahamitici, cui initium quoque anni Olympiadici apud Eusebium copulatur, deducit ab Kalendis Octobribus, non vero Septembribus. Quum ergo quilibet annus Olympiadicus ex anni præcedentis autumno trahatur, eundem quoque annum Olympiadicum inde secum res trahere necesse est, quæ illi tempori adhærent; ita ut annus primus Olympiadis 288. in annos vulgares 372. & 373. se extendat. Quare non semper quæ annis singulis Olympiadicis adsignantur, ad unum tantummodo Christi annum, sed ad alterutrum, vel ad utrumque pertinere dicenda sunt. Huc totum laterculum proxime expositum venire, quæque ibidem clauduntur, citra A. D. 372. nequaquam egredi, certissimum est. Rursus aliunde adstruitur annus Dionysianus 372. in præsentem quæstionem vocatus. In laterculo a nobis exhibito Petri Alexandrini ordinatio connectitur anno Abrahamitico 2389. Deme hinc numeros millenarios & septemdecim, supererit annus Dionysianus 372. quo obitus Athanasii, & Petri ordinatio evenerunt, Cyclo Solis XVII. Lunæ XII. literis Dominicalibus A. G. Indict. XV. Quia vero anni Abrahami duobus Cyclis Lunaribus Cyclos Dionysianos superant, deme illos, & habebis Cyclum Lunæ XII. jam adnotatum. Hæc ex methodo, quam Pagius ad annos Abrahamiticos cum Dionysianis in Chronico Eusebii copulandos tradidit in Dissertatione de Periodo Græco-Romana §. LXXIX. quæ quidem methodus quanquam est facilis, nemini tamen antea observata. Postremo hæc omnia mirifice solidantur ex A. D. 374. cui annus primus Olympiadis in Hieronymiano Chronico adnectitur, nam epocha Incarnationis, qua utitur Eusebius & ejus continuator Hieronymus, biennio Dionysianam antevertit, ex Pagio proxime adducto §. LXXVIII. adeoque annus Christi 374. qui ibidem signatur, detracto biennio, exprimit annum vulgarem Dionysianum 372. Vereor ne tam spissa tricarum hujusmodi conglobatio fastidium pariat; sed illa quodammodo necessaria erat ad demonstrandum tot & tam luculentis chronologiæ characteribus, ordinationem Petri in eundem annum esse defixam; atque hinc tantum abest, ut Hieronymus eorum sententiam adstruat, qui in A. D. 373. Athanasii obitum referunt, ut e contrario Baronianam & nostram omnino tueatur, dum Petri ordinationem eidem anno 372. conjungit, quo Athanasius in Cælum migravit. Desinant ergo Hieronymi calculos aspernari, qui eosdem suis divinationibus adversantes offendunt. Huc faciunt verba Montefalconii, ad Hieronymum, non pro illo quidem, sed pro nobis loquentem, adcommodata: *Ille vero, utpote Athanasio æqualis, & oculatus, ut dicam, testis, hac in re fide dignus est, tam quia tanti antistitis, qui illo ævo pro ecclesiæ lumine passim habebatur, annum obitus non videtur ignorare potuisse; tum quia fide dignioribus, nempe ipsis Athanasii successoribus accinit*. Eadem in Quesnellum regeruntur, qui Hieronymi auctoritatem ab se male perceptam cum Proterio componi posse immerito censuit. Hæc omnia ob oculos repræsentare visum est, ut plenius intelligatur, annum emortualem Athanasii ab A. D. 372. non esse amovendum.

6. Nunc reliquum est, ut argumento occurramus, ex Athanasii epistolis Paschalibus derivato; quæ licet nondum recentioribus visæ, & fortasse olim prorsus deperditæ, quum tamen numero *quadraginta septem* in Arabum scriptis recenseantur, inde clarissimus Montefalconius consequi putat, Athanasium post A. D. 326. totidem Paschata suis epistolis prænunciasse, quot præter lapsa numerantur ab A. D. 327. quo primum Pascha Athanasius Episcopus celebravit, ad A. D. 373. quo virum sanctissimum defunctum fuisse contendit. Sed enimvero, si jam dicta hucusque, probe consistunt, neque numerus earundem epistolarum satisfcit, necesse est, Athanasium adhuc superstitem A. D. 372. epistolam Paschalem XLVII. exarasse pro insequenti A. D. 373. ut non leve indicium nobis suppeditat epistola Santi Proterii, de qua postea. Quod si Athanasius A. D. 373. expirasset, non XLVII., sed XLVIII. paschales epistolas edidisset, quarum ultima anni insequentis 374. Pascha denunciare debuisset. Neque enim litem intendam de die & mense emortuali Sancti Alexandri Pontificis Alexandrini & ejus successoris Athanasii, quum persuasum habeam illum denatum die XVII. Aprilis A. D. 326. hunc vero die II. Maii A. D. 372. unde effluunt *quadraginta sex anni inte-*


gri

gri Athanasianæ sessionis. In hos dies vetustissima Christianorum monumenta conspirant, & si qua ab his diversos adsignant, ad alias omnino caussas, quam mortis, referendos esse non ambigo.

7. Multis consulto præteritis, quæ sicut contra A. D. 371. optime pugnant, ita pro anno 373. nequaquam faciunt, silentio prætermitti nequaquam debet Proterii Alexandrini epistola; quandoquidem in ea, velut in arce munitissima, viri docti consistunt. Illam græce, ut Proterius scripsit, post sæculorum memoriam nemo hactenus vidit, latinamque Dionysii Exigui versionem ex mendoso codice post Petavium eduxit Bucherius, ut dictum est; qui nec illam erroribus scatere dissimulavit, tum in ipso nomine Sancti Athanasii, tum in notis etiam numeralibus, & in aliis nonnullis, de quibus in ora lectores identidem monuit, eaque Bollandistæ recensuerunt die II. Maii pag. 248. §. 401. Id tanto ante Proterius prædixerat in fine epistolæ se passurum per librariorum audaciam & interpretum latinorum inscitiam; qui *Græca non valentes diligenter exprimere, læderent veritatem*. Ergo his omnibus circumspectis, haudquaquam mirari subit, si isthæc latina translatio, utpote saltem ex apographo minus integro accepta, se in pluribus oppido vitiosam prodit; ita ut ubi ait A. D. 373. *superstite Athanasio* Pascha in *subsequentem* hebdomadam *translatum* fuisse, absque alia explicatione, perpaucam fidem mereatur. Hoc sane jamdudum Criticis majorum gentium suboluit, quos nequaquam movit hujus epistolæ auctoritas, ut in A. D. 373. obitum Athanasii conferrent. Nec auctor novæ editionis Operum Sancti Leonis Magni, qui illam epistolam tomo I. pag. *646.* ex codice Oxoniensi emendatiorem inseruit, ab omni macula immunem reddere potuit. Hinc Bollandianos continuatores suspicio incessit, primitus in Codice Græco lectum fuisse *ἀποβιόντος*, *defuncto*, in cujus postea locum facili errore *ἐπιβιόντος*, *superstite*, ab librario scriptum, vel ab interprete lectum fuerit. Petavius in notis ad eandem epistolam ex codice Jacobi Sirmondi ab se editam sub finem Tomi II. de Doctrina temporum, Proterium allucinatum existimavit, quasi nempe Athanasium, qui ante decesserat, adhuc illo tempore vixisse crediderit. Tillemontius Tomo VIII. pag. 720. errorem inde oriri potuisse consentit, quod Proterius in tabulario Ecclesię Alexandrinæ Pascha pro A. D. 373. *pridem* ab Athanasio digestum comperisset, ordinatumque, ut eo anno celebraretur die XXXI.; non vero XXIV. Martii: quod inquit, *ordinasse* potuit A. D. 371. immo vero 372. ut statim patebit. Idipsum pridem conjecerant Bollandi continuatores, Proterium narrasse rati, non quid factum A. D. 373. adhuc *superstite Athanasio*, sed quid Athanasius adhuc superstes pro ejusdem anni celebratione Paschatis, biennio citius fecisset; quandoquidem in Ecclesia Alexandrina tabulæ Paschales in antecessum digerebantur ex præscripto Concilii Nicæni, cujus judicium res paschales subierant.

8. Sed conjecturis præstantium ingenio & doctrina virorum sepositis, omnes difficultatum nodi facile dissolventur, si veterem & sacrum illum rei paschalis denunciandæ ritum penitus introspexerimus. Enimvero cum Episcopo Alexandrino cura incumberet investigandæ diei, qua Pascha quotannis celebrandum, ut patet ex epistola XCIV. alias LXIV. Sancti Leonis Magni ad Marcianum Augustum; Athanasius non A. D. 371. sed 372. investigare debuit diem Paschatis anni insequentis 373. de quo mature certa redderetur Apostolica Sedes, ut *hujus scripti ad longinquiores ecclesias indicium generaliter percurreret*, ait *idem Pontifex*; nam post acceptum ab Alexandrino consilium, ad eandem Sedem Apostolicam pertinebat diem Pascbatis sequuturi *omnibus Occidentalium partium Sacerdotibus* denunciare, ut inquit idem Leo Magnus epist. CXII. ad Marcianum Augustum; nimirum cunctis Romani Patriarchatus Metropolitis per Italiam, Illyricum solidum, Britannias, Gallias, Hispanias, & Africam, nempe toti Europæ usque ad Thraciam, idque secundum Canonem I. Concilii I. Arelatensis in editione Labbei To. I. pag. 1427. Vide Norisium in responsis ad Gerras germanas Francisci Macedi pag. 41. & si lubet, consule etiam Franciscum Bernardinum Ferrarium in libro I. cap. XXV. de Ritu sacrarum concionum. Ejusdem Romani Patriarchatus amplitudinem his verbis innuunt Patres Arelatenses in epistola Synodali ad Sanctum Silvestrum pontificem pag. 1419. *qui majores diæceses tenes utique patriarchales*, quas superius nominavi. Eadem ratione Sanctus Basilius epist. X. ad Gregorium Nazianzenum vocat Romanum Pontificem *Occidentalium Antesignanum*. Quamobrem Athanasius neque A. D. 471. anticipare, neque usque ad A. D. 373. differre debuit, nec potuit, investigationem, & prænunciationem diei paschalis pro eodem A. D. 373. Porro diem paschalem, per universas Ægypti Ecclesias denunciandum, in præcedenti festo Epiphaniæ, diaconorum præconio apud Alexandrinos vulgari consuevisse, præcipue constat ex Cassiani Collatione X. cap. II. At vero literas paschales ab Antistite Alexandrino ad Romanum, a quo reliquæ accepturæ essent Ecclesiæ, anno superiori præmissas, jam adnotavit Baronius A. D. 399. §. III. a Norisio perperam refutatus lib. I. Hist. Pelagianæ cap. II. Siquidem Leo Magnus accepta a Proterio Alexandrino epistola, de qua agimus, ut celebratio Paschatis A. D. 455. explicabatur, idem Summus Pontifex de more *Episcopis per Gallias & Hispanias constitutis* pascha anni sequuturi denunciavit V. *Kalendas Augustas* præcedentis anni 454. ut liquet ex epistola CIX. alias XCV. Leo autem epistola CXII. Marcianum Augustum certiorem reddit de die paschali mox sequuturo, ut ab se dudum Episcopis, sive, ut ipsa ejus verba usurpem, omnibus *Occidentalium partium Sacerdotibus intimato: quem Alexandrini Episcopi declaravit instructio*. Profecto hoc ipsum, nulla pene vi epistolæ Proterianæ illata, haud obscure subsequentia verba loqui videntur: *in octogesimo nono quidem anno ab Imperio Diocletiani, superstite beatæ memoriæ Patre nostro & Episcopo Athanasio*. Latinus interpres verborum ordinem nonnihil invertit, unde quædam obscuritas orta est, quum scribere debuisset: *superstite beatæ memoriæ Patre nostro & Episcopo Athanasio* (nempe A. D. 372.) *in octogesimo nono quidem anno* (nempe A. D. 373.) *Pascha translatum est &c.* adeo ut vir sanctus adhuc superstes A. D. 372. Pascha anni 373. in subsequentem hebdomadam transferendum curaverit. Annus Diocletiani 89. ex Petavio lib. X. cap. LXXII. iniit a Thoth fixo, nempe ab die XXIX. Augusti A. D. 372. post jam mortuum Athanasium, qui tamen adhuc superstes Ecclesiam monuit epistola paschali XLVII. de translatione Paschatis anni 373. proxime sequuturi. Hæc nobis in re hactenus maxime dubia, vero propiora, & quantum assequi possumus clara,

ra, & quodammodo certa visa sunt. Quare jam tandem in comperto est, annum 372. quo Modestus & Arinthæus consules processerunt, obitu magni viri insignem fuisse, totque ac tanta testimonia junctim coeuntia idipsum confirmant, ut ea quæ aliorsum abire videntur, vel explicari, vel cum nostris calculis in concordiam redigi, vel omnino rejici debeant. Sed rem omnino unico testimonio adhuc conficiam, eoque locupletissimo, huc adducto, ex epistola Sancti Cyrilli ad Aurelium Carthaginensem, aliosque Episcopos in Africana Synodo congregatos apud Petavium to. II. de Doctrina temporum pag. 503. editionis II. Verba Cyrilli hæc sunt: *de Pascha vero, ut scripsistis, mandamus vobis* IX. *Kalendas Majas nos* FUTURA *Indictione celebrare*. Hæc *futura* Indictio en anno 420. fuit III. iniitque, de more, a Kalendis Septembribus; Ergo epistola, hoc idem prænuncians, scripta est A. D. 419. Indictione II. adeoque Cyrillus ante Septembrem ejusdem anni 419. pascha futuri anni 420. Patribus Africanis significavit. Desunt enim in primigenio codice Græco verba hæc V. *Kal. Decembris*, quæ perperam adsuta leguntur initio versionis latinæ ejusdem epistolæ, ut Petavius lib. II. Epist. VIII. indicavit Ægidio Bucherio. Jam vero quod pertinet ad diem mortis Sancti Athanasii, variæ sententiæ, æque ac de anno, circumeunt; quas omnes accurate recenset Tillemontius tom. VIII. pag. 722. qui tamen cum Bollandianis observat, Latinos, Græcos, Ægyptios eum colere die II. Maii, nempe VII. Mensis Bescinas, sive Pachonis: qui dies A. D. 372. incidere debuit in Feriam III. currentibus tunc literis Dominicalibus A. G. Ipso autem die VII. Bescinas sanctum Præsulem decessisse docet Chronicon Orientale, ex Arabico in Latinum sermonem translatum ab Abrahamo Ecchellensi, ubi tamen pag. 117. perperam legitur die *Jovis* pro die *Martis*, erroremque satis produnt anni XLVI. & dies XV. Athanasianæ sessionis, ibidem expressi, & deducti ab die XXII. Pharmuti, seu XVII. Aprilis anni 326. quo obiit Sanctus Alexander, Athanasii decessor; quanquam alias adeo in tuto posita res est, ut fulciri non egeat auctoritate Chronici Orientalis, quæ sane extra res Muhamedicas haud magni fit, ubi cum antiquioribus non convenit; auctor enim est recens, quippe qui scripserit Hegira 655. nempe A. D. 1257. Ceterum pro eodem mense Majo emortuali invictum argumentum suppeditare videntur, quæ de Melania retulimus. Hæc enim *cum ingruente jam hieme*, hoc est circa Novembrem A. D. 371. trajecerit in Ægyptum, ibique intra semestrem moram pellis ovinæ ab Athanasio morituro donum acceperit, consequens est, Athanasium obiisse intra illam semestrem moram, que Junium quidem non transcendit; nam Hieronymus in epist. I. alias XLI. *mediæ fervore æstatis Rufinum & Melaniam* in Ægypto adhuc esse putabat, quum tamen *Ægypti Confessores*, & *voluntate jam Martyres* tunc exsulassent, quos CONTI NUO *post Athanasii obitum* exsulasse jam patefecimus.



SAN-



SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI OPERA A MONTFAUCONIO PRIMUM EDITA.

EUGENII DIACONI LEGATIO AD S. ATHANASIUM,

Pro cauſa Marcelli Ancyrani, & Confeſſio fidei Eccleſiæ Ancyranæ.

Expoſitio fidei ad Athanaſium facta ab Eugenio diacono.

(1) Sanctiſſimo & beatiſſimo epiſcopo Athanaſio, Eugenius diaconus.



CLERICI quidem ac ceteri qui Ancyræ in Galatia ſunt, una cum patre noſtro Marcello congregati, nos ad tuam pietatem commendatitiis epiſcoporum (2) Græciæ & Macedoniæ litteris munitos delegarunt. At quandoquidem accedentes comperimus, nos tamquam aliena doctrina imbutos, calumniis impetitos fuiſſe; tuque jure ac merito edifcere voluiſti, quam ſententiam & doctrinam teneamus erga Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: neceſſitate compulſi, ſed alacriter tamen, hæc ad tuam pietatem reſcribimus; ut cognoſcas, eos qui nos calumniis impetivere, iſthæc falſo adverſum nos protuliſſe, noſque Catholicam Eccleſiæ tenere fidem. Cum porro de nobis loquimur, univerſos item populos qui nos miſerunt, qui non pauci ſane, ſed ingenti multitudine ſunt, nobiſcum annumeramus.

2. Nos igitur in primis anathemate damnamus Arianam hæreſim; credimuſque, quemadmodum & patres noſtri in Nicæna ſynodo confeſſi ſunt, ex ſubſtantia Patris eſſe Filium & conſubſtantialem Patri, ipſumque neque rem creatam neque rem factam eſſe: verum omnia opificia per ipſum facta fuiſſe. (3) Neque enim cenſemus alium eſſe Filium, alium eſſe Verbum, ut quidam nos ſentire mentiti ſunt; ſed ipſum Verbum eſſe Filium, ſapientiam, virtutem Patris, in qua omnia, ut nos docuit Apoſtolus, cum viſibilia, tum inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates; omnia demum per ipſum & in ipſum creata ſunt. Cum ita porro ſentiamus, anathemate ferimus nominatim impiiſſimum Sabellium, & cum ipſo quotquot ejus doctrinæ adſtipulantur, & dicunt, ipſum Patrem eſſe Filium; ipſumque quando filius efficitur, non ulterius eſſe patrem; & quando fit pater, non eſſe tunc filium. Nos quippe confitemur Patrem æternum, Filio æterno exſtante ac ſubſiſtente; Spiritum quoque ſanctum ſempiterne exſtantem atque ſubſiſtentem. Non enim Trinitatem ſine ſubſiſtentia ſive hypoſtaſi dicimus eſſe; (4) verũ in hypoſtaſi ipſam cognoſcimus.

Coloſſ. 1. 16.

3. Sed etiamſi hæc ſatis ſint ad commonſtrandum eadem nos atque patres noſtri ſententia eſſe; attamen quia nonnulli ſunt, qui cum diſſimulanter profiteantur ſe minime cum Ario ſentire, idem tamen quod ille ſentiunt; atque dicunt, Filium quidem diſſimilem eſſe Patri, Spiritum autem ſanctum eſſe rem creatam, unamque ex rebus factis; cum nos, tum ii qui nos huc de-

(1) Non inſolens illo ſæculo fuit, ut ſcripta de rebus Eccleſiaſticis tradita, epiſtolari forma præſentibus darentur. Sic primo operum Athanaſii tomo p. 157. epiſtola Alexandri ad clerum Alexandrinum hoc ſingulari titulo inſignitur: *Alexander presbyteris diaconiſque Alexandriæ & Mareotæ, præſens præſentibus, dilectis in Domino fratribus, ſalutem*; data videlicet iis qui præſentes aderant. Eodem ritu Eugenius legatus expoſitionem ſuam, Ancyranæ eccleſiæ nomine, concinnavit. Vide in Præfatione ad Athanaſii Opera n. 19.

(2) De his in Diatriba de Marcello ſupra.

(3) Vide Diatribam noſtram de Marcello.

(4) Licitum erat hoc tempore hypoſtaſim unam in Trinitate confiteri, dum hypoſtaſis pro ſubſtantia haberetur; ſimiliterque tres hypoſtaſes confiteri, dum tres perſonæ exſiſtentes & ſubſiſtentes intelligerentur. Vide in epiſtola ad Antiochenos Tom. 2. operum Athanaſii.

legarunt, hujusmodi hæreses anathemate ferimus. Neque enim Filius dissimilis est Patri, sed consubstantialis ipsi Patri est; neque Spiritus sanctus res est creata, aut una ex rebus conditis, sed sanctæ Trinitatis est: atque confidenter profitemur, nihil aliunde inductum aut creatum in sancta Trinitate esse. Nam Spiritus sanctitatis est, non qui sanctificetur, verum in quo omnes sancti sanctificantur. Perfectio quippe nostra in Patre & Filio & Spiritu sancto datur, atque efficitur. Unaque fides est in unum Deum per Filium in Spiritu sancto. Plenioris itaque majorisque testimonii causa, anathemate ferimus eos qui sentiunt ac dicunt: Fuit aliquando *monas*, sive unitas, cum nondum esset Filius; & fuit aliquando *dyas*, q. d. duitas, cum nondum esset Spiritus sanctus. Scimus enim sanctam Trinitatem sempiternam, semper perfectam fuisse, ac eodem modo se habuisse. Quamobrem ab Ecclesia catholica alienos reputamus eos qui sentiunt atque dicunt: Fuit cum non esset Filius, atque ex non exstantibus factus est Spiritus sanctus.

4. Ne quis vero falsa jactitans nos frustra incuset circa carnalem Servatoris adventum, necesse quoque fuerit ut ea de re quædam litteris consignemus; quod scilicet Dominus & Salvator noster Christus, non quemadmodum ad Prophetas *factus est*, ita in consummatione sæculorum advenerit in sanctum hominem. Sed credimus, quod secundum Joannem Verbum caro factum sit, & secundum Apostolum, quod cum in forma Dei esset, propter nos acceperit servi formam, secundum carnem genitus homo ex Maria Virgine; ut, quemadmodum ipse ait, perficeret opus Patris; atque ita cum genus humanum in seipso perfecerit, ac cum divinitate conjunxerit, ipsum introducat in regnum cœlorum. Ac etiamsi isthæc satis sint ad declarandam fidem in Dominum nostrum Jesum Christum; attamen majoris securitatis ergo hæc repetimus ac dicimus, atque anathemate damnamus eos qui dicunt & credunt, Patrem aliquando sine Filio fuisse; Patremque ac Filium aliquando fuisse sine Spiritu sancto. Spiritus enim Dei est, ac perfecta atque sempiterna est Trinitas. Anathemate quoque damnamus eos qui nuper exorti sunt, & Anomœi dicuntur, ac cum ipsis Samosateni & Photini insaniam, necnon eos qui paria cum ipsis sentiunt. Quia non dicunt, Verbum Dei, verbum esse vivens & efficax, per quod omnia facta sunt: sed quasi hominis verbum prolatitium dumtaxat, & quia non arbitrantur Filium Dei ipsum esse verbum; verum temere & sine ratione dividunt, & principium Filio a nativitate secundum carnem ex Maria blasphemo ore tribuunt: quia item non credunt ipsum verum esse Deum.

Joan. 1. 14. Philip. 2. 6. Joan. 4. 34.

5. Hæc itaque cum sentiamus atque scripto profiteamur, asseramusque idipsum sentire eos qui nos isthuc miserunt: tuam rogamus pietatem, ne fidem iis habeas qui nos insimulant; idque iis significes qui nos huc delegarunt; rescribas item iis quos orthodoxos episcopos esse noveris; ut si ad eos calumnia adversum nos conflata pervenerit, conspecta hac nostra fidei confessione, malitiam eorum deprehendant, qui temere invidiam nobis movere studuerunt. (1) Theodulus Episcopus Oxyrynchi, Plenes Episcopus Hermothi, Ischyrion Episcopus Leonto, Isaac Episcopus. Amen.

(1) De his subscriptionibus vide in Diatriba de Marcello. Hæ porro subscriptiones mutilæ haud dubie sunt, cum Athanasii nomen non compareat, qui sane huic fidei confessioni suffragium dedit ac subscripsit; alias vero, refragante Athanasio, eam minime probassent, additoque nomine confirmassent episcopi hic memorati. Veri simile item est alios Ægyptios episcopos, quorum excidere nomina, eamdem fidei confessionem suffragio suo muniisse. Solebat enim Athanasius ad tanti ponderis negotia e vicinioribus multos accersere.

MONITUM

IN SERMONEM MAJOREM ATHANASII DE FIDE.

DIU est quod egregium Athanasii opus, cui titulus, μείζων λόγος περὶ πίστεως, in tenebris latebat, amanuensium incuria in Athanasii collectionibus prætermissum; a Theodoreto & Gelasio pleramque memoratum, qui etiam ejus ἀποσπασμάτια aliquot in scriptis suis inseruere, a nobis edita Tom. I. operum Athanasii p. 511. Hic sermo sive liber, nam sic aptius λόγον verterem, ni vetaret consuetudo, nec opinanti mihi, aliudque agenti, sese obtulit. Siquidem cum Chrysostomi & Basilii codices in bibliotheca Laurentiana evolverem, casu incidi in manuscriptum decimi sæculi, ubi inter alia variorum scripta hoc Athanasii opus aderat, sed proh dolor! multis in locis truncatum ac mutilum; ita tamen ut sententia semper apta sit, & adprime cohæreat.

Non absimile vero est hunc sermonem esse, quem libellum Athanasii vocat Rufinus in Apologia pro Origene edit. Paris. ann. 1019. Tom. ix. pag. 131. ubi has voces, homo Dominicus, *exstitisse narrat idem Rufinus. Nec est quod vox illa,* Libellus, *ab hac sententia, quia opusculum parvum indicare videatur, nos dimoveat. Cum videamus longe prolixiora opera libelli nomine compellata, ut est Libellus precum Faustini & Marcellini; quidni Libellum hoc item opus Rufinus appellaverit? Ut ad illud,* homo Dominicus, *sive κυριακὸν ἄνθρωπον redeamus, frequenter in hoc opere ab Athanasio usurpatum; id suspectum sane multis fuit. Nam Rufinus eodem in loco narrat, Damasum cum de recipiendis in Ecclesiam Apollinaristis ageret, Hieronymo conscribendæ fidei confessionis provinciam demandasse, in qua hæ voces,* Dominicus homo, *aderant. Illi vero vocis insolentia permoti, confessioni hujusmodi nomen dare abnuebant. Qua in re quid gestum deinde sit, pluribus recenset ille, nosque in Admonitione ad Expositionem fidei Tom. I. operum Athanasii p. 36. jam monere occupavimus. Augustinus item cum in l. 2. de Sermone Domini in Monte c. 6. n. 20. Christum vocasset hominem Dominicum; postea in libro Retractationum c. 19. n. 8. hoc dixisse se nolle, licet aliqua ratione defendi possit, testificatur.*

Cum

Cum igitur hæ voces, Dominicus homo, *apud nonnullos suspicione laborarint, hinc factum, ut* περὶ γνησιότητος *Expositionis fidei, quæ inter Athanasiana opera comparet, Tom. 1. pag. 37. quæque ceu compendium hujus sermonis est, aliqui dubitaverint; quia eo in opusculo,* ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος, *bis legitur: verum injuria; nam hæc loquendi formula ex eo genere vocum constat, quæ possint in bonam malamve partem pro cujusque adfectu & sententia usurpari. Male sonat* ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος, *si quis in Christo, hominem a Verbo distinctum, qui per se solum persona sit, constituat, ut Dimœritæ quidam, qui impie dicebant, Verbum in Jesum Christum, quemadmodum olim in Prophetas, advenisse; caste autem sentiunt & loquuntur, qui Dominicum hominem pro humana in Christo natura habent; qua sententia non in Expositione tantum his vocibus est usus Athanasius, sed etiam passim in hoc sermone Majore de Fide, ut cuique videre licet; & in Expositionibus psalmorum, p. 423. Nec modo Athanasius, sed Epiphanius quoque Tom. II. edit. Petav. p. 84.* τοῦτο γὰρ εἰς τὸν κυριακὸν ἄνθρωπον πεπλήρωται, *ait, id est,* Hoc enim in Dominico homine impletur. *Et Pseudathanasius in Disputatione contra Arium Tom. II. p. 508. eadem pariter loquendi formula utitur. Unde videas non bene cessisse conatum iis qui opellam hujusmodi ex Athanasii* γνησίων *exsulare voluerunt, sane immerentem.*

Hic porro Athanasius syllogistico more procedit, ac Christi deitatem argumenta ex Scripturis mutuatus, propugnat. Arianorum, quos tamen nusquam memorat, argumenta eorumdem scripturarum testimoniis depellit. Nec unos Arianos; sed etiam alios quoslibet hæreticos, qui incarnationem Christi quavis ratione impeterent, iisdem telis, Scripturarum scilicet dictis, profligat. Atque ita clare & perspicue syllogismos effert, ut vel inde etiam detruncati operis dolor augeatur; nam maxima sui parte mutilum, ac casu nescio quo deperditum arbitror.

Ceterum nulla hic temporis nota comparet. Nihil quippe tangit Athanasius eorum, quæ temporum conditionem spectant. Quam tamen fortasse deprehendere licuisset, si opus integrum omnibusque suis numeris absolutum ad nos usque venisset. Solitum quippe Athanasio erat, præsertim sub initium librorum, & quæ causa suscepti operis esset, & qui sibi adversarii ad rem capessendam impulissent, nec obscure subindicare. At hic initium totum desideratur, & in decursu operis hiatus frequentes deprehendas.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

SERMO MAJOR DE FIDE.

I. (1) ILLUD enim, *erat*, refertur ad ejus deitatem; illud vero, *caro factum est*, ad cor-
Joan. 1. 14. pus. *Verbum caro factum est*, non in carnem resolutum, sed carnem gestans; quemadmodum si dixerit quispiam: Hic senex factus est, cum non talis antea esset genitus; vel, Miles factus est veteranus, cum non talis antea esset, qualis effectus
Apoc. 1. 9. est. Joannes ἐγενόμην inquit, hoc est, *factus sum*, sive, *fui in insula Patmo, in die Dominica*: non quod illic factus vel natus fuerit; sed dixit, *Factus sum in Patmo*, quasi dicas, accessi. Ita etiam Verbum ad carnem accessit, ut dictum est, *Ver-*
Psal. 30. 13. *bum caro factum est*. Audi dicentem, *Factus sum*
Psal. 87. 6. *tamquam vas perditum*; &, *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber*.

2. Quod fuit excitatum a mortuis, homo ne erat, an Deus? Rem explicat Petrus Apostolus, cui
Act. 13. 29. melius quam nobis id notum erat, aitque: *Deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento: Deus vero suscitavit eum a mortuis*. Corpus itaque Jesu mortuum de ligno depositum, in monumento collocatum, & a Joseph ab Arimathia unguentis conditum; idipsum a Verbo excitatum fuit, uti
Joan. 2. 19. dixerat: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Nam qui mortuos omnes vivificat, etiam hominem ex Maria natum Christum Jesum, quem assumserat, vivificavit. Si enim cum esset in cruce, quæ prius dissoluta erant sanctorum corpora suscitavit, multo magis suscitare potuit corpus quod gestavit, qui est semper vivens Deus verbum, ut di-
Hebr. 4. 12. cit Paulus: *Vivens enim Dei verbum, & efficax*.

3. Vita mori nequit, quinimmo mortuos vivificat. Est itaque fons vitæ, per suam ex Patre dei- A tatem: homo autem est qui mortuus est, itidemque qui a mortuis excitatus est, qui etiam postulat pro nobis, natus ex virgine Maria, quem deitas Verbi propter nos assumsit. Quod itaque scriptum
est, *In principio erat Verbum*, deitatem manifeste Joan. 1. 1.
declarat. Illud autem, *Verbum caro factum est*, Domini commonstrat humanitatem.

4. (2) Accidit ut Lazarus morbo adfectus moreretur: Homo autem Dominicus, non prævia ægritudine, nec invitus mortuus est; sed ex se ad mortis œconomiam accessit, confirmatus a Deo verbo,
in ipso habitante, qui dixit: *Nemo tollit animam* Joan. 10. 18.
B *meam a me. Ex meipso eam pono: Potestatem habeo ponendi ipsam, & rursum potestatem habeo accipiendi ipsam*. Deitas ergo Filii est, quæ ponit & accipit animam hominis quem gestavit. Plenum enim hominem suscepit, ut & plenum ipsum, & cum ipso mortuos vivificaret.

5. Cum ipse potens, omniumque opifex esset, in Virgine templum sibi, scilicet corpus, paravit, & proprium sibi facit quasi instrumentum, in ipso cognitus, in ipso habitans. Idcirco corpus quod
C mori possit adsumit sibi; ut idem corpus Dei Verbi particeps, ad mortem pro omnibus subeundam idoneum esset; ac propter Verbum inhabitans, incorruptum maneret.

6. Verbum quippe Dei, cum supra omnes sit, templum suum & corporeum instrumentum offerens in redemtionem pro omnibus, pro merito implevit debitum, quod in morte situm erat; &, utpote qui propter similitudinem omnibus inesset incorruptibilis Dei Filius omnes, ut consentaneum erat, in promissione resurrectionis induit immortalitate: & cor-

ru-

(1) Hic locus a Theodoreto adfertur in Dialogo primo τῷ ἀτρέπτῳ, & a nobis cusus est cum aliquot aliis ἀποσπασματίοις p. 572.

(2) Hunc item locum apud Theodoretum habes, & apud Gelasium de duab. naturis.

ruptio, quæ secundum homines mortem consequitur, nequaquam ultra locum habet, propter Verbum in ipsis habitans, quia unum cum eo corpus sunt. Ac perinde atque cum rex quidam magnus in aliquam amplam urbem intrat, & in una domorum ejus habitat; urbs sane hujusmodi magno adficitur honore, neque ulterius quis hostium furumve insultare ipsi aut eam destruere audet; imo vero regis in una domorum ejus habitantis gratia, cum nulla non sollicitudine, atque decore illa servatur; pari modo de Servatore nostro actum. Cum venisset enim in regionem nostram, & domicilium cepisset in corpore nostris simili, exinde (B) omnes contra hominem insidiæ sedatæ.

7. Neque enim circumclusus in corpore erat; neque etiam ita in corpore erat ut alicubi non esset; neque ita corpus movebat, ut alia ejus providentia privarentur. Sed, quod vix capi valeat, cum Verbum esset, a nullo continebatur, imo potius complectebatur omnia. Propter Verbi adventum in ipsum, non ultra corpus juxta propriam naturam corrumpebatur, sed propter inhabitans Dei verbum corruptione vacuum erat. Corpus siquidem juxta corporum naturam patiebatur: nihilominusque incorruptionis naturam per inhabitans (C) in ipso Verbum habuit.

8. Ipse Dei filius trium dierum spatio corpus, quod mortuum erat, effecit immortale & incorruptum; omnibusque liquidum fuit non infirmitate naturæ inhabitantis in ipso Verbi mortuum fuisse corpus, sed ut mors abrogaretur in ipso per virtutem Servatoris.

9. Quem oportebat fore corporis finem, cum in ipsum advenisset Verbum? Non mori nequibat; quia mortale erat, & pro omnibus offerendum in mortem, qua de causa Salvator ipsum pa- (D) raverat; manere mortuum non poterat, utpote templum vitæ; quamobrem ut mortale quidem obiit, at propter vitam in ipso sitam revixit.

10. Quid incredibile narramus, cum dicimus, Verbum in errantem atque lapsam naturam humanam insedisse, hominemque factum fuisse; ut tempestate jactatæ ipsi salutem conferret per administrationem & bonitatem suam? * * *

11. Ad animam quidem spectat, interiora corporis sui cogitatione contemplari; neque tamen operari in ea potest quæ extra corpus sunt, nec quæ procul corpore consistunt per præsentiam suam mo- (E) vere. Numquam igitur homo procul positus illa movet, aut transfert: neque enim domi sedens quispiam, & quæ in cælo sunt cogitans, aut solem movet, aut cælum circumvertit; sed illa commoveri, & condita fuisse videt; neque tamen ita ut eorum quidpiam efficere valeat. At non hujusmodi est Dei Verbum in homine; non enim corpore colligatum erat, imo potius ipsum occupabat cum imperio; ita ut una in corpore & in universis rebus esset; quin etiam extra res omnes, atque in solo Patre.

12. Animadverte, quæso, annon vel ignari adversum se risum moveant, qui apud Græcos sapien- (F) tes habentur; dum mundum ajunt corpus esse grande, atque vere dicunt dum isthæc effantur: ipsum enim ejusque partes singulas, quoniam in sensum cadunt, perspicimus. Si igitur in mundo ipso, qui corpus est, Verbum Dei exsistit, ac simul in res universas, & in singulas quoque pervadit; quid mirum aut quid absurdum si dicamus ipsum in hominem advenisse? Quod si, licet facta sit universa creatarum rerum natura, non absurdum est Verbum in ea esse, non absurdum pariter erit esse ipsum in homine. Non indecorum itaque est, in

(A) homine esse Verbum, atque omnia ab ipso & in ipso illuminari atque moveri.

13. Videns itaque Deus Verbum, omnium creator, Adamum a diabolo deceptum, transgressum opificis sui mandatum, atque in maledictionem, mortisque subjectionem delapsum; ex Virgine Maria, ab Adamo originem ducente, efformato sibi purissimo corpore, quod posset continere omnem plenitudinem divinitatis corporaliter, atque passiones, id est cruciatus humanos ferre; pro toto mundo ipsum sponte tradidit; ut diabolum, qui olim mortis imperium obtinebat, morte corporis (B) sui occideret. Sanguis autem non ex spiritu divinitatis Verbi manat; sed ex homine quem tulit.

14. Illud: *Ego sum vitis*, & *Pater meus major me est* (Joan. 15. 1. Joan. 14. 28.), item, *Creavit me* (Prov. 8. 22.), &, *Ego sum vermis & non homo* (Psal. 21. 7.); & quæcumque in Euangeliis & in Prophetis de se humilia & abjecta dixit, corpus quod propter nos tulit spectant. Neque patibile corpus, quod pro universi salute tulit, Patri adscribimus: omnia enim creata sunt a Patre per Filium. Filius porro solus a Patre genitus est: (C) quamobrem *primogenitus est omnis creaturæ* Deus (Coloss. 1. 15.) Verbum: immutabilis siquidem ex immutabili est. Igitur corpus quod pro nobis tulit, res est creata.

15. Adamum enim induens cum affectibus per omnia præter peccatum, scilicet eum qui vocatur Jesus, ut per ipsum perditam ovem Patri reduceret & offerret, *quasi ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se sine voce* (Esai. 53. 7.); de quo Paulus scribit: *Homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemtionem pro nobis* (1. Tim. 2. 5.). Et alio loco ait: *Per hominem mors, & per hominem vita. Nam si-* (1. Cor. 15. 22.) (D) *cut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*.

16. Per ipsum enim Verbum omnia facta & creata sunt, ipsum vero factum non est; sed hominem ipsum quem propter nos tulit, factum & creatum declarant Scripturæ. Ait quippe Dominus: *Omnis palmes in me manens fructum fert* (Joan. 15. 5.): & in homine quem tulit, quique ex genere Adami erat, omne quod ex genere Adami erat vivificavit.

17. Perpende, quæso, neminem hactenus novisse filium Dei sicuti est, donec sese ipse manifestum faceret nobis. Quem autem ipse tulit (E) pro nobis Filium hominis, novimus, de quo dixit Paulus: *Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit illum* (Hebr. 3. 2.). De quo & Stephanus ait: *Video Filium hominis stantem a dextris Dei* (Act. 7. 55.); non dixit, Verbum aut Sapientiam Patris se vidisse, sed Filium hominis, Dominicum corpus ex Maria natum.

18. Quod autem illud spectat, *Jesus autem proficiebat ætate, sapientia & gratia* (Luc. 2. 52.); id sane dicitur de homine qui in Salvatore esse intelligitur, qui modo infans fuit, modo profecit æ- (F) tate, & sapientia & gratia, incipiens quasi annorum triginta, ut ait Euangelista Lucas. Corpus vero, quod & profectum & ætatem admittit, est res creata & condita. Jesus autem Christus, qui in Salvatore intelligitur homo, ipse est qui profectum ætatis admittit, modo infans, modo vir; incipiens quasi ætatem triginta annorum, ut ait Lucas. Qui igitur ætatum successionem admittit homo Christus Jesus, qui fuit fidelis apostolus atque pontifex ei qui fecit illum, ipse est qui profectum admittit.

19. Stephanus ait: *Video filium hominis stan-* (Act. 7. 55.)

tem

tem a dextris virtutis Dei; non dixit Verbum aut Sapientiam Patris se vidisse; sed Filium hominis, Dominicum corpus ex Maria sumtum, Coloss. 3. 1. quem Filium hominis Paulus dicit sedere ad dexteram Dei. De quo corpore David Psal. 109. 2. prophetice ex persona Patris ait: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Quia prævidebat inimicos fore diabolum & adversarias potestates ipsius ministras, quæ infestæ erant Dominico homini; gnaræ se, necnon diabolum qui imperium mortis habet, per mortem ejus destructum iri. Qui enim deitatem Verbi minuunt, ac si Dominus per se non posset inimicos ulcisci, quia scilicet Pater Filio dixit: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; ii scilicet, imperiti homines, noverint, id in hominem secundum carnem acceptum, quadrare. In ipso quippe Davide de eodem Dominico ho- Psal. 88. 23. mine scriptum est: *Non proficiet inimicus in te*. Corpus itaque est, cui dicit: *Sede a dextris meis*, cujus inimicus fuit diabolus cum malis potestatibus, necnon Judæi & Græci.

20. Cum omnia in ipso creata fuisse dixisset beatus Paulus, ipsum solum ait ante omnia esse. Ab antiquis enim eruditus, quia legis peritus erat, utpote qui accurate Parabolas Salomonis legisset, atque duas de Domino loquendi species deprehendisset; aliam quidem de homine quem ex Maria assumturus erat; aliam de Verbo, quod ante omnia sæcula ab æterno ex Patre genitum fuerat; de Jesu quidem ex 2. Tim. 2. 8. Maria nato, Timotheo scribit: *Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum carnem*; de Verbo autem Deo qui semper cum Patre est, dixit: quod sit ante omnia. Convicti itaque omnium Sanctorum testimonio maneant qui dicunt, Dei Verbum initium operum creatum fuisse; atque a Davide audiant, non esse opus, sed ope- Psal. 101. 26. rum conditorem, ut habet ipse: *Opera manuum suarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem permanebis*.

Hebr. 13. 8. 21. *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula*: sic dicitur de homine qui in Salvatore esse intelligitur. Is ipse est, qui aliquando infans fuit, deinde profecit ætate & gratia, & post erat incipiens quasi annorum triginta, ut ait Lucas Euangelista. Quod autem & profectum & staturam sive ætatem admittit, corpus scilicet, illud est res creata atque facta. Sanctorum itaque testimonio convicti, qui ajunt, Verbum ex Patre natum esse rem conditam, aut finem faciant impias blasphemias proferendi, aut Christi hostes ab omnibus proclamentur. Ubi enim sese profligari sentiunt, confidenter refugi- Prov. 8. 22. unt ad eum qui in Proverbiis ait: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*. Verum labuntur: cum enim Salomon prophetico afflatu de illo verba faceret, qui ad totius mundi salutem & utilitatem ex Maria ortum sumere debebat, de Dominico scilicet homine, ex persona illius dixit: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*.

Act. 2. 36. 22. *Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum eum & Christum fecit Deus, hunc Jesum quem vos crucifixistis*. Ipsum itaque crucifixum digito monstrantes Apostoli, dixerunt Domini hominem: Hunc Jesum, Christ. & Dom. fecit Deus. Ipse scilicet, ut conspicuum, Dominici homo est, qui creatus est initium viarum, quæ ad beneficia mundo dispensanda præscriptæ sunt, qui princeps est omnium Sanctorum, qui viæ appellantur, Dominus Jesus Christus, qui factus & cruci affixus est. (1) De quo Hieremias dicit juxta Septuaginta interpretum editionem: *Dominus creavit me in plantationem salutem no-* Hier. 31. 22. *vam, in qua salute circumibunt homines*: secundum Aquilam vero hoc dictum ita exprimitur: *Creavit Dominus novum in fœmina*. Hanc dicit salutem novam, non antiquam, quæ nobis creata est, non ante nos. Quem vero novum creatum in fœmina vocat, intelligas hominem Jesum qui in Servatore est. Jesus quippe modo Salvator, modo salus explicatur; ex Salvatore salus, ut a lumine illuminatio: quem dicit esse Dominum Jesum, salutem nobis creatum, novum in fœmina, id est in Maria, imo potius ex Maria. Quem igitur Salomon ait principium viarum creatum esse, & quam Hieremias dicit salutem novam creatam, & novum in fœmina, quem pro nobis & propter nos Sapientia ædificavit sibi domum, Christum Jesum esse, Scripturarum testimonio comprobavimus: jam vero cetera subsequamur, quæ nonnulli aut ex ignorantia, aut ex præjudicata opinione, in errore perseverantes, neque docere recte neque doceri volunt.

23. Si omnes eloquia divina possent spirituali more intelligere, nequaquam cuperet ipsis spiritualem gratiam impertire; neque lacte ipsos potaret, si solidum omnes cibum percipere valerent. Sed eos qui in cognitionis divinæ verbo quasi infantes sunt, veluti infantes lacte alendos, primæ institutionis rudimentis imbui procurat; utpote qui nondum possint Angelorum pane nutriri, scilicet Deo Verbo, qui in corpore humano absconditus latet.

24. Par est itaque nos, ut peritos dispensatores mysteriorum divinorum, sermonem pro cujusque captu & facultate impertire. Nam utres veteres rumpuntur, cum continere non valent novum veræ vitis vinum, id est, verbum Domini nostri Jesu Christi. Cum igitur quidam, imo vero multi, qui nondum discipulis connumerari possunt, ex quadam temeritate ac petulantia, ad docendum accesserint, *nescientes neque quæ dicunt, neque de quibus affir-* 1. Tim. 1. 7. *mant*, cæcutientes animi oculis, nec mente præditi Dei contemplationi dedita, veluti Jacob, neque mundo corde ad Deum videndum; ii cum humilia opera, vocesque inopiam testificantes, de Salvatoris homine, quem pro nobis tulit, scriptas, Verbi deitati tribuunt, & sic in errorem labuntur, atque una imperitos & infirmos in errorem pertrahunt; nobis utique necessitatem adferunt, ut Judas scribit, per hanc episto- Judæ 3. lam expromere, quæ dicta Verbi deitati competant, quæ vice versa homini propter nos assumto. Quemadmodum enim in una eademque crumena, aurea numismata cum argenteis pariter servantur, & utraque unius Regis imaginem & inscriptionem nominis ejus habent; sed tamen nummularius, penes quem isthæc sunt, probe novit, quam præstet & quam pretio dispar sit aurum argento: pari modo in una eademque Scriptura & de divinitate Filii, & de corpore quod propter nos ex Maria assumsit, scriptum est; at eorum singula cognoscemus ut sagaces discipuli unius veri magistri. Quot igitur humiles voces & similia opera sunt, tot cogites scripta esse de corpore Jesu: quot gloriosa & sublimia,

(1) Vide in Expositione Fidei Tom. 1. operum Athanasii. pag. 38.

ad Verbi deitatem referas. Cum post jejunium
fame premitur, id corporis infirmitas est; cum
autem ex quinque panibus quinque millia, ex-
ceptis parvulis & mulieribus, alit, & duodecim
cophini fragmentorum supersunt, deitatis Verbi
Marc. 4. 18. & 19. est opus. Quando ad pulvinar in navicula dor-
mit, id requies est corporea; cum supra maris
undas ambulans fluctibus comminatur & ventis,
Mat. 4. 34. *Tace, obmutesce*, subito audit vectores in navicu-
la cum juramento adfirmantes, *Vere filius Dei
es*. Quando ad Lazari sepulcrum stans lacry-
Mat. 26. 38. matur, & cum vicinus cruciatibus ait, *Tristis
est anima mea usque ad mortem*, & horrore tenetur,
B ac Spiritus quidem deitatis promptus est; de to-
ta œconomia hæc profert: carnem quoque infir-
mam dicit; corporis infirmitas est tristem esse
atque horrore corripi. Cum jubentis more di-
Joan. 11. 43. cit: *Lazare veni foras*, & statim quatriduanus
mortuus revivifcit, qui jam solutus erat, quod
Joan. 4. 6. ab initio mundi nusquam factum est, illud est
deitatis signum. Cum ab itinere ad fontem se-
det; corporis est satiscere; cum autem dicit:
Mat. 11. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,
& ego quiescere faciam vos*; deitatis est opus,
C tam a morbis & fatigationibus corporeis, quam
ab animæ periculis liberare. Cum ab Joanne ba-
1. Pet. 2. 22. ptizatur *qui peccatum non fecit, neque inventus
est dolus in ore ejus*, corporis est propitiatio pro nobis;
Mat. 28. 19. cum autem jubet Apostolos baptizare omnes gentes,
in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti; id divi-
Mat. 17. 6. næ ejus potestasti convenit. Cum genua flectit &
ceu homo precatur; corporis confessio est pro nobis;
cum autem illius in monte transfigurati gloriam non
ferentes Petrus & Jacobus & Joannes, vultus atque ge-
nua ad terrā inclinant ad gloriam deitatis; Verbi virtus
Mat. 10. 28. est. Cum Apostolos confirmat his verbis, *Nolite timere
D ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt oc-
cidere*; hæc est deitatis latens atque valida adhortatio:
cum mortem deprecatur, corporis formido est. Prius
enim quam Adam transgrederetur, neque tristitia, ne-
que formido, non lassitudo, non fames, non mors erat.
Joan. 14. 6. 25. *Ego sum*, inquit, eorum qui salutem con-
sequuntur *via*, & mortuorum *vita*, & eorum
Esai. 49. 9. qui mendacium aversantur *veritas*. Dicens *iis
Joan. 8. 12. qui sunt in tenebris, Revelamini. Ego sum lux
mundi*. Quandoquidem enim Adamum cum adfecti-
bus induit, præter peccatum, videlicet eum qui voca-
E batur Jesus; per ipsum ovem perditam Patri obtulit,
Esai. 53. 7. *tamquam ovis ad occisionem ductus, aut quasi agnus co-
1. Tim. 2. 5. ram tondente se sine voce*. De quo Paulus scribit: *Homo
Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemtionem pro
nobis & pro peccatis nostris*: & alibi ait Aposto-
1. Cor. 15. 22. lus: *Per hominem mors, & per hominem vita*.
Nam sicut in Adam omnes morimur, ita & in
Christo omnes vivificabimur. Et rursum alio in
Ibid. 47. loco scribit: *Primus homo de terra terrenus, se-
cundus homo de cælo*. Per primum itaque Ada-
mum, primum hominem in mundo efformatum
significat; per secundum autem Adamum, homi-
F nem qui in Servatore est, qui vocatur filius ho-
minis, ovis, vitis, panis, arbor, granum fru-
menti, & his similia. Vocatur quoque Adam,
etiamsi secundus multum differat a primo. Nam
ille quidem ex terra factus, hic vero cum Ver-
bum Patris esset, caro factus est. Neque tamen
quia carnem ferebat, ideo Verbi naturam ami-
sit: quemadmodum neque aurum, proprium amit-
tit decorem, quod in deformi claudatur marsupio.
26. Cum autem doctor noster, alio loco dicat,
Hebr. 3. 2. *Considerate apostolum & pontificem confessionis no-*
A *stræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit illum*; cave
putes rem factam esse Deum Verbum, qui ab
initio apud Patrem est. Non enim ait ut deitas
invisibilis consideretur, sed Dominicus homo,
quem ait Paulus mediatorem esse Dei & homi-
num, *hominem Christum Jesum, qui dedit semeti-* 1. Tim. 2. 5.
psum redemtionem pro nobis. Quem dixit ut consi-
deremus, Jesum scilicet, *qui fidelis est ei qui fecit* Hebr. 3. 2.
ipsum: quemadmodum ait Dominus, *Considerate* Luc. 12. 24.
corvos quia non seminat, &c. Et rursum: *Conside-* Ibid. 27.
rate lilia agri quomodo crescunt. Quæ apparent i-
gitur, ait consideranda esse, non autem Angelos
B aliasque creatas res quæ sub adspectum non ca-
dunt. Quamvis enim dixerit Habacum Propheta,
Consideravi opera tua, & expavi: at ille se opera Habac. 3. 2.
considerasse ait, non operum conditorem. Ac si-
militer Apostolus quod sub adspectum cadit Do-
mini corpus consideratum oportere ait, non au-
tem invisibilem Verbi deitatem: *Deum* enim *ne-* 1. Joan. 4. 12.
mo vidit umquam, neque videre potest. Siquidem
Deus Verbum erat & est, ut theologus ait Joan-
nes. Quem itaque ad considerandum inducimur
hominem Christum Jesum, qui dedit semetipsum
redemtionem pro nobis, quem ait apostolum &
C pontificem fidelemque esse; eum inquam, quatenus
res creata est, considerare jubet. Omnia itaque
creata sunt; sed Dei Verbm non est creatum, utpote
Dei Filius, sed genitum secundum naturam: u-
niversa enim per Verbum Pater creavit, quemad-
modum Paulus ait: *In quo omnia creata sunt*: & Col. 1. 16.
ut Joannes dicit, *Omnia per ipsum facta sunt,* Joan. 1. 3.
& sine ipso factum est nihil. Ipsum autem Ver-
bum neutiquam creat Deus, sed gignit; per ip-
sum namque Verbum facta omnia creataque sunt;
neque tamen ipsum factum est. Sed in supra no-
D tatis sententiis hominem quem pro nobis gesta-
vit, factum scilicet atque creatum intelligunt
significantque Scripturæ.
27. Ait quippe Dominus, *Omnis palmes in me* Joan. 15. 5.
manens fert fructum: & in homine quem gestavit
ex terrigena Adamo, vivificabit ipsum Adami ge-
nus, *mortificatus carne, vivificatus Spiritu*, ut scri- 1. Pet. 3. 18.
bit Petrus; quia scilicet tunc ipsum carne pro no-
bis, neque tamen immortali ac vivifica deitate,
occisum significat. Ait quippe Dominus: *Ego sum* Joan. 14. 6.
vita. Vita certe non moritur; imo vero mortuos
suscitat. Sicut enim lumen in loco tenebroso non
E læditur; sic neque vita quidpiam pati valet cum
mortalem visitat naturam: immutabilis quippe &
invariabilis est Verbi divinitas.
28. *Quis novit*, inquit, *sensum Domini? aut* Esai. 40. 13.
quis consiliarius ejus fuit, qui instruat eum? Solus
Filius consiliarius est Patris, cujus mentem novit,
qui ait: *Nemo novit Patrem, nisi Filius; & Fi-* Luc. 10. 22.
lium nemo novit nisi Pater, & cui Filius revelaverit.
Ait itaque Joannes de Domino: *Cum apparuerit,* 1. Joan. 3. 2.
similes ei erimus & videbimus eum sicuti est. (1) Ani-
madverte neminem hactenus vidisse filium Dei, si-
cuti est, donec se ipse nobis manifestaret: homi-
F nem vero, quem propter nos gestavit, vidimus.
De quo ait Paulus: *Considerate apostolum & pon-* Hebr. 3. 2.
*tificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui
fecit ipsum*. De quo Stephanus quoque ait: *Video* Act. 7. 55.
Filium hominis stantem a dextris virtutis Dei.
Non dixit Verbum aut Sapientiam Patris se vi-
disse, sed Filium hominis, Dominicum ex Maria
corpus, de quo Paulus ait: *qui sedet a dextris* Heb. 10. 12.
Dei. De quo corpore loquitur prophetice David
ex persona Patris: *Sede a dextris meis, donec ponam* Psal. 109. 1.
inimicos tuos scabellum pedum tuorum; videlicet
quos

(1) Hæc ipsis verbis leguntur supra num. 17.

quos præscivit fore inimicos, diabolum & adversarias illi administras potestates; quæ Dominico homini infestæ erant, quia non nesciebant abrogari se per mortem ipsius, necnon eum qui imperium mortis habebat diabolum, atque Judæos ejus inimicos, in quibus impletur quod scriptum est: Joan. 15.25. *Quia odio habuerunt me gratis*. Nam cum ab eo præcepta edocerentur sibi perutilia, flagris ipsum Joan. 8. 48. cædere & cruci adfigere ausi sunt, Samaritanum, dæmonium habentem, hominemque peccatorem dictitantes, quamvis ab eo peccatum condemna- Joan. 19.37. tum fuisset. De quo scriptum est: *Videbunt in quem transfixerunt*. Sed quando ipsum in judicii die videbunt judicantem vivos & mortuos, uti Joan. 5. 27. Joannes de Filio ait: *Quemadmodum dedit illi judicium facere, quia filius hominis est*; pœnitentia moti, tribus adversus tribum ita loquentur: Hic est quem habuimus aliquando in derisionem, dicentes ipsi: Alios salvos fecisti, teipsum non potes salvum facere. Domini itaque corpus respicit Psal. 109.1. quod scriptum est a Davide: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Nam ante prophetiam hanc Davidis, in sinu Patris Verbum erat, neque habuit inimicos in cælo. Nemo enim ante conditum mundum cum Patre erat, nisi Filius & Spiritus sanctus. Pater enim per Filium fecit infinita sæcula, principatus, potestates, omniaque opificia. Qui ergo commune nihil cum aliquo habet, non fundum, non pecuniam, sed omnium est Dominus, videlicet Deus Verbum cui nemo resistere valet, quonam pacto inimicos habuerit? Nam qui deitatem Verbi minuunt, quasi scilicet non possit Dominus per seipsum inimicos ulcisci, æsti- Psal. 109. 1. mant dixisse Filio Patrem: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Illud vero vel nunc tandem noverint homines imperiti scriptum fuisse de Servatore, quatenus spectatur ut homo. In ipso enim Davide Psal. 88. 23. scriptum est de Dominico homine: *Inimicus nihil proficiet in te*: Psal. 90.10. ac rursum, *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*.

Psal. 102. 19. 29. *Dominus*, inquit, *in cælo paravit thronum suum*. Aliud est, *Cælum mihi* Act. 7. 49. *thronus*; & aliud est parari thronum in cælo ceu in aliquo loco. Multis in præsenti opus est verbis ad eorum enarrationem. Memorati vero throni denotant omnium creatarum rerum obse- Psal. 109. 1. quentiam. Hæc autem præmisimus in illud, *Sede a dextris meis*, quod scilicet de Dominico Hier. 23.24. corpore dictum sit. Si namque, *Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus*, ut ait Hieremias: omniaque Deus continet, & a nullo continetur; quo in throno sedebit? Corpus igitur est cui dicit, *Sede a dextris meis*, cujus etiam inimicus fuit diabolus cum malignis potestatibus, nec non Judæi & Græci, qui Christi prædicationibus obstitere; perque ipsum corpus pontifex & apostolus effectus & vocatus est, per mysterium quod de- Mat. 26.26. dit nobis dicens: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*, & sanguis novi Testamenti, non veteris, quod pro vobis effundetur. Divinitas autem neque corpus neque sanguinem habet, sed is, quem ex Maria tulit homo, horumce causa fuit: Act 2. 22. de quo dixerunt Apostoli: *Jesum ex Nazaret, virum approbatum a Deo in vobis*. Nazaret urbem terrenam dicit, neque cælestem illam. Virumque vocant ipsum, non Deum apud Judæos scilicet aliosque, qui perinde atque illi ab illo ad usque præsens tempus secundum carnem sentiunt. Apostoli vero, ipseque Dominus de seipso

A humano more respondit his verbis: *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis?* Joan. 8. Non ait, quæritis me interficere qui Deus sum. Deus quippe cum impatibilis & immortalis sit, mortem quidem abrogat, mortuos autem vivificat: ait quippe, *Ego sum* Joan. 14. 6. *vita*. Philippum vero, ad credendum promtum, cum reliquis Apostolis, aliisque qui pari modo possent spiritualiter capere, docuit his verbis: *Qui vidit me, vidit & Patrem*. Joan. 14. 9. *Ego & Pater* Joan. 10. 30. *unum sumus*, &, *Ego in Patre & Pater in me*. Joan. 14. 11.

30. Habes itaque ex ipsa sacrarum Scriptura- B rum demonstratione, hominem Servatoris esse, quem ut rem creatam considerare docemur; sed non invisibilem Verbi divinitatem, quæ in paterno sinu abscondita est, quamque nemo hactenus vidit. Id vero Paulus præstantius quam nos noverat, qui ait: *Circumfulsit me lux copiosa*, Act. 22. 6. *& decidi in terram: & audivi vocem dicentem mihi; Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulos calcitrare. Et ego respondi: Quis es Domine? Et dixit Dominus mihi, Ego sum Jesus, quem tu persequeris*. Fatetur autem se a gloria & claritate lucis Domini excæcatum, & C post triduum ex revelatione & jussu ipsius visum recepisse. Quod si Paulus, vas electionis, excæcatus est, quod gloriæ Domini conspectum ferre non valuerit; qui nos ipse edocere possit quo pacto consideremus & perspiciamus ipsius Verbi deitatem? Sed quæ sæpe dixi, & nunc repetam: Jesum Servatoris hominem, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, nobis esse considerandum dixit.

31. *Imitatores mei estote*, inquit, *sicut & ego Christi*: Philip. 3. 17. de homine scilicet loquitur, qui positus est in fundamentum. Divinitatis enim Verbi neque Paulus, ne- D que quispiam alius potest imitator esse: nec nisi in *passionibus* & in mansuetudine Christum possumus imitari: de quibus Petrus ait, nos sequuturos vestigia 1. Pet. 2. 21. ejus: quemadmodum & Paulus ait, adimplere se quæ Coloss. 1. 24. desunt tribulationibus Christi in carne sua. Sine controversia igitur est, eum qui ante sæcula fundatus est, in secreto paternæ mentis per præscientiam fuisse, Dominicum scilicet hominem, quem futurum erat ut Pater ex Maria produceret. De Dominico autem corpore palam est prophetico afflatu Judæ dictum fuisse: *Ex te exiet mihi dux: & principatus e-* Mich. 5. 2. *jus a principio a diebus sæculi*. Siquidem in con- E summatione sæculorum ex tribu Juda Deus Verbum assumsit hominem.

32. *Cum*, inquit, *subjecta fuerint illi omnia, ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit* 1. Cor. 15. 28. *sibi omnia*. Quæramus itaque quis ille est qui non subjicitur Deo, nisi prius omnia subjecta sint illi. Quid enim habuit non sibi subjectum is, qui ante œconomiam suscepti pro nobis hominis, Patris Verbum erat? omnia quippe opificia opifici subjiciuntur. Assumto autem homini non omnia etiam ad hoc usque tempus subjecta sunt; ait enim Paulus: F *Necdum videmus omnia subjecta ei*. Hebr. 2. 8. Judæis quippe scandalum est, gentibus autem stultitia, nobis vero qui in ipsum credimus, *Christus est* 1. Cor. 1. 24. *Dei virtus & Dei sapientia*. Cum itaque omnis creatura in nubibus occurrerit Filio, & ipsi subjecta fuerit; tunc & ipse Filius Patri subjicietur, factus pro omni creatura fidelis apostolus & pontifex, ut sit Deus omnia in omnibus; id est, Pater & Filius & Spiritus sanctus, una dominatio, divinitas & regnum. Quod si quis dixerit: Non Jesum subjectum esse dixit Apostolus, sed Verbum; audiat is,

Je-

Jesum Filium Dei vocari & esse propter Verbum in eo absconditum : quemadmodum Lucas [Luc. 3. 23.], qui genealogiam scripsit, ait : *Erat autem Jesus incipiens quasi annorum triginta, filius, ut putabatur, Joseph*. Atque decursis omnibus qui in genealogia locum habent usque ad Adam [Ibid. 38.], dixit : *qui fuit Adam, qui fuit Dei* ; ut declararet & corpus quod ex Adamo gestavit, & deitatem quam ex Patre habet.

33. Est autem una ex omnibus rebus quas in Filio Pater efficit & ostendit, quod ipse cognoscat diem & horam judicii, ipsique omne judicium tradidit [Joan. 5. 23.] ; *ut quemadmodum honorant Patrem, ita & Filium honorent*. Quod si judicium omne ipsi tradidit, ut illud exerceret ; liquidum sane est cognitionem quoque ejus, quandonam scilicet & quo pacto futurum sit, ipsi traditam fuisse. Qui igitur non novit diem judicii, Jesus est ex Maria genitus, nam qui ex corde Patris est Deus Verbum, ignorat nihil, qui omnia novit antequam fiant.

34. [Joan. 14. 28.] Si itaque Jesus ait : *Pater meus major me est*, & tamen dicit se æqualem Deo esse ; ediscamus quæ causa sit, quod Patrem & majorem & æqualem sibi dicat. Major est Filio, propter corpus patibile quod Filius gestavit ; æqualis vero, quia Pater totus totum perfectum ab æterno genuit Filium.

35. Quemadmodum & Esdras prophetico spiritu dicit ex persona Zorobabelis, idque de Filio Dei [3. Esd. 4. 41.] : *Vivit veritas, & vincit, & roboratur, manetque in sæcula sæculorum* ; intelligendo scilicet corpus, quod gestaturus erat pro nobis, morti tradendum ; sed non veritatem in ipso latentem, id est Verbum Patris. Una quidem cum Jesu mortuo descendit veritas in cor terræ ; ut eos qui mendacio decepti ac circumventi fuerant, ipse, veritas cum esset, liberaret : perinde ac si Rex quispiam carcerem adeat visitatum eos, qui in vinculis sunt ; ingressus quippe nihil læditur, sed eos juvat qui sub custodia sunt ; ita Deus Verbum, nihil læsus a corpore mortali quod pro nobis gestavit, ipsis, qui in carcere inferni degebant, in spiritu divinitatis auxilium tulit.

36. Jacob cum benedicit Judæ, ex quo futurum erat ut Dominus humanum corpus assumeret, ait [Gen. 49. 11.] : *Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ amictum suum*. Quod tam historice sumtum neutiquam fecit : neque enim in vino lavit stolam suam. Quid vero, postquam dixit loturum in vino stolam suam, adjicit, *Et in sanguine uvæ?* Num aliud est vinum, aliud sanguis uvæ ? id melius novit Esaias quam nos, qui ait [Esai. 63. 2.] : *Vestimentum ejus quasi calcatum in torculari. Plenus conculcata*. Vestimentum itaque est quod in vino & in sanguine uvæ lavandum prænuntiat. Tunica vero est ipse artifex : nam præter rationem & ordinem esset indumentum in vino abluere, quod ne stultorum quidem aliquem fecisse proditum est. Sed quia Spiritu sancto afflante prænoscebat, fore ut Filius Dei corpus gestaret pro nobis, sumtum ex Judaico populo, qui vocatur vitis & vinea ; ideo dixit : *Ex surculo adscendisti, fili mi Juda* [Gen. 49. 9.]. Atque illud, abluere in sanguine stolam, corporis indumentum declarat : quo corpore & sanguine, lotis hominum peccatis, omnes homines suo corpore induit.

37. Inde igitur pudore adficiantur qui Filium a Patre dividunt, sicut vineam a vinitore, certiores facti ex sacris Scripturis, parabolam illam corpus Domini spectare, non deitatem. Cum perficeret enim sacrum mysterium, benedicens dixit : *Bibite ex hoc omnes : Hic est sanguis meus novi Testamenti, qui pro vobis effunditur* [Mat. 26. 25.]. Etsi non Domini sanguis vinum sit, sed vineæ. Quamobrem dixit Dominus de proprio corpore : *Ego sum vitis* [Joan. 14.]. Sanguis autem non ex spiritu divinitatis Verbi emanat, sed ex homine quem gestavit.

38. Ait Deus per prophetam Ezechielem [Ezech. 34. 2.] : *O pastores, pastores ! An pastores seipsos pascunt & non oves ? Vos autem quod erraverat non reduxistis, quod perierat non quæsiistis, quod infirmum erat non consolidastis, quod claudum erat non colligastis ; imo quod robustum erat labore oppressistis. Propterea excitabo mihi pastorem fidelem servum meum David : & erit pastor & dux in sæculum*. Cum autem Ezechiel hæc prophetabat in Babylone, jam pridem a quatuordecim generationibus David obierat. Dominicum vero hominem prædixit ex semine David excitandum, de quo Paulus Timotheo scribit [2. Tim. 2. 8.] : *Memor esto Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum carnem*.

39. Cum ii qui carnalia sapiunt edoceri nolint a viris spiritualibus, qui notitiam Scripturarum plene & perfecte assequuti sunt ; imo vero cum simpliciores ac rudes homines docere videantur, eos in foveam pertrahunt : atque ita impletur quod scriptum est, *Si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadent* [Mat. 15. 14.], hoc est, in infernum. Si historico modo res accipiatur, non potest sane cæcus cæcum ducere : sed intelligitur de eo qui cæcutit circa divinorum notitiam mysteriorum. Tales quippe homines singulis earum rerum imperitis sic loquuntur : Annon ipse dixit per Salomonem [Prov. 8. 22.] : *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua* ; ac per se suoque ore dicit Filius [Joan. 14. 28.] : *Pater qui misit me major me est* : & rursum ait [Joan. 12. 49.], *A meipso non loquor, Pater mihi præcepit quid loqui & dicere debeam* : Et illud [Joan. 6. 38.], *Non veni ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me Patris?* Aliam ergo voluntatem habet Pater, aliam Filius, ut ipsi quidem sentiunt. At si divisam habent voluntatem, quare ait [Genes. 1. 26.], *Faciamus hominem* & reliqua ; neque discernunt quæ dicta competant deitati ; & vicissim quæ homini quem gestavit.

Fragmentum ex Bibliotheca Coisliniana, pag. 112.

Beati Athanasii, ex sermone de Fide.

SYNAXES vero celebrare statutum est a sanctis Apostolis. Feria quarta & prosabbato jejunandum usque ad horam nonam, quandoquidem illucescente feria quarta captus est Dominus, & prosabbato crucifixus est. Tradiderunt Apostoli his diebus jejunandum esse, ita ut impleatur dictum illud : *Cum ablatus fuerit ab eis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus* ; non ut gratiam feramus ei qui pro nobis passus est ; (jejunium nobis præceptum fuit) sed ut confiteamur in salutem nobis fuisse Domini passionem, quam pro nobis suscepit, & ut pro peccatis nostris jejunia nostra accepta & benedicta a Deo sint. Ac per totum quidem annum jejunium servatur in ipsa san-

sancta & Catholica Ecclesia, videlicet feria quarta & prosabbato usque ad horam nonam, excepta sola Pentecoste tota quæ quinquaginta constat diebus, quibus neque genu flexiones fiunt, neque jejunium præcipitur; ac pro synaxibus quæ hora nona in feriis quartis & in prosabbato fiebant, matutinæ synaxes quasi in Dominica celebrantur. Insuperque in illis quinquaginta diebus Pentecostes, de quibus supra, neque jejunia servantur, neque genu flexiones. Et post constitutionem sanctæ Quadragesimæ rursum dicit: sex ante Pascha diebus siccis alimentis vescuntur omnes populi, nimirum pane, aqua & sale ad vesperam utentes. Imo quidam ferventiores, biduo, triduo & quatriduo jejunant; imo quidam tota hebdomade usque ad gallicinium Dominicæ illucescentis, sex diebus in vigiliis perseverant.

MONITUM.

IN DUO FRAGMENTA HISTORICA.

HÆC duo fragmenta historica ex Codice quodam clarissimi & amicissimi viri Baluzii XIV. sæculi mutuati sumus. Primum de Paulo Samosateno; qui teste Athanasio (de Synod. p. 606.) dicebat: Si Christus non ex homine Deus factus est, ergo * non Consubstantialis est Patri, ac necesse est tres esse substantias: *Quod sophisma ut caverent Patres Antiocheni, vocem ὁμοούσιον repudiarunt: neque, ut ait hic Athanasius, ad perfectam τοῦ ὁμοουσίου interpretationem attigerunt: non quo inscitiæ aut temeritatis Antiochenos Patres accuset: eosdem quippe pro virili in epistola de Synodis defendit; sed ut palam faciat Antiochenos Patres vocem ὁμοούσιον, non quod ad totam quam præfert sententiam, sed quatenus a Paulo pravum in usum detorquebatur, condemnasse. Hæc porro habentur in libro de Synodis p. 606. exceptis iis quæ de Zenobia feruntur, quorum gratia fragmentum hoc edere visum fuit: nam ex alio excerptum opere autumo; solet enim Athanasius variis in operibus, paucis additis, eadem repetere.*

* Particula non ibid. pag. 606. excidit, quam restitutam velim.

Secundum fragmentum, ex quodam Athanasii opere excerptum, ut in eodem Codice fertur, historiam præfert sceleris Stephani Antiocheni, qui immissa Onagri cujusdam ope muliercula, calumniam conflare studuit in Euphratam & Vincentium Episcopos, Constantis Augusti legatos. Quæ res ab Athanasio p. 281. & a Theodoreto l. 2. c. 9. enarratur. Apud Nicephorum autem lib. 9. cap. 23. ita similis huic narratio fertur, ut non ab re suspicari liceat, inde exsumtum fuisse locum. At cum Athanasii opera bene multa interierint, & Baluzianus codex Athanasii nomen præferat; nihil vetat Nicephorum quæ ibidem enarrantur ex Athanasii scriptis mutuatum esse.

Ex Codice doctissimi viri Baluzii Bombycino XIII. aut XIV. sæculi.

Magni Athanasii.

QUIA enim Paulus Samosatenus sentiebat Filium non esse ante Mariam, sed ab ea initium existendi accepisse; ideo Episcopi, qui tunc magno numero convenerant, ipsum damnarunt ac deposuerunt, hæreticumque declaravere. Cum autem de Filii divinitate simplicius agerent, non pervenerunt ad perfectam *Homoousii* sive *Consubstantialis* interpretationem; sed de voce *Homoousii*, uti primo in mentem venit, verba fecerunt. Paulus autem Zenobiæ Judææ patrocinio tegebatur: sed nihil ipsi profuit ejus patrocinium. Tota namque Præsulum cura in id incumbebat, ut Samosateni commenta dissiparent, demonstrarentque Filium ante omnia esse, neque ex hominibus factum esse Deum: sed ipsum, Deus cum esset, induisse formam servi, & Verbum factum esse carnem, ut ait Joannes. Atque ita contra blasphema Pauli dicta actum est.

Ex eodem Codice.

Magni Athanasii.

HIs literis munitus Athanasius, in Orientem commigravit, & Antiochiam Syriæ urbem petiit, ubi tum versabatur Constantius. Istius porro Ecclesiæ eo tempore sacras habenas moderabatur Leontius. Postquam enim Eustathius solum vertere compulsus est, uti narratur superius; prior thronum adiit Euphronius, quem (1) Placitus excepit, atque hunc Stephanus. Qui periniquo modo conspirationem fecit, usus opera cujusdam familiaris & domestici sui, hominis moribus inhumani, & animo crudelissimi, cui nomen Onager: atque in legatos Roma, Athanasii causa, missos a Constante, qui pari ac Constantius labore doloreque functus est, conjurationem fecit: iis nomen Euphratas & Vincentius Episcopi in ditione Constantis, qui sententiam tulerat de Athanasio ut per iniquum judicium Episcopali sede pulso. Ipse quippe Stephanus veritati infensus, quotquot hærebant rectis fidei dogmatibus, nullis non calamitatibus affixit & circumvenit. Domosque invadens, plagis & contumeliis oneratos per forum agebat: nec viros modo, sed etiam matronas pudore & vitæ probitate exornatas. At vel unum contra legatos facinus est ad hominis declarandam indolem satis. Cum timeret enim ne Ecclesias obtineret Athanasius, cujus causa maxime facta legatio fuerat, memorati Onagri ministerio puellam ex lupanari corruptam mercede, in Episcoporum domum submittit: insidiis quoque procul, vafro improboque modo, collocatis, ut confertim sese dato signo immitterent in sanctorum hominum domicilium. Eorum autem alter, ubi sensit impudicæ mulieris strepitum, quem ingressa fecerat; dæmonem ratus esse, psalmum demisse canebat. Cumque fabula quo auctore & quo pacto edita fuisset, magistratus judicio deprehensum esset, ut nefandi sceleris auctor Stephanus abdicatus; Leontius vero ad regendam Antiochenam Ecclesiam adlectus est. Quem Athanasius, utpote doctrina atque sententia corruptum, aversabatur: atque cum Eustathii sequacibus, qui conventus in privatorum domibus agebant, communicabat.

(1) Hic etiam Flacillus & Placillus dicitur.

In eodem Baluziano codice hoc segmentum habetur Athanasii Hagioritæ, ut vocat, scilicet in sacro monte Atho degentis, nostroque multum ætate inferioris. Præit fragmento hæc nota, ἐν ἔτει ςυξθ. id est, anno mundi ex Græcorum sententia 6469. id est, Christi 961. quo exaratus videtur codex unde Baluzianus exscriptus est.

Sancti Athanasii Hagioritæ.

HÆc plerumque sibi mutuo hærent, atque aliud ex alio commonstratur. Etenim gratia, vitæ instituti prænuntia est; vitæ institutum gratiæ munerum parens: gratiæ munera vitæ instituti fructus: ex his porro deinceps miracula sequuntur.

M O N I T U M.

GRæca tibi damus, erudite lector, epistolæ Athanasii ad Monachos, cujus vetustissimam Latinam interpretationem, in Commeliniana editione primo cusam, & a Parisiensibus prætermissam, dedimus p. 771. præmisso monito, quod si lubeat consulas velim. Prodeunt autem isthæc partim ex codicibus Laurentianis partim ex Regio 2423. X. sæculi, optimæ notæ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

A T H A N A S I I

Monasticam vitam agentibus, & in fide Dei roboratis, dilectis ac desideratissimis fratribus in Domino, salutem.

GRATIAS quidem Domino ago, qui dedit vobis fidem in ipsum, ut cum sanctis vos quoque vitam possideatis æternam. Quia vero quidam sunt, qui cum Ario sentiunt, & Monasteria circumcursant, nulla alia de causa, nisi ut quasi vos adeuntes, & a nobis revertentes, simpliciores seducant. Quidam vero se cum Ario quidem minime sentire profitentur; sed tamen cum Arianis conveniunt, atque una eodem in loco precantur; hortantibus sincerissimis fratribus, necessario vobis scribendum duxi; ut piam fidem, quam Dei gratia in vobis operatur, sincere & sine dolo servantes, ne fratribus offensionis ansam præbeatis. (1) Nam cum quipiam in Christo fideles vos videant cum iis convenire ac communicare; rati esse rem licitam & indifferentem, in impietatis cœnum de- B labentur. Ne quid igitur tale contingat, id vobis in proposito sit, dilecti, ut eos qui palam impie sentiunt aversemini; eos autem qui se cum Ario non sentire putant, sed cum impiis tamen communicant caveatis: nam quorum sententiam aversamur, eorum maxime communionem fugere consentaneum est. (2) Quod si quis dum rectam se fidem profiteri simulat, cum illis tamen communicare videtur, hunc hortamini ut a tali consuetudine abstineat: ac si quidem polliceatur, hunc fratris loco habeatis; sin proterve insistat, hujus- C modi hominem repudiate. Si ita quippe vos geratis, sinceram fidem servabitis; atque re perspecta, illi hinc utilitatem percipient, metuentes ne quasi impii & ejusdem atque Ariani sententiæ reputentur.

(1) Hæc habentur in Regio codice 2423. X. sæculi.
(2) Isthæc multo prolixiora sunt in veteri interpretatione Latina, edita tomo primo operum Athanasii p. 373.

M O N I T U M
IN SERMONES SIVE COMMENTARIOS
I N M A T T H Æ U M.

AN Athanasius sermones sive commentarios in Matthæum dederit, necne, ex conjecturis solum pendens rata, olim ambigere fas erat; siquidem catenæ in Euangelium Matthæi, Athanasii nonnulla circumferentes, notato solum Athanasii nomine, nec commentaria, nec sermones homiliasve memorabant. Et quia locorum hujusmodi, quædam erant ex operibus jam cusis excerpta, hinc mihi suboluit cetera, quæ in editis non exstabant, ex amissis sancti Doctoris operibus deprompta fuisse. Jam vero omnis suspicandi vel ambigendi causa levatur: in codicibus enim cum Italicis tum Gallicis, in quos sub hæc incidimus, commentaria & sermones Athanasii in Matthæum, diserte memorata deprehendimus; imo etiam ex sermone sexto & nono ad manuscriptorum fidem non pauca damus. Nec mirum, quod hæc commentaria, modo thæum interpretatio in multos libros sive sermones distincta fuit. Et vero videmus in sequentibus, interpretationibus præmittuntur, idem significari opus.

Horum itaque commentariorum jam fragmenta aliquot, ex manuscriptis & catenis, sub finem Athanasii operum edidimus; sed plerumque manca & lacera. Cum porro multo plura, inobservata pridem, ex manuscriptis nuper accesserint, ad nativum ordinem omnia restituimus. Fateorque tamen me, quia compendio studere soleam, aliquandiu hæsisse, num isthæc recens eruta tantum, prætermissis aliis jam editis, sejunctim ederem; & lectorem subinde ad jam edita remitterem. At tum amicorum suasu, tum meopte consilio ac nutu, importunum scrupulum abegi; sive quia non satis cautum lectoris otio videbatur, si ad varia identidem loca, non enim simul omnia, inter legendum amandaretur;

retur ; sive præsertim quia pauca illa jam publicata , ut plurimum initio , medio & fine mutila sunt , ac interdum duplo triploque auctiora ex manuscriptis prodeunt .

Quia vero solent , quæ peregrinis in locis exstant , peregrinum olere , fatemur nos de fragmento ex Athanasii commentariis avulso , De novem insanabilibus morbis Herodis , *ac inter Athanasiana, quo sors tulerat , conjecto , aliquando dubitasse . Verum ubi , proprio in loco positum , conferre licuit cum aliis in Matthæum interpretationibus , eamdem in eo facile Athanasii manum agnovimus . Quæ porro hic de novem Herodis morbis narrat , ex Josepho ad verbum pene mutuatus est : aliaque de Herodis natalibus , erudite ex eodem Josepho & ex Africano edisserit .*

Alius fortasse suboriatur scrupulus , quod ad interpretationem illius , Beati mundo corde , *Athanasius illud Jobi ,* Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei vita ejus sit super terram , *de sordibus corporeis intelligendum pugnet , negetque contra hæreticorum quorumdam (sic ille) opinionem, infantium animis sordes sive peccata inesse . Verum , ut ipse nec obscure interpretatur , de sordibus sive peccatis* actualibus , *ut vocant , agitur , quæ inesse pueris nemo sanus dixerit . Quod si quis reponat , cur Jobi dictum ad peccatum Originale non referat Athanasius ; huic regeram , Athanasium & si qui alii adfinia loquuti sunt , pro sordibus animæ propriis , delicta solum a quolibet homine admissa habuisse : neque tamen ignorasse , ex Adami lapsu , universos ejus posteros , debitum mortis tam animæ quam corporis contraxisse . Et alias non integer locus est , sed mutilus : quod si exstarent omnia , haud dubie hanc Athanasii mentem esse ex serie deprehenderemus . De his pluribus in præfatione .*

Hic porro præclara multa occurrunt , contra fatum & genethlialogos : de abdicandis Episcopis , Presbyteris & Diaconis improbo se gerentibus : de mysteriorum Christi sive sacræ Eucharistiæ distributione per Diaconum agenda : qui intelligendum sit illud : Blasphemia in Filium hominis remittetur ; in Spiritum sanctum secus : contra eos qui lunam inter numina censerent , quo ævum Athanasianum indicatur , quando multiplicium deorum error adhuc vigebat in orbe . Et his similia bene multa .

Quo tempore autem hæc commentaria edita fuerint , nonnisi ex loco illo augurari licet , ubi S. Doctor arguit Apollinarium impietatis . Nam uti ex ipsius Athanasii in synodo Antiochena ann. 362. testimonio , necnon ex Procli loco in Syn. Constantinop. exploratum est ; postremis solum vitæ annis Athanasius cum Apollinario in apertum bellum prorupit , eumque ut hæresiarcham per hominum ora traduxit . Fortasse dici posset etiam Athanasium , cum hæc commentaria prius edidisset , clausulam illam in Apollinarium postea adjunxisse ; quam rem non semel præstitisse sanctum Doctorem docuimus alias .

EX SERMONIBUS SIVE COMMENTARIIS

IN EUANGELIUM MATTHÆI.

Liber generationis Jesu Christi .

(1) ET sacerdos & rex Christus erat : sacerdos quidem, ut qui se obtulerit hostiam pro omnibus ; rex vero, ut qui adversus peccatum & mortem regnaverit.

Generationes quatuordecim .

Matth. 1. 17. QUÆ causa est cur cum in hisce generationibus duodecim tantum personæ compareant, quatuordecim tamen generationes inveniantur ? Pro A persona, arbitror , Euangelista transmigrationem posuit; & pro alia persona, Christum.

(2) *Athanasii Alexandrini liber interpretationis Euangelii secundum Matthæum .*

VIdimus enim stellam ejus in oriente . Si pro singulis hominibus stella in cælo esset, quare tertia die cælum infinitis innumerisque stellis repletum est; cum tamen Adam sexta die efformatus sit? Matth. 2. 2.

Et interjectis quibusdam ex Chrysostomo .

QUOD autem neque fatum, neque genesis, id est ortus hora, neque cursus astrorum nostra dirigant, vel hinc palam est. Nam si inde omnia gesta pendeant, non ex hominum voluntate & electione, cur furti reum domesticum verberas? quid causæ est quod adulteram uxorem ad tribunal trahas? quare de improbis factis pudore suffunderis? quid est quod contumeliosa verba non feras; sed si quis te mœchum aut fornicatorem, aut ebriosum, aut quid simile appellet, id contumeliam vocas? Nam si peccatum non ex sententia prodiret tua, neque crimen id egisse, neque contumelia esset id prædicari. Nunc porro cum peccantibus non ignoscas, cum improba gerendo B te pudeat, cum latere studeas, cum eos qui talia tibi proferunt pro contumeliosis habeas; sane fateris ex his omnibus, hæc nostra non necessitate quadam colligari, sed voluntatis libertate honorata esse. Iis sane qui necessitate tenentur, ignoscere solemus: ac si quis, compellente dæmonio, tunicam discindat nostram, aut plagas inferat, non solum illi non exprobramus, sed misericordia moti ignoscimus ipsi. Cur hoc? quia non ex voluntatis arbitrio, sed dæmonis impulsu id egit. Itaque si alia quoque peccata ex necessitate a fato inducta admitterentur, veniam daremus utique: quia vero scimus ea non ex necessitate provenire; ideo non parcimus, non domini domesticis, non viri uxo-

(1) Edit. Athan. p. 902. ex catena a P. Possino edita in Matthæum.
(2) Ex codice Regio 1993. X. sæculi fol. 42.

uxoribus, non uxores viris, non magistri discipulis, non patres filiis, non principes subditis; sed acerbi facinorum inquisitores, & ultores sumus; tribunalia adimus, plagis subjicimus, & castigatione utimur: nihilque non agimus ut a malis nos eripiamus.

(1) Illud, *Venimus adorare eum*, Magorum probitatis atque fidei signum est. Qui enim tantum itineris intervallum Christi adorandi gratia confecerunt, quid non facturi erant si in sua regione tantum mysterium editum fuisset. Commendandi itaque viri hujusmodi sunt propter fidem suam, atque omnino virtutis suæ causa laudandi.

(1) Edit. Athan. p. 502. ex Possini Catena in Matthæum.

Athanasii Alexandrini ex interpretatione in Matthæum.

(1) De novem insanabilibus morbis, quibus Herodes adflictus interiit.

Matth. 2. 19. *Mortuo Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto dicens: Surgens accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Israel: mortui sunt enim qui quærebant animam pueri.* Erant autem qui Jesum occidere quærebant, Herodes rex & Antipater filius ejus. Interiit autem Antipater gladio transverberatus in carcere. (2) Deprehensum quippe fuit ipsum veneficum esse, & fratres suos Alexandrum & Aristobulum insidiis oppressisse. Ipse quoque Herodes, corpore ejus variis diversisque ad partes varias morbis adflicto, mortem obiit. Primo, febris ipsi inerat fornace ardentior. Secundo, intolerabilis prurigo per totam corporis superficiem. Tertio, frequentes viscerum cruciatus. Quarto, pedum tumores, ac si aqua intercuti distenti fuissent. Quinto, ventriculi tumida inflammatio. Sexto, in verendis putredo vermes generans. Septimo, insuper orthopnœa, ut non posset nisi erecta cervice respirare. Octavo, difficultas anhelitus. Nono, convulsiones omnium membrorum. Sunt autem morbi numero novem. Febris autem inerat fornace ferventior, quia ardebat libidinis & fornicationis morbo. Prurigine intolerabili laborabat, quia obtemperabat magistris, qui auribus prurientes erant ad fallaciam. Viscerum cruciatibus torquebatur assidue, quia non psallebat illud: *Benedic* Psal. 102. 1. *anima mea Domino, & omnia interiora mea nomini sancto ejus.* Pedes tumoribus quasi aqua intercuti distenti, quia contemnebat puram & non turbidam aquam fontis salientis in vitam æternam. Ventriculi tumida inflammatio, quod esset iræ impotens, & immisericors in subditos. Verenda autem ejus vermes gignebant, quia intemperantia equos emissarios imitabatur. * Orthopnœa tenebatur, quia non surgebat diluculo ad Dominum, qui regiam ipsi tradiderat dignitatem, adorandum. Anhelitu laborabat, quod non respirasset odoramentum caritatis, sed fœtorem belli inexpiabilis. Omnia autem membra ejus convulsione adficiebantur, quia & ipse omnes, qui in Bethlehem erant, pueros convulserat. Qua autem mensura mensus quispiam fuerit, merito eadem de cælo remetietur ipsi. Sap. 11. 17. *Per quæ enim quis peccaverit, per hæc & punietur.* Hunc itaque Herodem, ait Josephus, paterno quidem genere Idumæum, materno Arabem fuisse. (3) Africanus autem, & qui ejus ætate sedulo scripserunt, ajunt illum Antipatri filium: Antipatrum vero patrem habuisse Herodem Ascaloniten, æditum templi Apollinis. Antipatrumque filium ejus, dum puer esset, captum a latronibus Idumæis, cum non posset pater ejus Herodes pretium pro libertate solvere, Idumæorum moribus educatum, pro Idumæo habitum fuisse, licet Ascalonita esset. Agebat tunc Augustus imperii annum quintum supra quadragesimum, consule Silvano, octavo Kalendas Januarias.

* Videtur legisse ὀρθρίζειν.

(4) *Surgens accipe puerum.*

Hæc loquendi ratio probe arguit Apollinarium impietatis: qui dixit, Christum non accepisse animam intelligendi vi præditam; sed solum corpus sine anima & ratione exstitisse.

(5) *Cibus autem ejus erant acrides, & mel sylvestre.* Matth. 3. 4. Quod herbæ genus quoddam sit *acris* dictum, id nos Salomon edocet his verbis: *Florebit amygdalum, & coagulabitur acris.* Eccl. 12. 5. Sed mel illud sylvestre, non herba, sed mel revera sylvestre, acerbissimum ac gustui ingratissimum est.

Illud: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto*, Matth. 3. 11. id denotat, quod ipse vos purgaturus sit: quia scilicet id præstare non valet Joannis baptisma; sed Christi, qui etiam remittendi peccata potestatem habet.

Si filius Dei es. Matth. 4. 3. Qui ad singulas tentationes ita diabolus interrogat; *Si filius Dei es?* Id nimirum ait ad eorum similitudinem, quæ jam olim in paradiso dixit: Adamum enim sic alloquitur: *Qua die comederitis, aperientur oculi vestri;* Gen. 3. 4. quo ostenderet illis, se a Deo fuisse deceptos. Quamobrem hic quoque ad singula dicta assidue repetit, *Si filius Dei es;* id est, si vox quæ te filium vocavit vera est, quare non confirmas eam, agendo quæ tibi dico?

Docens in synagogis eorum. Matth. 4. 23. Palam Christus & cum fiducia docet; ut credant illi (Judæi), doctrinam suam non esse legi contrariam. Quod scilicet maxime omnium Judæos in furorem adversus eum concitabat.

Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam. Matth. 5. 6. Esurientes ac sitientes justitiam dicit eos, qui alacri ac fervido animo justitiam exercent. Saturabuntur enim, ait, & in hac vita, eo quod paucis contenti sint; multoque magis in futura, utpote cum Christo semper versaturi, ubi neque dolor neque luctus erit.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. 5. 8. Quia quisquis omni cupiditatis adfectione cor suum purgavit, propria in pulcritudine divinæ naturæ videt imaginem. Apta enim est animæ puritas ad Deum * per seipsam speculandum.

* Sive, in seipsa exprimendum.

Atha-

(1) Edit. Athan. ex codice Barociano, p. 515.
(2) De his vide Josephum l. 1. de Bello Judaico cap. 21. Herodis morbi iisdem ferme verbis exprimuntur.
(3) Vide Georgii Syncelli chronographiam p. 296.
(4) Edit. Athan. p. 502. ex Possini catena in Matthæum.
(5) Eamdem hujus vocis, ἀκρὶς, interpretationem vide sis apud Isidorum Pel. l. 1. Ep. 142. fusius enarratam.

Athanasii Alexandrini,

(1) Ex Sermone sexto Interpretationis in Euangelium Matthæi, in illud, *Nemo mundus a sorde, etiam si unius diei fuerit vita ejus super terram*. Job. 14. 4.

AT ignorant sane hæretici illud, *Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei fuerit vita ejus*, de naturali sorde, quam ex utero matris egressus infans secum adfert, dictum fuisse. Quamobrem ait legislator Moyses, mulierem enixam immundam esse, pro masculo quadraginta diebus, pro femina, octoginta, ob majorem scilicet naturæ humiditatem. Quod si non ita esset ut lex Moysis essert, vel ex ipsa naturæ ratione argumenta adversum mutuari liceret. Quod enim peccatum admittere infans valeat, cujus vita unius diei fuerit? Adulterium? minime gentium, cum non in voluptate vigeat. Fornicationem? nihilo magis, cum non sit talis concupiscentiæ capax. Cædem? At mortifera tela gestare nequit. Perjurium? sed articulatim vociferari non valet. Avaritiam? sed neque alienam novit pecuniam, neque suam. Imo etiam injuriarum prorsus immemores parvuli sunt; nam donec ad virilem ætatem pervenerint, verberati precantur, atque pulsi non sese vindicant. Unde & Dominus iis qui in se credunt ait: *Nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum calorum*. Cum itaque delictorum hujusmodi prorsus imperiti parvuli sint; quod quæso peccatum admittat puerulus ipsa die natus, nisi, uti diximus, corpoream sordem? Neque enim ita dicitur, *Nemo mundus* a peccato, sed, *a sorde*. (Levit. 12. 4. — B — C — Mat. 18. 3.)

(2) *Athanasii Alexandrini*,

Quo pacto intelligendum illud: *Qui respicit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo*. Mat. 5. 28.

MŒCHATUR corde cum muliere, qui perficiendo operi consensit; sed ab illicito & pravo congressu, aut loco, aut tempore, aut metu Romanarum legum coercitus est. Quod autem multi, qui exterius in peccatum non proruperunt, quasi mœchi supplicio adfecti fuerint, omnibus palam facere in promtu est ex Holopherne. Nam cum fœdum opus peragere gestiret, Judith, ceu lex quædam justitiæ, districto gladio caput ejus abscidit, invocato prius ad opem & patrocinium legum datore & continentiæ opitulatore Deo. Eodem quoque modo senes duo, cum Susannæ dixissent, *Ecce in concupiscentia tui sumus*, etiamsi facinus non perpetrassent, ut mœchi plexi ac morte mulctati sunt. Si hoc ergo tempore quispiam sit hujusmodi, intemperans, lascivus, alienas uxores appetens, is animo fornicatur. Nam qui in adfectus suos imperium habet, a quovis delicto purus & ab obscœnis dictis; hic mœchus non est, sed cupiditatis victor; quippe qui voluptatis impetum A divino metu, quasi decumanum maris fluctum a solida & firma petra repressum, coerceat. (E — Dan. 13. 20. — F)

(3) *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te*, & cetera. Incedentes autem in via nulli errori obnoxia & vivifica, oculum eruamus si nobis offendiculo sit; non quidem sensilem illum, (4) nam cæci quoque mœchi sunt, sed spiritualem; ut si, verbi causa, Episcopus & Presbyter qui sunt Ecclesiæ oculi, improbe versentur, & populo lapsus occasio sint, abjiciendos oportet. Præstat enim in domo orationis, remotis illis, conventus agere, quam velut cum Anna & Caipha injici in gehennam ignis. Similiter si Diaconus, qui pro manu habetur, indignum quid egerit, ab altari segregetur. (5) Minister vero qui pro pede reputatur, si improbe ad mendacium, & ad munera, ut Giezi, accipienda decurrat; hunc quoque opus est, ut pravum & imprudentem hominem, a ministerio submovere; ut Ecclesia sine offensione congregata servetur. (Mat. 5. 29.)

(6) *Athanasii Alexandrini*,

Ex libro interpretationis in S. Euangelium.

A*Ttendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est*. Hortatur itaque nos Unigenitus, ut ne eleemosynam faciamus coram hominibus; non ut cunctemur fratres nostros fovere, ac egenis bene facere; sed ut ne, vanæ laudis appetentium Pharisæorum exemplo, præsentem gloriam aucupemur: sed potius mercedem fidelis & accuratæ eleemosynæ a Deo in futuro exspectemus, qui non tantum de munere delectatur, quantum de opima & bona largientis voluntate, ut ex inopis viduæ, quæ duo minuta in gazophylacium misit, exemplo ædificare valemus. (Matth. 6. 1. — D)

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Id est, voluntates carnis, Spiritus sancti consilium ne noverint. Qui vero fieri potest, ut dum quis facit eleemosynam, manus ejus sinistra in partem operis ac beneficii non veniat? Oportet enim ambas manus se invicem in præstando beneficio prorsus juvare. Nam læva manu pecuniam sive crumenam tenente, dextera bonum semen in agro cordis pauperum spargit, ut spicam metat, non culmo hærentem; sed vitam sempiternam & immortalem in cruce suspensam. Non vult autem Unigenitus, sinistras carnalesque cogitationes scire quid faciat manus dextera sancti Spiritus, ne forte bono proposito & opimæ voluntati aversentur dicentes: Opus nobis est ad multos annos cibos sumtusque curare, vestes varias, ornatas domos, argenteum ferculum, depositum aureum, mancipia ad ministerium, vicos & agros ad proventus. Dextræ enim partes sancti Spiritus nihil horum omnino curant vel concupiscunt, huic Dominicæ voci fidem habentes: *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis*. Sic certe non noverit sinistra quid fa- (E — F — Matth. 6. 33.)

(1) Ex codice Regio 1993. X. sæculi f. 319.
(2) Edit. Athan. ex codice Barociano p. 515.
(3) Edit. Athan. p. 516. ex codice Vaticano 392. Verum auctiora & emendatiora prodeunt ex codice Reg. 1993. f. 320. & ex cod. Colbert. 504.
(4) Hæc desunt in edit. sed habentur in mss.
(5) Quæ sequuntur ad finem usque ex mss. deprompta, desiderantur in edit.
(6) Hæc prodeunt ex cod. Reg. 1993. X. sæculi f. 134. longe auctiora iis quæ in edito leguntur, p. 503.

faciat dextera. Cum enim mens puro Deo placendi desiderio adfecta, totisque nitens viribus ne ab officio recedat, legitime decertat; tunc sane nullius neque membri alicujus recordatur, nisi ejus quod ad præsens opus usu veniat; haud secus atque artifex, qui quovis tempore solum sibi necessarium instrumentum respicit. Insuper si nulla incredulitatis in fide ratio subsit, nec lux possit esse tenebrarum causa, nec cum Christo diabolus commonstrari valeat; manifestum sane est neque cum ratione esse posse, id quod rationi omnino contrarium est. Quod si cum ratione prorsus esse non possit id quod est rationi contrarium; qui ad virtutum rationem evectus est, situm rationi contrarium nescit, sed unam virtutem cognoscit; atque ideo neque dexteram quoad excessum, neque sinistram quoad defectum novit. Utrobique enim occurrit quod rationi aperte contrarium est.

Matth. 6. 7. *Orantes autem ne multum loquamini*. Longas hic orationes, sed non frequentes aversatur, Jubet enim sine intermissione orare.

(1) *Athanasii Alexandrini*,

Quod *non sit thesaurizandum in terra*, liber interpretationis Euangelii secundum Matthæum: Sermo IX.

Matth. 6. 19. NOlite *thesaurizare vobis thesauros in terra*, inquit Christus, *ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælis: ubi neque æruga, neque tinea demolitur; & ubi fures non effodiunt, nec furantur*. Qui porro hujusmodi verba audierunt, dixere: Probum utique consilium, probabilisque sententia, ut in cælis potius quam in terra bona præsentia recondantur. Verum quo pacto aurum argentumve reponamus in cælis, nulla sane ratio subest. Nam sublime admodum est cælum, ut ipsum manu contingere nequeamus. Neque enim scalam illam conspicimus, quam vidit patriarcha Jacob, ut ea conscensa, bona nostra reponamus in cælo. Ad hæc Dominus: Etiamsi admodum excelsum sit cælum, potestis tamen ibi thesaurum justitiæ numquam expilandum reponere. Da pauperi & inopi quæ opus ipsi sunt, & ea ipsa in cælo reposita invenies, salva, immaculata, incorrupta. Habes quoque scalam, quæ a terra ad cælum usque pertingit, videlicet salutarem crucem; gradus vero, intemeratorum Euangeliorum dogmata. Per ipsa igitur ad cælestes mansiones conscende, ut æterna gloria adficiaris. Animadvertе illud a me dictum: *Lucerna corporis tui est oculus: si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; sin autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit*. Corpus vero tenebrosum efficitur, si oculus nequam est, non opificis vitio: omnia enim quæcumque fecit Dominus admodum bona sunt; sed ob improbos perversosque mores ejus, cujus est oculus. Cum porro nequam oculum audis, prudens auditor; ne oculum capiti hærentem intelligas; sed pravam cogitationem in tenebroso corde latentem. Quod si contingat corporeum oculum ex copioso fluxu ac dolore cranii obscurari; at corporea cæcitas a futuris ac sempiternis bonis nullum amovet.

Matth. 6. 22. (margin reference to the passage *Lucerna corporis tui est oculus*)

(2) *Athanasii*,

In illud: *Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum?* Matth. 6. 25.

DIffert autem anima ab esca, quatenus hæc quidem est spiritus vivificans; illa vero terrena est facileque solvitur. Corpus vero præstat vestimento, quia illud quidem divinarum manuum opificium est, hoc vero, vellus pecoris irrationabilis. Multi porro audientes comedentem animam, ob vocis insolentiam stupent, dum vident manum ori alimenta admovere. At tu, dilecte, ne mireris, dum animam comedere audis. Ita sane neque alio modo res se habet. Comedit porro anima quæ ori immittuntur: quia ex natura sua calida est, juxta Sapientiæ verbum: *Anima calida est ut ignis ardens*. Sicut ergo ignis immissa in lebetem concoquit; eodem modo ignea anima, alimenta in ventrem inducta digerit & absumit. Etiamsi porro ψυχὴ, i. e. anima vocetur; non ita dicitur quod sit natura sua ψυχρὰ, i. e. frigida, ut ex simplicioribus quidam arbitrati sunt; sed quia ex multo calore, humida exsiccat; quod etiam ex Solis vi & efficacia planum evadit: nam cum calidus igneusque sit, lutum exsiccat, humidumque omne in vaporem solvit. Quod autem anima ex natura sua calida sit, vel mortuorum exemplo, frater, persuasum habeas. Etenim cum anima a corpore separata est, rigent omnia membra, nihilominus quam hiberna glacies, niveque frigidiora evadunt. Ex iis item quæ tempore famis contingunt, potes quoque rem propositam comprobare: donec enim anima cibi copia fruitur, viget sane valetque viribus; at deficiente cibo, ipsum corpus absumit & corrumpit. Neque enim potest corpus absque cibo, animæ calori obsistere, quemadmodum neque vas æneum clibano impositum, ignis vehementiam sine aqua ferre valet; prorsus enim funditur & liquescit. Eodem prorsus modo lebes corporis, deficiente cibo, ab ignea anima absumtus omnino pessumdatur. In summa autem eo maxime spectat illud Domini effatum; *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini*; quia plus est anima quam esca, & corpus plus quam vestimentum. Si itaque Dei gratia præstantioribus majoribusque bonis adfecti sumus, multo magis hisce minoribus vilioribusque replebimur.

Eccli. 23. 22. Mat. 6. 25.

Quærite primum regnum Dei. Regnum Dei nihil aliud est quam futurorum bonorum possessio; id est, Dei contemplatio ac cognitio, quantum humanæ est facultatis. Mat. 6. 33.

(3) *S. Athanasii, quod non judicandum sit, ex Euangelio secundum Matthæum*.

NOlite *judicare, ut non judicemini; in qua enim judicio judicabitis, judicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*. Ait vero Dominus ea ipsa atque æqualia iis accidere qui judicant, atque iis qui metiuntur: non quemadmodum ajunt hæretici, se ipsos in errorem deducentes, *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus adfirmant*. Hi namque per insanos atque perniciosos pœnitentiæ ritus pecuniæ quæstum aucupantes, ajunt non judicandum sive damnandum esse eum qui peccata mortalia admittit: ait quippe Do-

Mat. 7. 1. 1. Tim. 1. 7.

(1) Hæc prodeunt ex cod Reg. 2993.
(2) Prodeunt hæc ex codice Reg. 2993. fol. 86. editis multum absimilia & longe auctiora.
(3) Ex codice Ambrosiano 27. X. sæculi egregiæ notæ: & ex Reg. 1993. item X. sæculi.

[Mat. 7. 1.] Dominus: *Nolite judicare ut non judicemini*. Quod [A] si ita se res habet ut adfirmant ipsi, Noe sane vir ju- [Gen. 9. 26.] stus damnatus fuit, quod derisorem Chamum judica- [Num. 15. 35.] verit damnaveritque, ut esset fratrum servus. Moyses item lato judicio in eum qui ligna collegerat die Sabbati, jussit eum extra castra lapidibus necari. Ejus [Josue 7. 25.] quoque successor Jesus, sententie in Achan ob furtum prolata, cum domus supellectile tota exterminevit [Num. 25. 8.] ipsum. Phinees etiam Zambri fornicationis causa [1. Reg. 15. 33.] damnans, ipsum hasta confodit. Samuel Agag regem Amalecitarum interemit in conspectu Domini. [3. Reg. 18. 40.] Helias falsos prophetas damnatos, quasi porcos in [B] [4. Reg. 5. 27.] torrente jugulavit. Elisæus Giezi acceptæ pecuniæ reum damnavit, effecitque leprosum. Daniel vero [Dan. 13. 62.] lascivos senes sycophantiæ causa ab se damnetos, [Act. 5.] juxta legem Mosaicam ultus est. Petrus autem qui accepit claves regni cœlorum, Ananiam cum uxore, quod partem pecuniæ ex vendita propria possessione subduxissent, damnans, extinctos subito cadere fecit. Et Paulus quoque Alexandrum fabrum judica- [2. Tim. 4. 14.] vit dicens: *Reddet illi Dominus secundum opera sua*. [C] Hymenæum vero atque Philetum tradidit setanæ, ut ediscerent non ultra blasphema effari. Arguit autem ecclesias Corinthiorum, quod non [1. Cor. 6. 5. & 3.] judiceverint, his verbis: *Non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? An nescitis quia Angelos judicabimus?* Si itaque omnes justi, qui judicaverunt, non ideo condemnati, imo vero ed spirituale ministerium adlecti & cooptati sunt, quare non ut illi judicandum esse censeamus? Ait itaque Dominus: *Nolite judicare, ut non judicemini*, non ideo sane ut quid faciamus vel admittamus, de quo judicium non feramus; sed quia Pharisæi & Scribæ se mutuo judicabant & damnabant, ipsi vero non sese emendabant. Sic homicidam illum secun- [D] dum legem capitis damnarunt, cum ipsi interea Prophetas inique trucidarent: mœchum adulterii causa pœnas luere decreverunt, cum ipsi ceu equi lascivi hinnirent ad alienas uxores: sententiam in furem tulerunt, ipsi raptores pe- [Mat. 23. 24.] cuniæ alienæ. Erantque *excolantes culicem, & deglutientes camelum*. Quod autem tales fuerint Pharisæi atque Scribæ, palam est ex iis quæ singulis eorum in sequentibus ait Dominus: [Matth. 7. 3.] *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Sine ejiciam festucam de oculo tuo? Hypocrita, eji-* [E] *ce primum trabem de oculo tua, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui*. Quod si tu in oculo tuo habes intemperantiæ & libidinis trabem, ita ut cæcutias, qui possie proximum tuum avertere a festuca levis cujusdam peccati? Divinus autem Paulus ad Romanos scribens, de hypocritis hujusmodi, qui pietatem ementiuntur, talia fatur: *Qui alium doces, te-* [Rom. 2. 21.] *ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacra expilas: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhono-* [Rom. 2. 1.] *ras*. Et rursum: *In quo enim judicio judicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis qui judicas*. Sicut & transgressores Paschatis, per [F] Paschatis prævaricationem Christum inhonorant, cujus est Pascha. In qualibet igitur re, qui elium judicat, siquidem is idipsum peragat, seipsum judicat; velut duo illi senes, qui cum de Susanna quasi adultera judicium tulissent, eamque damnassent, secundum Mosaicam legem adulterii ipsi quoque damnati sunt. Pharao autem in qua mensura meosus est, remensum est ipsi: qui enim pueros in fluvio demergi ac suffocari jusserat, ipse quoque submersus periit in mari Rubro. Sacerdotes vero qui Zachariam ad altare trucidarunt, ipsi quoque sub altari a Romanis jugulati sunt: ut ediscas quod in qua mensura quis mensus fuerit, in eedem remetietur ei; & per quæ quis peccaverit, per hæc & punietur.

(1) *Athanasii*,

De inconteminetis mysteriis.

NOlite *sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*, ait Christus. Id sane recti judicii est. Neque enim Dominus indiscriminatim ec sine distinctione dixit: Date sancte & margeritas omnibus; sed, *Nolite dare sancta canibus*, id est malis o- [Matth. 7. 6.] operariis, dicente Apostolo: *Videte canes, vide-* [Phil. 3. 2.] *te malos operarios, videte porcos*; quo significantur libidinosi homines. Neque abs re sane, sed admodum congruenter porcis libidinosi comparantur. Quemadmodum enim si quis porcum ex cœno eduxerit, id sibi porcus damno esse arbitratur; ita si quis libidinosum ex cœno voluptatis avertat, is temperantiæ consiliarium non amici, sed edversarii loco habet. Ne projiciamus ergo nostras Incontaminatorum mysteriorum margaritas ante homines porcis similes. At dicet quispiam, sacrorum participes esse volunt, & sunt tamen canes impudentes, & porci volutati in cœno voluptatis: tu vero ne dederis. Nam ægri quoque aquam postulant; sed medici vetant: Tyranni regiam purpuram expetunt; sed illius custodes, periculum suspicantes, non concedunt. Vide ergo tu quoque, Diacone, ne indignis purpuram impeccabilis corporis præbeas; ne rationi reddendæ, non secundum Romanas leges, sed secundum Domini dicta, obnoxius sis. *Nolite*, igitur, *sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis*, inconsideratis scilicet cogitationibus, *& conversi dirumpant vos*, schismata hæresesque facientes.

(2) *Athanasii Alexandrini*,

De falsis prophetis.

AIT Dominus: *Attendite a falsis prophetis, qui* [Matth. 7. 15.] *veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos*. Si itaque quempiam videris, o frater, qui sit honesto indutus vestimento; ne ettendas ipsi, etiam si ovis pelle vestitus sit, & Presbyteri, Episcopi, Diaconi vel Ascetæ nomen habeat: sed ejus opera accuratius perpendas; an sit temperans, an hospitalis, en misericors: an caritatem habeat, en perseveret in orationibus, an sit patiens. Si Deum ventrem habeat, & guttur infernum, divitiarum morbo laborans, pietatem pro quæstu habens, dimitte illum: non est enim pastor peritus, sed lupus rapax. Si autem nosti arbores ex fructibus probare, quænam scilicet sint natura, gustu, pinguedine; multo ma-

(1) Ex codice Reg. 1993. X. sæculi.
(2) Edit. Athan. p. 315. ex codice Barociano.

magis ex operibus periculum facere debes eo- [A] rum, qui Christo ad quæstum utuntur; quia dum aliquam sanctitatis famam præferunt, animam possident diabolicam. Quod si ax spinis non colligis uvas, nec ex tribulis ficus, quid opinaris posse te quid boni audire, & ex prævaricatoribus quidpiam utile ediscere? Illos itaque a- [Eccli. 6. 36.] versare ut lupos Arabicos, & spinas inobsequentiæ, tribulos iniquitatis, arbores malas. Si videris sapientem aliquem, ax consilio Sapientiæ mane vigila ad illum, stationes portarum ejus terat pes tuus, ut ab eo ediscas legis umbras, & gratiarum dona. Neque enim sophisticus sermo & [B] habitus modestus introducunt in regnum cœlorum; sad fides perfecta ac minime curiosa, cum providentia virtutis plena & conspicua.

(1) *Sancti Athanasii.*

[Mat. 11. 29.] T*ollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris: jugum enim meum suave est, & onus meum leve*. Hinc utilitate percepta [Hebr. 12. 1.] divinus Apostolus, *ponderosum & circumstans* peccatum appellavit. Quid enim gravius & damnosius peccato? ut e contrario, quid levius & utilius virtute? Nam peccatum, ut in Proverbiis scriptum est, vulneratos multos pondere dejicit: [Prov. 7. 26.] & *unusquisque catenis peccatorum suorum stringitur*. [Prov. 5. 22.] Virtus autem eos, qui se amplectuntur, vivificat & in altum erigit, ut in Proverbiis dicitur: *Lignum vitæ est iis, qui ipsam amplectuntur*; [Ibid. 3. 18.] & in Psalmis, *Suscipiens mansuetos Dominus*. [Psal. 147. 6.] Idcirco peccatum quidem symbolice cum talento plumbeo demersum conspicitur; [Zach. 5. 7.] quia sui cultores in profundum inferorum dejicit. Quibus autem insunt carnis pondera & cupiditates, & iis, qui a peccato circumdantur, non liberum sane est oculos ad Deum erigere. Jugum itaque Servatoris suave ast, & onus ejus leve. Et quo pacto, dicet quispiam, leve onus est, cum sic loquatur, *Si quis non odit patrem & matrem*, &, [Luc. 14. 26. Mat. 10. 38.] *qui non tollit crucem, & sequitur me, non est me dignus*, &, *qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*; [Luc. 14. 33.] imo etiam jubeat ipsam tradere animam? Id te doceat Paulus qui ait: [2. Cor. 4. 17.] *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis, mire supra modum æternum gloriæ pondus operatur*: & rursus, *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*. [Rom. 8. 18.]

Prodit ex cod. Colb. membran. XI. sæculi. Est Cat. in Matth.

(2) *Sancti Athanasii.*

[Mat. 12. 31.] P*Ropterea dico vobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, sed blasphemia in Spiritum non remittetur illis. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum,* [2. Cor. 3. 6.] *non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro*. Hic apposite Apostoli dictum proferatur: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat*. Multa siquidam divinarum Scripturarum loca si secundum littaram intelligamus, in nefandas blasphemias incidimus, cujusmodi sunt quæ nobis nunc proponuntur Domini verba: quæ si secundum nudas dictiones excipiamus, non solum in nefandas dilabemur cogitationes, sed etiam ipsum Dominum sibi adversari deprehandemus. Namque *si quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei*; quomodo idem Filius [Luc. 12. 9.] dixit, *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram Angelis Dei?* Et rursus, si omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, quomodo & de otioso verbo rationem [Mat. 12. 36.] sumus reddituri? quomodo qui dicit fratri suo, [Mat. 5. 22.] fatue, reus erit gehennæ ignis? quomodo i- [1. Cor. 6. 10.] tem Paulus ait, *Nolite errare: neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque ebriosi, neque rapaces regnum Dei possidebunt?* Quæ si ita se habent, quomodo, quæso, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus? Rursumque, si verum illud ast, cur miser accusatur Origenes, quod finem aliquem pœnarum constituat; ac tandem remissionem omnium peccatorum, hominibus pariter & dæmonibus a Deo concedendam prædicet? Item si blasphemia in Spiritum sanctum remissionem non habet, quid queritur Ecclasia Novatum pœnitantiam rejecisse? Illud autem obscurius & difficilius intellectu est, quod, qui dixerit verbum contra Filium, remittatur ai, qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum [C] non remittetur ei, ita ut minor videatur Filius esse Spiritu sancto & Patre. Quid ergo nefarios Arianos rejicimus, qui Filium volunt esse inferiorem & minorem Spiritu? Cur ergo Filius dicit, *Ego & Pater unum sumus*; [Joan. 10. 30.] &, *qui non honorat Filium, non honorat & Patrem*: [Joan. 5. 23.] itemque hic ait, *Quicumque dixerit verbum contra Filium, remittetur ei?* [Matth. 12. 32.] Num blasphemia in Filium condonata est Arianis, Simonianis, Sabellianis, Photinianis, ceterisque omnibus, qui blasphemias in Christi incarnationem protulerunt? Apaga hanc absurditatem. Nam si is qui fratri suo dicit, fatue, [D] reus est gehennæ ignis; qualem, dic mihi, in gehannam gehennæ projicitur is qui adfirmat Deum suum creaturam esse; non Filium Dei, sed servum, sed administrum, & parvum? Et si qui dixerit verbum contra Filium, remittetur ei; quomodo ipse Filius dixit: *Qui non manducat meam carnem, nec bibit meum sanguinem, non habebit vitam æternam*. [Joan. 6. 54.] Aut qui, quæso, possit qui ignominia adficit Filium, non blasphemare in sanctam Trinitatem? Qui vero in eam blasphema dicit, is haud dubie abnegat sanctum baptisma; ac qui baptismum negat, profecto Spiritum san- [E] ctum exuit. Et quemadmodum in sola isto sensibili, si calori radiisve ejus contumeliam feceris, in totam naturam solis recidit hujusmodi contumelia; ita quoque se res habet in trigemino sole Trinitatis & mysterii: contumelia in unam personam prolata, blasphemia est in universam plenitudinem deitatis. Quid igitur sibi vult dictum illud ad Judæos: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: & quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo neque in futuro*. [Matth. 12. 32.] Prudenter audiamus, & ne seducamur. Duplicem esse [F] Christum post inenarrabilem unionem, dico autam ax deitate & humanitate, sacræ nobis clamant Scripturæ: nam *Verbum caro factum est*. [Joan. 1. 14.]

Dei-

(1) Edit. Athan. p. 503. ex Possini catena in Matth.
(2) Ex cod. Colb. 2544. qui est catena in Matthæum. In editis quoque comparet, sed magna sui parte truncatum.

Deitatem ergo Verbi ipse Christus Spiritum sanctum appellat, quemadmodum ad Samaritanam loquutus est, *Spiritus est Deus*; humanitatem vero suam, filium hominis vocat: *Nunc*, inquit, *glorificatus est Filius hominis*. Judæi igitur qui semper Deum offenderunt, duplicis adversus Christum blasphemiæ rei sunt. Quorum alii in carnem ejus, scilicet in Filium hominis, impingunt, prophetam, non Deum esse existimantes: ac voracem illum & potatorem vocabant: quibus veniam dedit. Siquidem initium prædicationis erat, nondumque poterat mundus Deum illum credere, qui homo factus fuerat. Hinc Christus ait: *Quicumque dixerit verbum contra filium hominis*, scilicet contra corpus suum, *remittetur ei*. Ausim quoque dicere, neque ipsos beatos ejus discipulos, perfectam ipsius divinitatis habuisse notitiam, donec Spiritus sanctus in die Pentecostes in ipsos illapsus esset. Namque etiam post resurrectionem videntes eum, alii adorarunt eum, alii autem dubitaverunt; nec ideo tamen condemnati sunt. Qui vero in Spiritum sanctum, sive in Christi deitatem blasphema hæc dicta protulerunt: *In Beelzebul, principe dæmoniorum, ejicit dæmonia*; iis sane non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Observandum porro est, non dixisse Christum, blasphemanti ac postea pœnitenti remissionem dandam non esse; sed blasphemanti, sive in blasphemia perseveranti: siquidem condigna pœnitentia peccata omnia eluit. (1) Quod autem dicitur, blasphemiam in Spiritum sanctum neque in hoc, neque in futuro sæculo dimitti; quidam re diligentius exquisita dicunt, quatuor modis peccatorum veniam concedi; duobus hic, duobus item in futuro sæculo. Cum enim peccatorum omnis temporis meminisse non possimus; ut hic pœnitentiam quilibet agere possit; idcirco Dominus noster, nobis hic pœnitentiam non agentibus, duos, ut dictum est, in futuro pœnitentiæ modos procuravit. Cum quis scilicet bona indifferenter egerit, sive misericordia & commiseratione commotus in proximum, sive quævis alia humanitatis officia præstiterit; ea porro in futuro sæculo, judicii tempore, in quam propendebunt partem, veniam consequentur. Et hic quidem primus est modus. Secundus vero is est, cum quis peccatis constrictus, audita Domini voce dicentis: *Nolite judicare, ut non judicemini*, de nemine judicare, examinato vitæ instituto, ausus; utpote cultor præcepti, neque ipse judicatur. Neque enim mandati sui immemor est ille veracissimus. Duobus autem aliis modis hic venia obtinetur; cum quis nimirum peccatis obnoxius, divina dispensante providentia, miseriis, ærumnis morbisque adfligitur. Modo namque sibi ignoto, his a Deo purgatur. Et si quidem tentatus gratias agat, mercedem ob gratiarum actionem accipit; sin se ingratum præbeat, de iisdem peccatis quorum causa corripitur, iterum judicatur: insuperque debitas ingrato animo pœnas luere cogitur. Igitur peccata in homines admissa, multis possunt rationibus condonari: nam si quis in hominem peccans, de alio homine bene mereatur, is quam in naturam peccavit eidem naturæ satisfecit. Sed blasphemia in Spiritum, (quæ infidolitas est, nullam, nisi quis fidelis efficiatur, veniam admittens) utpote impietatis & infidelitatis peccatum, neque in hoc, neque in futuro sæculo dimittetur.

Joan. 4. 24. — Joan. 13. 31. — Luc. 11. 15.

Athanasii Alexandrini,

(2) De Lunaticis.

Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. Lunaticis, non luna insaniæ causa est, neque enim luna ad malum & damnum inserendum hominibus creata est; sed ad ministerium optimis utilibusque rebus præbendum. Cum enim ex natura sua humida sit, suavissimum corporibus somnum procurat, noctis tenebras, colore lacteo ornata, demulcet: solem vero qui siccus calidusque est, æqua lance temperat, atque humore frigiditateque sua plantas omnes, prata, herbas, olera, ut mater vera in ulnis accipiens, fovet, & virescere facit; ita ut sub auroræ crepusculum, videre sit arbores densis frondibus ornatas, prata in summis floribus mel, opus prudentis impigræque apis, gestantia, fœnum nitens, omneque herbæ genus auctum hilari facie. Unde lacteo colore est, quia veluti mater infantem lactat; sic & ipsa pinguedine & rore omnia succrescere facit. In cælo posita annorum circulos, mensium terminos, temporum tempestatumque conversiones, veri ac firmi Paschatis congruens tempus indicat, Sapientia ita loquente, *A luna signum diei festi*: & quia luminare est modo minutum, modo crescens, hine *Men* appellatur. Rem ita narrat liber Geneseos: *Et dixit Deus, Fiat lux in firmamento cæli, ad lucendum super terram, & ad principatum diei & noctis: & sint in signa & in tempora & in dies & in anuos: & sint in lucem in firmamento cæli ad lucendum super terram*. Hæc omnia vestræ pietati recitanda duxi, ut ex ipsis rebus atque ex Scripturis divinitus inspiratis ostenderem lunam non esse insaniæ causam; sed malignum dolosumque diabolum. Ipse namque inter malignos artifices annumeratur, & cum non possit alia ratione rebus conditis numinis speciem adfingere, vel homines ad idolorum fictionem compellere, observat neomeniam lunæ: & cum ad quintum diem pervenerit, tunc procurat ut epilepticus clamet, spumas efferat, sese in ignem conjiciat aut in aquam, ut ejus parentes aut fratres, sive consanguinei, cogantur lunam adorare, rati ipsam puero dæmonium immisisse. Quamobrem Græci reginam cæli vocant ipsam; quæ tamen famula noctis est, & humanæ naturæ ministra, non autem domina & princeps. Quare Jesus Moysis successor præcepit ipsis, his verbis: *Stet sol contra Gabaou, & luna contra vallem Elom, donec quinque reges Amorrhæorum in fugam vertam*. Homo itaque qui lunæ imperat, quomodo potest ab ipsis luminaribus malo adfici, iisque subjici? Apage ergo machinas draconis apostatæ, ac gentilem errorem & superstitionem.

Matth. 17. 14. — Eccli. 43. 7. — Gen. 1. 14. — Jesu 10. 12.

(3) *Quia clauditis regnum cælorum*. Lucas autem ait: *Quia tulistis clavem scientiæ*, id est, fidem in Christum, utpote quæ viam paret ad cognitionem veritatis & doctrinæ ipsius. Quam clavem abstulerunt ab iis qui ejus ope intraturi erant.

Matth. 23. 13. — Luc. 11. 52.

(1) Hæc ad finem usque, quæ in editis desiderabantur, & in editione Athanasii nostra separatim ponuntur p. 509. ex manuscriptis mutuati sumus.
(2) Hæc ex cod. Reg. 1993. X. sæculi fol. 323.
(3) In edit. Athan. p. 504. ex Possino.

M O N I T U M

in excerpta Commentariorum in Lucam.

HÆrebamus olim num Athanasius Commentaria in Lucam edidisset, necne. Licet enim Catenæ in Lucam aliquot ejus fragmenta præferrent, non in promtu erat dicere ex Commentariis-ne, an ex aliis injuria temporum obliteratis operibus hinc inde exsumta a Catenarum auctoribus fuissent. His vero prolatis in lucem Commentariorum reliquiis, vix ambigendi locus superest: quod item de Commentariis in Matthaeum dicimus. Nam series ipsa, Euangeliorum interpretem, cui unus ea explanandi scopus sit, arguit; non autem scriptorem ἐκ παρέργου, sive ex occasione, Euangelii dicta adferentem: quod sane sagaci cuilibet perspicuum fore arbitramur. In editione autem Athanasiana nostra, nonnulla in Lucam ἀποσπασμάτια protulimus: verum sub hæc in multa alia incidimus, quæ sive ex Codicibus mss. sive ex Catena edita in Lucam, jam triplo saltem auctiora prodeunt. Horum porro Athanasium vere auctorem esse produnt, cum styli genus plane Athanasianum, tum ea quæ contra Arianos, quasi cum hæc scriberentur turbas dantes, & Verbi deitatem impugnantes, adferuntur. quæ oratione & arguendi ritu cum Athanasii contra Arianos velitationibus ita congruunt, ut ovum non sit ovo similius. Sub finem vero luculentum habet de expiandis in futura vita levioribus erratis testimonium: ubi clare dicit posse defunctos, qui ex segnitie vel ex procrastinatione aliquid omiserint, amicorum ope juvari; secus eos qui improbe versati, pœnitentiam in hac vita non egerint.

EX COMMENTARIIS S. ATHANASII

IN LUCAM.

Luc. 1. 20. *ET ecce eris tacens, & non poteris loqui, usque* A *in diem quo hæc fiant; pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.* (1) Zachariæ non credenti jure non parcit Angelus, quia ille steriles alias mulieres, quæ antea pepererant, in exemplum habuit, ut docent

Ibid. 35. Scripturæ sacræ. *Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Neque solum ait Angelus ad Virginem, *quod nascetur*, ne ipsi extrinsecus inductum corpus putaretur; sed illud etiam addidit, *ex te*, ut quod nascebatur ab ipsa naturaliter proditurum crederetur. Sanctum autem vocandum erat, non quasi in ipso Filius B Dei habitaturus esset, atque ex participatione esset sanctificandus; sed quia utpote Filius Dei, vere ac secundum naturam sanctus esset, atque unus. *Et ecce Elisabet cognata tua.* Cognatam autem sanctissimæ Virginis Elisabetam dixit Angelus; sive quia ex uno eodemque proavo

Exod. 6. 23. Jacobo ortum ducebant; sive quia ante datam legem, Aaron qui ex tribu Levi erat, Elisabetam uxorem accepit, filiam Aminadab & sororem Naasson, ex tribu Juda orti. Siquidem hic regia tribus Juda, ex qua sanctissima Virgo exorta est, sacerdotali tribui C Levi conjuncta est, ex qua Elisabet erat. Quamobrem admirabili prorsus modo sapientissima sanctissimi Spiritus gratia curavit, ut etiam hæc Zachariæ uxor, perinde atque illa Aaronis conjux, Elisabet vocaretur; ut vel ex nomine clare edisceremus, cognationem Virginem inter & matrem Præcursoris Elisabetam, ex alia illa Elisabeta duci.

Luc. 1. 38. Cum porro dixit sanctissima Virgo: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum;* D id declaravit: Tabula sum in qua quidquid scribæ placet, describitur. Scribat, pro lubito agat Dominus universi. Accepta Angelus a sanctissima Virgine fidei confessione, abscessit ab illa.

Luc. 1. 46. (2) *Magnificat anima mea Dominum.* Sicut enim gloriam Deo adferre, non significat ipsi laudem aliquam & honorem extrinsecus tribuere: neque etiam Dominum sanctificare, significat illi sanctitatem addere; sic magnificare Deum, non indicat ipsi conferre magnitudinis accessionem: sed qui magnificat ipsum, magnitudinis illius participationem in se recipit. Quamobrem dictum est: *Magnificat anima mea Dominum.* Quæ sane admiranda ei non videbuntur, qui probe noverit Deum nequaquam accipere, sed largiri bona.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ibid. 48. At qualis res est virginitas? Nam alias quidem virtutes si quis exercere velit, is a lege dirigitur: at virginitas quæ legem superat, atque ad præstantiorem scopum vitæ institutum agit, indicium est futuri sæculi, atque una angelicæ puritatis imago. Multa sane de illa suppetunt dicenda; at ne mani estis in rebus moras traham; vel unum omnium instar erit, quo hujusmodi virtutis præstantiam declarem. Siquidem Deus verbum omnium dominus, cum vellet Pater omnia erigere atque renovare, matrem corporis, quod gestaturus erat, non aliam quam virginem esse voluit; quod ita factum est: atque ita Dominus ad nos homo peregrinatus est; ut quemadmodum omnia per ipsum facta sunt; ita quoque virginitas ex ipso oriretur, ac per ipsum hominibus isthæc gratia tribueretur, atque crescendo perseveraret. Quanta porro sit isthæc virginum gloria, & quod sit illud indicium ejus deitatis, hinc ediscere licet: si sanctorum Martyrum parentes ob filiorum fortitudinem conspicui sunt, Esai. 31. si gaudet Sara Isaac enixa, & beati sunt quotquot semen habent in Sion, & familiares in Jerusalem, ut ait Propheta; quanti æstimanda est gloria sanctæ Virginis ac divinæ Mariæ, quæ Verbi mater, secundum carnis ortum, est & vocatur. Enimvero divinum hunc partum cum Angelorum exercitus celebravit, tum mulier alta voce dixit: *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti.* Luc. 11. 27. Imo ipsa Dominipara & sem-

(1) Hæc ex Codice Regio 2428. X. sæculi.
(2) Quæ sequuntur ex Codice Reg. 1440. desumta, cusa sunt, p. 304.

Luc. 1. 48. semper virgo Maria, cum nosset id quod in se A gestum erat, ait: *Ex hinc beatam me dicent omnes generationes*. Quod autem in Maria gestum est, id omnibus virginibus in gloriam vertit. Ipsæ namque velut ex illa radice ceu virginei pendent rami.

Luc. 2. 22. (1) *Et postquam impleti sunt dies purgationis eorum, secundum legem Moysis, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur: & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum*. B Qui non ut esset & exsisteret, aliorum hominum more, carnem induit; sed ut carnem sanctificaret, factus est homo. Quod si quis illud, *ut sisterent eum Domino*, de ipso Domino dictum excipiat, is sane a veri similitudine labitur. Quandonam Dominus oculis Patris absconditus fuit, ut non posset ab ipso videri? Aut quis locus extra ejus ditionem positus, ut illic degens, Patri præsens non esset, nisi Jerosolymam allatus & in templum inductus esset? Cur figuratam hostiam offerebant, cum ipse sit veritas? An forte non pro illo, sed pro nobis hæc scripta sunt? C Quemadmodum enim, Deus cum sit, non sui causa, natura homo, sine mutatione tamen, efficitur, carne circumciditur, baptizatur, &c. sed nostri gratia, ut nos qui homines sumus, adoptione per gratiam dii efficiamur, & circumcidamur spiritualiter, non secundum legem, sordes peccati per baptismum abluamus, crucifigamur mundo, & resurgamus Deo. Ita quod hic dicitur de purgatione eorum, &c, *ut sisterent eum Do-* D *mino*, & de figuratis hostiis, non ipsius, sed nostri causa gesta & scripta sunt; ut discamus, quomodo nos purgare & sistere Deo debeamus, mystice ac spiritualiter offerentes ipsi par turturum, aut duos pullos columbarum. Turtur quippe temperantiæ & quietis symbolum est: nam solitudinis amans continentissimumque animal est; ita ut sive mare, sive fœmina defunctis, neuter eorum alteri copuletur: pulli vero columbarum,

A innocentiæ & mansuetudinis typus sunt. Quotquot igitur sese per continentiam a carnalibus voluptatibus & concupiscentiis expurgant, ac per innocentiam & mansuetudinem ab ira & furore temperant, pulcras revera hostias adferentes, Dei aspectui patent, ac in Jerusalem cælesti se sistunt. Nihil quippe ita Deo carum est ut innocentia & continentia. Ita sane nos continentes esse expetit, ut ne quidem ad concupiscentiam usque mulierem respiciamus. De innocentia autem hæc ait: *Nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli*, non corporea quidem sta- Mat. 18. 3. B tura; sed iis puerorum innocentiam significat. Mansuetudinis porro & humilitatis sese in exemplum proponit dicens: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde*. Quod si quis dixerit, Mat. 11. 29. Quare memorata animalia bina offerri præcepit, & alia quidem perfecta, alia pullos vult esse? Huic reponam, eum homo ex duobus constet, anima scilicet & corpore, duplicem a nobis continentiam & mansuetudinem Deum requirere. Nam si corpore quidem a carnalibus voluptatibus abstineam, animo autem ad earum cupidinem movear, non continens, sed mœchus C sum. Nam qui respexit, ait, ad concupiscendum, jam mœchatus est in corde. Ac rursum, qui specie quidem mansuetus esse videtur; anima autem ad iram commovetur; non innocens, sed hypocrita & iracundus est, occultæ malitiæ operimentum habens ementitam illam innocentiæ speciem: quod genus hominum propheta subindicat his verbis: *Ore suo benedicebant & corde suo maledicebant*. Ac rursus: *Qui loquun-* Psal. 61. 5. D *tur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum*. Quod autem alia perfecta animalia, alios pullos postulet offerri, id significat, Psal. 27. 3. nos prudentia & continentia perfectos esse oportere; malitia autem infantes, ut ait Apostolus. At videamus de quibus, ubi, & quando dictum sit, *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*: & quodnam sit legis ænigma.

Cetera desunt.

Luc. 2. 29. (2) IN illud: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace*. Mortem itaque contemnamus: licet enim reformidemus illam, nihilo minus tamen præfinitis a providentia temporibus moriemur. Præstat enim eam, ut repetitum debitum, cum virtute excipere; quam sine gloria oppetere. Nam qui religiose diem obit, nequaquam moritur; qui vero de tempore solum requisitus fuerit, quasi sibi ipsi vixerit; necesse est etiam ut temporis rationem Luc. 16. 25. reddat: & si non reddat, id audiet, *Recepisti* E *bona in vita tua, nunc autem hic cruciaris*. Viriliter itaque agendum, ut præcepit Apostolus; ita ut jam mortificemus membra quæ sunt super terram; atque præparanda pro exitu sunt opera nostra; ut si temporis terminus accedat, aut vocemur a Salvatore, dicamus & nos, *Nunc dimittis servum tuum, Domine*: & si ipse Dominus venerit, nos vigilantes inveniat, nec dormientes increpet his verbis, *Sic non potuistis una hora vigilare*? Somnus porro animæ, est incuria Marc. 14. 37. & mortis oblivio.

Quæ sequuntur ibid. pag. 1010. in sermone majore de Fide habes supra.

Luc. 4. 34. (3) ET *in synagoga erat homo habens spiritum dæmonii immundi, & exclamavit voce magna dicens: Sine quid nobis & tibi, Jesu Nazarene? Venisti perdere nos. Scimus te quis sis, Sanctus Dei*. Dæmon qui dixit, *Scimus te*, non vere sciebat ipsum; sed verbis simulabat. Etsi autem vera loqueretur, nam vere dicebat utique, *Tu es sanctus Dei*, ipsum tamen frænabat Do- F minus coercebatque ne loqueretur; ne forte una cum veritate suam quoque malitiam disseminaret; utque nos assuesceret, numquam illorum dictis, & si vera loqui viderentur, fidem habere. Siquidem indecorum est nos, divinis Scripturis ac Servatoris libertate instructos, a diabolo, qui proprium non servavit ordinem, & alia pro aliis sensit, edoceri. Quamobrem illum, vel Scriptura-

(1) Quæ sequuntur in eodem Codice Regio 2440. exstant.
(2) Hæc habentur in eodem Codice: editaque primum a nobis sunt Athan. T. 1. p. 504.
(3) Hæc in eodem Codice Reg. quibus perquam similia habes in Epistola ad Episcopos Ægypti & Libyæ, p. 209.

Psal. 49.16. pturarum dicta proferentem, coercet dicens: *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras justitias meas?* Possunt itaque fideles ab ipsa paterna voce dicente, *Hic est filius meus dilectus*, & ab Angelis ipsum adorantibus, necnon a sanctis qui de illo scripserunt, ediscere, ipsum solum esse Filium & Verbum Dei. Ariani vero, utpote non pura mente præditi, cum non valeant a divinis & theologis viris id audire, vel a similibus sui dæmonibus ediscant, ipsos non quasi multi exsisterent; sed unum esse scientes, dixisse, *Tu es sanctus Dei, & filius Dei*. Nam qui hæresin ipsis suggessit, non dixit, *Tu es sanctus Dei*, quasi alii essent; sed, *Tu es ille sanctus Dei*, quasi scilicet ipso solo exsistente. Apposite igitur articulus additur: nam unus est qui natura sanctus est, cujus participatione alii sancti evadunt. Ita plerumque vel ipsi mendacii artifices, ab ipsa veritatis perspicuitate coacti, vel inviti testimonium veritati ferunt. Siquidem dæmones non euangelistarum officium præstabant; sed cum veritatis lucem obtueri non valerent, clamabant; *Scimus te quis sis, sanctus Dei*.

Luc. 8. 50. (1) *Jesus autem, his auditis, respondit ei dicens: Noli timere, crede tantum, & salva erit*. Fidem primo postulat Dominus ab iis, qui invocant ipsum; quemadmodum a cæco his verbis: *Credis quia possum hoc tibi facere:* & lunatico ait: *Si credis, fiet*. Id autem Servator postulat, non quod alterius ope egeat: ipse namque fidei quoque dominus & largitor est; sed ne videatur personas accipere, utque putetur ipsum credentibus annuere, hominesque sine fide beneficia non accepturos, atque ex infidelitate eadem amissuros esse. Nam cum gratiam confert, vult gratiam permanere; & quando curat, curationem numquam cadere. Paralyticum ergo confirmabat di-

Joan. 5. 14. cens: *Sanus factus es, noli amplius peccare*. Ac quemadmodum si medicus cum morbo laborantes adit, sciscitetur primum, an curari velint, ne ipso, repugnantibus ægris, medelam adhibente, inutilis cura evadat; eodem prorsus ritu Dominus curandos interrogabat, ipsisque credentibus gratiam conferebat, ut fide gratiam retinere possent: nam voluntatis animi fides argumentum est. Sic itaque jam: *Crede tantum, & salva erit*.

Luc. 9. 57. (2) *Factum est autem, ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque ieris, Domine. Et dixit illi Jesus: Vulpes foveas habent, & volucres cæli domicilia; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet*. Quamobrem hunc Scribam, qui se eum sequuturum pollicebatur, verbo scilicet clamantem, ac mente nihil curantem; sed aliis pertractum negotiis videns Dominus, argumento eum pudore suffudit: neque aversatus virum repulit, neque velut ignarus ejus dictis deceptus est; sed velut gnarus coarguebat, & quasi erudiens corrigebat. Cum hæc enim diceret, docere videbatur, neminem posse Verbum sive Rationem sequi, si in irrationabilibus quiesceret, neque irrationabilium amatorem posse Verbum sive Rationem excipere, neque irrationabilia comminiscentem, posse Rationis notitiam assequi. Ex A ausu sane illius, temeritatis & inscitiæ ejus argumentum deprehendere licet. Nam si Verbi vim novisset, nequaquam sibi spiritualis Verbi commentitiam speciem effinxisset; neque, homo cum esset, incomprehensibili Servatoris virtuti sese exæquare ausus fuisset, dicens: *Sequar te quocumque ieris*. Etenim Servatorem simpliciter sequi ad doctrinam ejus audiendam, humanæ quidem naturæ possibile est, idque ex ejus benignitate fieri potest; at cum illo una extendi ac concurrere ubique, id sane fieri nequit, & pollicentis audaciam prodit. Neque enim cum illo, in sinu B Patris quiescenti una esse possumus. Nam qui id præstare possimus cum alterius naturæ simus? Neque cum illo, qui ubique est, concurrere valemus. Nam ille quidem a nullo continetur, nos continemur; ille in universo & extra universum est, nos vero in universo dimensam habemus constitutionem; ille, Dominus scilicet, immobili & immutabili modo omnia movet, universa administrat; nos vero homines, transeuntes a loco unde amovemur, sane impares sumus, relicto loco, qui præsentiæ deitatis ipsius ubique exsistenti & immobili exæquemur. Sed Dominus de utraque re corrigit illum, C atque imparatum inconsultumque propositum arguit: magnitudinemque deitatis suæ docet, dicens, *Vulpes foveas habent*, & cetera. Fortasse vero his significatur, opificia omnia contineri loco, & loco dissita esse; at Verbum Dei virtutem habere, quæ a nullo continetur; ita ut a tali dicto, *Sequar te quocumque ieris*, abstinendum sit. Quod si erudiri velis, ab irrationabilibus absiste, & rationi seu Verbo te applica: nam fieri nequit ut qui cum *irrationabilitate* degit, Verbi sive Rationis discipulus evadat.

(3) *Cui simile æstimabo regnum Dei? Simile est fer-* Luc. 13. 20.
D *mento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentatum est totum*. Hoc itaque perpende quisquis de dictis hujusmodi ambigis, quemlibet hominem qui parvum virtutis fermentum possidet, quique ad panem ex eo conficiendum nondum usus est: & tamen id voluit; sed segnitiei, incuriæ, ignaviæ, aut procrastinationis ergo non potuit, interceptum ac demessum quo tempore non exspectabat, apud justum judicem non venturum in oblivionem: sed (Deus) post ejus interitum familiares & cognatos ejus excitabit, eorum mentem diriget, corda pertrahet, E animas flectet: atque ii ad opem & auxilium ipsi ferendum accedent. Quare iidem, movente Domino corda ipsorum, quæ defuncto deerant supplebunt. Qui autem improbe versatus in vita est, in spinis prorsus convolutus, atque impura materia plenus, qui nunquam in conscientiam ingressus est suam; sed absque metu & indifferenter voluptatum fœtoribus incubuit, omnes carnis concupiscentias exsequens, nihil prorsus de anima cogitans: sed corporearum solummodo rerum sensu adfectus; cum deinceps interceptus e vita migraverit, ipsi nullus omnino porriget manum: atque F ita cum ipso agetur, ut neque ab uxore, neque a filiis, vel a fratribus, aut a cognatis & amicis juvetur: neque Deus illum ullatenus curabit.

(1) Hæc in eodem Cod.
(2) In eodem Codice.
(3) Ex Codice Reg. 1995. XIII. sæculi.

IN HOMILIAM IN CANTICUM CANTICORUM

ADMONITIO.

HÆC homilia, otiosi & imperiti hominis opusculum, ex Codice Ambrosiano num. 55. prodit: eo tempore, ut æstimare licet, editum, quo Manichæi in Oriente turbas dabant, quod præsertim octavo, nono, & decimo sæculo contigit: nam scriptor iste Manichæos, ut tunc vigentes, commemorat. Jerosolymam vero adiisse se testificatur, ubi locum Christi suspendio consecratum ad septentrionem Jerosolymorum situm adfirmat. Hasce quales quales merces tibi, lector erudite, sistimus: quia etsi supposititiæ, suo fructu non vacant, ut pluribus est a nobis alias comprobatum.

Ex Mſ. Codice Bibliothecæ Ambrosianæ, num. 55.

Ejusdem S. Athanasii Archiepiscopi Alexandriæ in Canticum canticorum.

1. DEsiderabiles sermones, amabiles atque in cælum adducentes, alas quoque fidelibus addentes. Divinæ quippe Scripturæ fideles ex cælestium rerum desiderio revera alis instruunt. Quo desiderio motus Sanctorum quispiam dicebat, (Psal. 54. 7.) *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam?* Trahebat ipsum cælestium rerum desiderium, alas eidem addebat mens illa sanctorum, qui terrenorum obliviscuntur, atque unam cœlestium gerunt sollicitudinem. Cum enim ipsi sancti mentem totam cælo dedissent, & cælestium dumtaxat cupidine tenerentur, veniebant in terrenarum rerum oblivionem. Hoc item desiderio motus Paulus Apostolus dicebat, (Phil. 3. 14.) *Ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis.* Viden' sanctos alis instructos? Nam alas addunt revera sermones hujusmodi. Quorum namque mens non accepit alas audita hujusmodi lectione? Vide mihi, quæso, beatæ illius animæ desiderium quæ ait: (Cant. 4. 16.) *Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata mea.* Vide mihi, quæso, fiduciam beatæ illius animæ, quanta confidentia ad sui exercitationem tentationes provocet: *Surge*, inquit, *Aquilo, & veni Auster*, ac si diceret, Ego firmatus sum supra petram, accedant venti & impingant in me, alter ex illa, alter ex alia parte: neminem ego formido, petram habeo me sustinentem & portantem: domum quippe meam supra petram ædificavi, accedentibusque ventis nihil extimui. Nosse vis quæ sit petra illa, in qua stabat beata hujusmodi anima? audi quomodo eam interpretatur Paulus dicens: (1. Cor. 10. 4.) *Petra autem erat Christus.* Super hanc petram consistens nihil reformidat, imo etiam diabolum ab Aquilone venientem non pertimescit, nec magis illum qui venit ab Austro. Quando in petra fundatus sum in ipsaque consisto, nihil sane metuo: quamvis mortem interminetur, non paveo, nec metuo persequutionem. Paratus sum ad confitendum: non timeo famem, quia Verbum adest mihi quod vires addat: nam dico perinde atque B. Paulus: (Phil. 4. 13.) *Omnia possum in eo, qui me confortat, Christo.* Si mihi tribulatio accidat, ipsam sustineo; persequutio si veniat, martyrium subeo; si fames eveniat, Verbum adest quod mihi cibum subministret; si gladius accedat, adest ille qui plusquam omnis gladius anceps penetrat usque ad compagines & medullas: si voluptas carnis accidat mihi, gladio ancipiti ipsam reseco, & abjicio ac meipsum castro, non admoto gladio, ut quidam homines; sed ut dixit Dominus, (Mat. 19. 12.) *Sunt Eunuchi qui* A *seipsos castraverunt propter regnum cælorum.* Siquidem homines alios homines castrant non propter regnum cælorum, sed propter regnum mulierum suarum, ut scilicet eas custodiant: itemque superbiæ causa id agunt. Vis scire qui sint ii qui seipsos castraverunt propter regnum cælorum? Joseph propter regnum cælorum sese castravit; cum enim a Domina sua in cubiculo teneretur, nemoque adesset, illa vim inferente ut lasciviem suam satiaret, ipse sese castravit, ejus scilicet voluntati non obtemperando.

B 2. Idipsum quoque beata Susanna fecit, cum sola in horto deprehensa fuit a duobus Senioribus, adulterio cum illa misceri conantibus, (improbi Senes ac Domino perosi,) de quibus Salomon dicebat, imo potius Dominus per Salomonem: *Tres species hominum odit anima mea,* (Eccli. 25. 4.) *senem adulterum, pauperem superbum & divitem mendacem.* Viden' quam odiosi apud Dominum Senes illi? Cum itaque beatæ Susannæ imminerent, nemine tum in loco præsente, suæ satiandæ libidinis percupidi; ipsa consilio apud semetipsam habito, sese castravit propter regnum C cælorum. Homo quippe non potest hominem custodire, neque mater filiam, neque ancilla dominam, nisi pia cogitatio custos hominis adfuerit. Ideoque homo quisquis sis, qui teipsum castrasti propter regnum cælorum: & tu mulier, tecum habita illius sententiæ ratione, teipsam examines & dicas, *Surge Aquilo & veni* (Cant. 4. 16.) *Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata mea.* Cum enim Dominus & Salvator noster crucifixus est, cum sol obnubilatus est, terraque tremuit, cum petræ scinderentur, sepulcra D aperirentur, tum formido discipulos occupavit, (Mat. 26. 31.) ignaros illius sententiæ, *Percutiam pastorem & dispergentur oves gregis:* tum discipuli propter metum Judæorum unanimiter erant in conclavi absconditi. Ne quis Judæus istic præsens irrideat, neu quis Græcus hæc audiens cachinnos effundat. In hoc uno spem habemus, quapropter cum fiducia loquor. Hic enim qui pendet in ligno, ipse est salus nostra; nam supplicium crucis quod subiit, purgatio peccatorum nostrorum erat. Fuitque tunc spectaculum grande, quod crucifixo corpore, peccatum caderet. E Nisi enim crucifixus esset, plagis vibicibusque in corpore atque infirmitatibus adficeremur. Conspecta namque diabolus imbecillitate nostra, adversum nos superbiebat, imminebatque nobis: nam, *Dixit inimicus, Persequar & comprehendam.* (Exod. 15. 9.) Quamobrem cum descendisset Dominus, neminem adversus adiit, nisi diabolum: ille e-

nim erat qui vulnera nobis inflixerat, nosque corruperat in infirmitatibus nostris. Quapropter
Jer. 51. 25. ait Dominus: *Ecce ego ad te, mons corruptus, qui corrumpis universam terram*. Ideo, inquit, ne rideat Judæus, discipulis latentibus, atque corpore crucifixo. Cum enim corpus in cruce penderet, Verbum spoliavit infernum, ac infernales ostiarii illo conspectu exhorruerunt: quo tempore mulieres corpori adstabant, in monumento lacrymantes.

3. Tunc dicant discipuli Domini in conclavi latentes: *Surge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum meum, & fluant aromata mea*. Corpus quidem ex parte Aquilonis jacens exurgat, Verbum vero ex Austro veniat. Num ad Aquilonem jacuit corpus Domini? Nos certe in loco fuimus, in quo crucifixus est Dominus, eratque ab Aquilone Hierosolymæ. Idcirco
Psal. 47. 3. David caute & consideranter ait: *Montes Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni*. Ideoque nos quando locum adiimus ubi crucifixus est Christus, cum stantes versus Orientem precaremur, eumdem locum in quo Dominus cruci fuerat adfixus, ad Aquilonem esse deprehendimus. Idcirco discipuli, ut dictum est, in conclavi intus latentes, dicant, *Surge Aquilo, & veni Auster, excitare cum Aquilone*, id est, ex Austro ad corpus accede. Idipsum enim in Pro-
Habac. 3. 3. phetis scriptum est: *Deus ex Theman veniet*. Postquam triduo ad Aquilonem corpus jacuisset, venit Servator ab Austro, & accipit corpus quod in Aquilone jacebat; discipulosque quo loco considebant adit. Tunc demum intrante Jesu, flatu repletus hortus fuit, & fluxerunt aromata. Tunc discipuli Domino dixerint. O Domine, cum tu cruci adfixus es & infernum spoliasti, nos in cella eramus unanimiter congregati lucemque tuam quærentes: lux vero nobis præsentia tua est: qua privati, magnis in tenebris versabamur: atque hæc tunc adversum nos proferebantur:
Ps. 106. 26. *Anima eorum in malis tabescebat*. In malis namque tunc constituti, te non videbamus; nunc autem conspicati Aquilonem surrexisse venisseque Austrum, hortum flatu repletum esse, & aromata fluxisse vidimus.

4. Tunc accedat Thomas ad considerandum corpus, videatque vestigia clavorum, ac dicat: Hortus flatu auraque repletus est, & fluxerunt aromata. Aromata porro nostra sunt incorruptio, quam corpus induit: ideo quippe Paulus ait, *Oportet incorruptibile hoc induere incorruptio-*
1. Cor. 15. 53. *nem, & mortale hoc induere immortalitatem*. Quandonam corpus induit incorruptionem, nisi quando Verbum requievit in ipso; scilicet quando Salvator resurrexit, & cum mulieres accesserunt ut ipsum contingerent, ait illis, *Ne me tangite, nondum enim adscendi ad Patrem meum*? Quocirca si teipsum castrasti, tu o homo, sive tu, o mulier, audite desiderium beatæ illius animæ, quomodo Verbi cupidine accensa dicat, *Descendat dilectus meus in hortum su-*
Cant. 5. 1. *um, & comedat fructum pomorum suorum*. At enim tunc hortatur Verbum ut veniat in hortum, & comedat fructum pomorum suorum. Hortum æstimo esse mundum, in quem hortatur ipsum ut descendat & comedat fructum pomorum suorum. Poma autem sunt homines; fructus vero pomorum, opera legis, ad quem comedendum fructum rogabat ut descenderet. Ita quoque nos, si fructus legis paratos habeamus quos offeramus Domino, ipsum Verbum roge- A mus ut descendat & comedat fructum pomorum suorum: ipsius enim poma atque opificia sumus, creati ad opera bona.

5. Quapropter rogemus ipsum. Quo pacto rogabimus? Per supplicationes & orationes, non ore clamando, sed cogitatione in nobis ipsis precando. Quid enim clamosa precaris voce, ac si dormiat Deus? Nam *ecce non* Ps. 120. 4.
dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Idipsum enim ait Hieremias: *Vigilavit su-* Thren. 1. 14.
per impietates meas. Idem Esaias loquutus est: *Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum*. B Non enim Deus exspectat verba labiis prolata. Et sane Salvator in Euangelio ait: Scit Deus quorum opus habeatis antequam petatis ab ipso. Ideo ne quasi perfunctorie clamemus in precando: sed si ore precaris, precare & mente. Id enim & Paulus ajebat: *Psallam spiri-* 1. Cor. 14. 15.
tu, psallam & mente. *De profundis*, inquit a- Psal. 129. 1.
lius, *clamavi ad te Domine*. Quamobrem & mulier in libris Regum, cum clamando precaretur, Sacerdos ipsam coercuit, ratus ebriam esse; & tamen illa cum mente precaretur, optatum consequuta, Samuelem peperit. Quid ergo tu cla- C mas in oratione, ac si Deus non audiat? Audi eum qui dicit, *Qui plantavit aurem non audiet?* Psal. 93. 9.
Nam si tu, quia aures habes, audis, quanto magis aurium opifex? Ne clamemus itaque ad Dominum precando, quasi Deus non audiat: Deus enim vel silentes audit. Viden' desiderium beatæ illius animæ, quo pacto hortante illa his verbis: *Descendat dilectus meus in hortum suum,* Cant. 5. 1.
& comedat fructum pomorum suorum, extemplo & nulla interposita mora Verbum dicat, *Intra-* Ibid.
vi in hortum meum soror mea sponsa. Nihil ce- D lerius, ipsa quippe loquente, subito respondit. Viden' quod scriptum est: *Quoniam adhuc te loquente dicam, Ecce adsum*. Cum primum enim ipsa hortata est atque dixit, *Descende*, o Verbum, *in hortum tuum, & comede fructum pomorum tuorum*, subito respondit illi dicens: *Intravi in hortum meum, soror mea sponsa*.

6. Quid est quod sponsam & sororem eamdem vocat? Non enim quivis sponsus sponsam suam sororem nuncupaverit. Hic vero & sororem & sponsam ipsam compellat, scilicet ut o- E stenderet non esse thalamum carnis voluptuosum. Nam cum sponsam vocat, id agit Verbi causa, quod animam desponsavit. Idipsum enim Paulus ait: *Despondi vos uni viro, vir-* 2. Cor. 11. 2.
ginem castam exhibere Christo. Cum autem ipsam sororem nuncupat, id ait, propter carnem quam gestavit. Id quippe Prophetarum aliquis indicat, hæc de ipso loquens, *Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Ideo ne- Psal. 21. 23.
mo arbitretur sermones hujusmodi carnales esse. Cum enim ipsum beata illa anima hortatur dicens, *Descendat dilectus meus in hortum* Cant. 5. 1.
F *suum, & comedat fructum pomorum suorum*, ubi animam audis, ne unam suspicere animam, sed totum mundum. Quamobrem invitemus ipsum his verbis. *Descende*, o Verbum, *in hortum tuum, & comede fructum pomorum tuorum*; & ipsum subito respondebit, *Ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis*. Num concitasti me ut descenderem & comederem fructus? Ecce descendi, da mihi fructus. Judæorum quidem sermo pro uvis spinas statim profert, & pro ficis tribulos. Quandonam autem

ipsi

ipsi hujusmodi fructus obtulerunt, nisi quando A crucifigebatur? Petiit enim potum ex fructibus vineæ, & vini loco obtulerunt illi accetum. Viden' fructum eorum, quo pacto in acetum versus sit? Dicat proinde Salvator, Evocasti me ut descenderem & comederem poma, ecce veni sitibundus, & acetum mihi obtulisti: veni etiam esuriens ad ficum, & folia solum inveni. Utinam vel folia tantum invenissem, dum ne aridum lignum: ideoque ipsi maledixi, Descendi enim ut comederem fructus pomorum; & cum descendissem, ecce deprehendi sanguinem super sanguine commixtum, fornicarios, B adulteros, & sanguinem innocentem effusum. Inveni vos sculpentes lapides & rem sculptam Deum vocantes, ac demum pro fructibus myrrham reperi, atque tui causa abducor ad mortem. *Descendi ut comederem fructus pomorum:* & ecce propter te loco messis mortem accipio: myrrham meto cum aromatibus. At utinam postquam myrrham pro messe recepi, vel ita tandem salutem nanciscamini, ac scelerum finem faciatis, nec dicatur adversum vos id quod in vi-

Psal. 29. 10. gesimo nono psalmo habetur, *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Descen- C di enim propter te ac mortem myrrhamque pro messe accepi; ac non solum myrrham, sed etiam cum aromatibus. Quo pacto autem cum aromatibus? Quando enim myrrham messui, scilicet mortem, corpus in monumento depositum fuit: cum resurrexit idem corpus incorruptum, tunc apparuerunt aromata: aromata porro erant incorruptio corporis.

Cant. 5. 1. 7. Quapropter pulcre sic loquitur, *Myrrham meam messui cum aromatibus meis: comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Viden' Verbum ad omnem ætatem e- D missum? Quod Judæis quidem utpote infantibus

A mel & lac in alimentum præbeat; mel & lac cum audis, legem existima: nam ipsis utpote infantibus lac datum est; perfectis vero panis & & vinum datum. Solida enim esca est panis atque vinum, scilicet Euangelium. Quamobrem pulcre Salvator ait: *Comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Ibid. Viden' quo pacto ubique idipsum dicat? Ipsius enim est tam novum quam vetus Testamentum. Ideo væ Judæis qui mel & lac comedunt. Similiter & Manichæi panem & vinum edunt; Catholica au- B tem Ecclesia illa duo una comedit, panem cum melle, bibitque vinum cum lacte. Et cum panem comedimus, una cum verbo mel item absumimus. Scriptum item fuit ut agnus in Pascha comederetur. Agnum itaque sumo & cum ipso Verbo manduco; nec agnum solum edo, sed etiam Verbum, quod sicut agnus ad occisionem ductum est. Ideo pulcre dicit: *Comedi panem meum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo:* & subito prosequitur: *Comedite vicini* Cant. 5. 1. *mei, & bibite, inebriamini fratres.* Vide quo pacto Salvator infantibus præcipiat ut comedant, ma- C joribus dicat, *Et bibite;* perfectis, *& inebriamini fratres.* Sane Paulus cum perfectus esset, & divina ista ebrietate plenus, dicebat: *Sive enim* 2. Cor. 5. 13. *mente excedimus Deo, sive sapientes sumus vobis.* Ne putes autem illum exhausto vino mente excessisse, ipse namque præcepit his verbis: *Nolite* Ephes. 5. 18. *inebriari vino in quo est luxuria:* sed Timotheo scribit: *Vino modico utere propter stomachum tuum.* 1. Tim. 5. 23. Quod si aliis hoc præcipiat, quanto magis sibi ipsi? Ille quippe inebriatus erat bona illa & divina Verbi ebrietate. Faxit autem Deus, ut nos cum illo annumeremur in regno cælorum, in D Christo Jesu, Amen.

M O N I T U M

IN SERMONEM DE PATIENTIA.

Paulo melioris notæ hic Sermo censendus est, quam præcedens, etsi ex uno eodemque Codice Ambrosiano uterque prodeat. Hic vero Athanasiani ævi perspicua signa præfert. Nam scriptus fertur quo tempore, suborto inter Christianos tumultu, carnificina in probos exerceretur, ac Episcopi veri sequaces, officii sui munia exsequi non valerent. Exemplo autem omnium quotquot in veteri vel novo Testamento memorantur sanctissimorum hominum ac feminarum, concreditum sibi populum ad patientiam cohortatur Athanasius, sive quisquis alter hunc sermonem edidit. Dum porro Martyrum cruciatus recenset, aliquot memorat qui pro Christo oculum perdiderant. Hinc vero statim inferas, Paphnutium & Potammonem Athanasii amicos indicari, qui tali supplicio perfuncti, in ministerii sui officio plurima item sunt ab Arianis perpessi. Ceterum hæc γνησιότητος argumenta non talia sunt, quæ mihi prorsus scrupulum amoveant: nam stylus plane demissior Athanasiano, fucum olere videtur, ac longe imparem Athanasio scriptorem arguere: nisi forte dicatur Athanasium infimam turbam alloquentem, pro captu populi verba fecisse. Rem dubiam mittimus: unum tantum observare libet, hanc orationem non ore in cœtu populi prolatam ferri; sed scripto transmissam fuisse.

Ex eodem Codice.

Ejusdem Athanasii Archiepiscopi Alexandrini, de Patientia.

Rom. 12. 1. 1. DOctor noster Paulus præcipit, *ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem.* Commune quidem præceptum est, sed plus promittit iis qui sanctitatem profitentur & exercent. Virgo natura similis aliis mulieribus est, proposito autem suo naturam exsuperat. Et cum ad Sanctum sancte accedere cupiat; si pro- E be hic rem gerat, rem sane mirabilem & spectaculo dignam præstat: quod si cum proposuerit non perficiat, funestus hujusmodi casus est: gravius quippe est a sublimioribus decidere, quam humi stantem ruere. Et quanto major est promissio, tanto deterior lapsus. Promissio quippe naturam superat, ipsamque in cælum sublevat, efficitque ut cum Angelis choreas agat. Atque inde instituti hujusmodi præstantia eminet, ut ait Salvator tantæ dignitati testimonium adferens, quod

quod post resurrectionem mortuorum, vita, inquit, A sit exspectatio hominum. Et rursum ait: Qui digni babiti sunt resurrectione ad futura bona possidenda, neque nubunt neque nubuntur. Quod itaque in regno cælorum promissum ae repositum est, id proprio consilio & voluntate prævertentes nonnulli, hic obtinent possidentque. Sancti enim qui defixa in Deum cogitatione fuerunt & cælestem cibum degustarunt, mundum hunc pro carcere habuerunt, & corpora sua tradiderunt ad martyrium. utque Deus in ipsis habitaret, animam suam servavere castam. Patientiam autem habebant, uti B
Marc.13.13. Dominus noster ait: *Qui patientiam habuerit usque in finem, hic salvus erit*: & quemadmodum ait
Psal. 48.9. Psalmista: *Laboravit in æternum & vivet in finem*: quotquot enim justi homines spem suam in Deo habuerunt, carnalem quietem non obtinuerunt, quæ ipsos separaret a Deo; sed in laboribus perseverabant, nihil reformidantes, nihil dubii de divinis promissionibus: sed alacriter excepta ærumnis, recordabantur ejus qui per Apo-
Hebr.10.34. stolum ait: *Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis*. Et testificatur de iis etiam qui non acceperunt redemtionem, quod noluerint in C cælestibus versari: nos autem non in sæcularibus sistere oportet, sed transmigrare, ut cum Deo versemur.

2. Nunc itaque, dilecti fratres, ne negligatis, neu similes sitis populo tempore Moysis prævaricanti, idque brevi quadraginta dierum spatio, cum ipse ascenderet acceptum divinam legem: exindeque rei & obnoxii in deserto conciderunt; sed Moysem imitemur, qui jejunus quadraginta dies totidemque noctes degit, cibo vacuus atque potu. Neque solum hisce quadraginta, sed aliis totidem jejunavit, D cor habens & oculos ipsamque carnem suspensam & ad Deum erectam. Ne concupiscamus, ut tunc illi cupidi carnium, qui in deserto
Psal. 77.30. lapsi sunt: *Adbuc escæ eorum erant in ore ipsorum*, ut psalmus habet, *& ira Dei ascendit super eos*: sed ei qui præcepta dedit cum studio & observatione hæreamus, quemadmodum filii
Hier. 35.19. Jonadab, quibus Deus hæc pollicitus est: *Non deficiet vir de filiis Jonadab, qui stet in conspectu meo cunctis diebus vitæ suæ*: qui domum non ædificaveruot sibi, neque vineas plantaverunt, & populo in redargutionem fueruot. Et E populus quidem, qui multitudine magna erat, in captivitatem adductus est; isti vero, pauci numero, a Deo servati sunt. Et vos quoque qui Patrum viam teritis, pro filiis filiorum Jonadab reputamini. Patrum hæreditatem, ut generosus ille Nabuthe, servemus. Qui Nabuthe, comminante Achab pro vinea ejus adipiscenda, atque in hortum olerum convertenda; cum nollat ei morem gerere, viriliter concertans, interemtus est: verum Deus ipsum est ultus. Nolebat scilicet vineam suam converti in hortum, ubi nascuntur porri, & cæpæ & al- F lia, a queis ipse abhorrebat: sed prætulit vineam lætitiæ; imo potius mentem suam voluit exhilaratam, non dissolutam, ut est malva in horto æstus tempore, aut quasi beta se-
Esa. 31.20. micocta: cujusmodi sunt hi proditores. Nam si ea privatus esset, privaretur forsan & illa mente paternæ religionia: siquidem vocabatur Israelites, quia mentem habebat Deum videntem. Qui autem nunc asperi nihil tolerant, vineam suam veris vitibus plenam Achabo tradiderunt, quæ pravis olerum speciebus sata est.

A 3. Ne simus pecuniæ amatores ut Elisæi puer, qui hac de causa Naamani lepram in se traduxit; sed cum patieotia toleremus ærumnas, ut laborum remissionem ac quietem nanciscamur: nemo quippe sine adflictione intrabit in regnum cælorum. Imitemur Sanctos qui ætate nos præverterunt. Prior justus fuit Abel qui ex primogenitia ovium suarum & ex eorum adipe primitias Deo obtulit, in quem frater ipsius germanus invidia inflammatus est. Quid quæso mali Caino fecerat Abel? Invidiæ autem hujusmodi causa fuit, quod cum B non rite obtulisset, acceptus non fuerit Deo. Et corpus quidem ejus occidit, ratus eadem opera divinum erga eum amorem exstinguere posse, ignorans scilicet animam ejus ad Deum clamare. At mentionem illius ipse Salvator facit in Euangelio: Caini autem memoria exstincta est. Hodie item innoxius Abel occiditur; sed sanguis ad Dominum clamat: speramusque illum sanguinem talium tantorumque martyrum noo silentio missurum. Tempus præsens illi sane simile est.

C 4. Recordemur item patientiæ & perseverantiæ Enochi, qui annos trecentos sexaginta quinque peregit mentem habens semper Deo hærentem, donec translatus est. Ne itaque remisse ac negligenter agatis, non eoim diuturno bic tempore degimus. Noe autem quingeotos annos transegit justus atque perfectus in tempore prævaricationia, priusquam alloqueretur eum Deus juberetque illum arcam fabricari; quam per alios centenos annos construxit, ridentibus adversariis suis. Verum irrisores illi diluvio perierunt: ille con- D tra qui in Deo spem habuerat, salutem cum familia sua consequutus est, & mundum servavit.

5. Abraham rursus Domino obsequutus, proprias deseruit ædes, donec promissa magna consequeretur: tentatus enim eo usque ut juberetur filium suum dilectum offerre Deo in sacrificium, responso dignatus est, quo vocabatur amicus Dei. Isaac quoque Philistæi superbe tractarunt, ejusque puteos obturaverunt, ac cum eo de aqua concertarunt: at illum denique, postquam longius abscesserat ab eis, dilatavit Deus, osque E illius replevit benedictione. Hodie quoque supersunt qui Isaaci puteos obturare tentent: verum id ne agi sinatia: sumite vobiscum Isaaci pueros, & puteos fodite; id est Apostolicæ doctrinæ auxilia: Apostoli namque sunt propugnatores veri. Jacobum rursus persequutus est ejus frater Esau, ac recessit is in Mesopotamiam, ubi greges Labani pascebat, die nocteque vigilans, & quasi mercenarius mala passus, in labore diu viriliterque perseveravit. Prudenter autem ac considerate virgas posuit in canalibus aquariorum, ita ut quotquot varii coloris erant F oves, suæ essent. Et hunc quoque Deus in novissimo dilatavit: nam cum solus abiisset, cum multitudine magna rediit, filios possedit & jumenta, nec iis solum potitus est, sed etiam Angelorum turmæ cum ipso familiariter agebant. Veniet igitur verus Jacob cum cælesti Angelicoque exercitu, scilicet ille Pastor ovium, & reddet unicuique secundum opera ejus. In Josephum autem vel ipsi fratres invidia moti sunt, ipsi filii patris sui pro pecunia tradiderunt eum, & pretium ejus inter se diviserunt. Videte quantum illi facinus perpetrarunt. Ipse

au-

autem vir justus in hisce omnibus fortiter patienterque se gessit: non enim fratrum dumtaxat invidiam, sed etiam impotentem mulieris animum tulit. Hunc vero Deus diuturno tempore viriliter agentem, constituit Ægypti regem. Nec solum ejus quod sub sensum cadebat, sed etiam cælestis regni hæres factus est. Sane hodie quoque tales reperiuntur, qui fratres suos vendant, & dividant inter se pecuniam. Recordemur etiam patientiæ Jobi, qui neque cum prospere ageret, neque cum tot tentationibus impeteretur, idque singulis in rebus atque possessionibus, ab æquitate declinavit; sed fortiter diuque toleravit, donec duplicia acciperet a Deo. De ipsoque testimonium datum est usque ad præsens tempus, quod tanta taliaque passus sit, ut palam esset omnibus, eum virum esse justum. Moyses autem non concupivit loci illius divitias adipisci, sed aufugit advenaque fuit in aliena terra, ac quæ præsentia erant dereliquit, ut æterna nancisceretur. Ipsi itaque pari regni præmio donati sunt.

6. Tempus nos deficeret si de singulis sanctis mentionem facere aggrederemur. Sed ut paucia concludamus, dicamus Heliam ab Jezabele vexatum, cum in ærumnis perseverasset, adsumtum fuisse. Elisæus autem cum sociis, oleribus vescebatur, sed Verbum vivens in se habuit: ipsiusque mortui ossa mortuum suscitaverunt: hinc indicium datur spem justi numquam perire. Hieremias, ex invidia pseudoprophetarum, in lacum lutosum vivens conjectus est. Ezechiel autem decumbens in latus alterum totos centum nonaginta dies ita transegit, comedens panem bibensque vinum cum mensura, neque in latus aliud conversus est, donec jussERit Deus. Qui autem Dominum deserunt, in latus aliud ad captandam quietem convertuntur, quos propalam est inde recepturos partem suam esse. In latus itaque idem perseverate donec jusserit Deus. Vincula namque illa magna Ezechielis, sunt firmissimi sermones Dei. Danielem autem accusarunt Satrapæ, animo ipsum a precibus deterrendi: ille vero nequaquam finem orandi fecit, injectusque bis est in lacum leonum, quorum Deus ora obturavit. Nec desunt hodie qui nos accusent, ut a precibus ad Deum emittendis absterreant. Idque manifestum est quia cum nos, tum Patres nostros episcopos persequuntur. Beatus sane vir inculpatus, in cujus ore inventa nulla est accusandi causa, nisi quod preces fundat ad Dominum. Illud est patientiam tenere usque in finem. Nemo itaque vestrum animo deficiat. Considerate Sanctos illos tres pueros qui imaginem Nabuchodonosoris adorare noluerunt, quique ex hujusmodi sanctitate ac vitæ instituto, tantum flammæ caminum exstinxere, ut neque odor ignis in vestimentis eorum inventus sit. Nec in vestris quoque indumentis sit odor ignis Nabuchodonosoris, sive spurcarum exstinctarumque diaboli cogitationum. Ne vos fallat esca, neu quis dicat: Consenui, nec jejunare possum; sed recordetur Eleazari senis, qui nequaquam Regis artibus deceptus est, ut gustaret aut manducaret immunda. Qui vero inter vos juniores sunt, in memoriam revocent septem illos generosissimos Macchabæos; ac se mutuo cohortentur, frater scilicet fratrem, donec martyrio consummentur, & sint in templo Domini quasi columnæ ignis. Matres item in vobis quotquot habentur, filios hortentur suos; quemadmodum illa Macchabæorum mater, quæ non insano amore, non errore quopiam decepta, filios hortabatur, ut eosdem in regno cælorum reciperet & una secum haberet. Quod etiamsi vos adversarii persequantur, imo & comprehendant, sat vobis esto quod corpus vestrum sit templum Dei. Mementote Apostolorum, qui olim vexati & in carcerem conjecti sunt; & ii tamen cum gaudio gratias agebant, quoniam digni habiti sunt pro nomine ejus contumeliam pati. Recordamini item tot sanctorum Martyrum, qui plagas perpessi sunt, adeo ut etiam ipsis oculi excluderentur, & coelites evaderent. Verum Dei cognitio cordibus eorum inhærebat, ipsisque competebat hoc Salvatoris dictum, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Matth. 5. 8. Sunt autem quidam hodie, qui aperte produnt se nihil ærumnarum tolerare posse, idque tribus potissimum de causis, ob avaritiam scilicet, carnisque voluptates, cibum & potum, atque ob inanem gloriam, ambitionem, humanumque metum.

7. Hæc scripsimus vos exhortandi causa; verum est sua cuique mensura secundum proprium singulorum institutum. Quisque igitur vestrum amicos sibi sursum paret, qua de causa dicit Scriptura: *In omni tempore amicus tibi sit*. Fratres autem in necessitatibus, mutuis inserviant commodis, ea enim de causa gignuntur. Quotquot igitur singulorum, quos supra recensui, imitatores sunt, eorumdem cohæredes erunt, iisque in die necessitatis amicia fruentur. Si quis presbyter est, imitetur Timotheum qui pulcre præfuit, & gradum sibi adquisivit, multamque in Christo fiduciam. Si quis Diaconus est, imitetur septem illos qui cum Stephano ad diaconi officium adlecti sunt, qui fideles ac pleni Spiritu sancto fuerunt. Si quis Lector est; is particeps & imitator ejus sit qui ait: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*; Psal. 44. 2. & ut ait Petrus, *Si quis loquitur, tamquam eloquia Dei*; 1. Pet. 4. 11. &, *argentum igne examinatum est lingua justi*. Psal. 11. 7. Monachi perfecti, sanctos hosce amicos sibi parent, Heliam, Elisæum, Joannem: qui vero inter illos juniores sunt, imitentur tres illos sanctos pueros, cum Macchabæis. Virgines autem exspectent se cum consortibus suis in cælis coronandas esse, una cum Maria Aaronis sorore, Maria Virgine, ac Thecla quæ carnalem cupidinem ab se eradicavit, necnon cum quatuor Philippi filiabus prophetantibus. Viduæ vitam suam perinde instituant atque Debora, quæ populum judicavit, quæ vocata est Mater in Jerusalem: ac sicut Judith quæ prudentia & sanctitate caput Holopherni abscidit; & sicut Anna filia Phanuel, quæ octoginta quatuor annorum cum esset, in Templo ministrabat in jejuniis & obsecrationibus, & in fine confitebatur Domino.

8. Quotquot senes ætate sunt, boni senis Abrahami in hospitii jure exercendo imitatores sint, pariterque Isaaci, Jacobi, Jobi & Loti. Vetulæ aut viduæ æmulentur viduam Sareptanam, & eam quæ duo minuta obtulit. Nunc autem dilecti mei in Domino, ne multis dicam, tempus lugendi est. *Et factum est postquam in captivitatem redacta est Jerusalem & Israel desertus est, sedit Hieremias flens, & planxit lamentatione hac super Jerusalem & dixit: Quomodo sedet sola civitas plena populo, facta est quasi vidua:* Thren. 1. 1. sancti quippe hominum lapsus deplorant. Ecce namque hodie Ecclesia Dei quasi vidua fa-

cta est : ecce viæ Sion lugent eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem, ecce Sacerdotes ejus gemunt, Virgines ejus abducuntur, clausum est Sabbatum nostrum & solemnitas, atque neomenia. Alio item loco lacrymatur Propheta dicens : *Flebo te vinea Sebama : cur perierunt vindemiatores tui ? vinum in torculari est, egens calcatoribus. Multa autem ob multitudinem vulneratorum hoc tempore recusarunt vulnerati. Quotquot igitur illæsi remanserunt juvenes expediti, conservati veniant, ut hæc percipiant.* Et rursus alio in loco hæc lamenta edit : *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabimus populum hunc die ac nocte, vulneratos filiæ populi mei, qui sapientes sunt ad faciendum malum, nesciuntque facere bonum ?* Sic faciunt qui plorant de lapsibus hominum. Ezechiel propheta rursus plorabat pro omnibus qui caderent, prout jussum ipsi fuerat : *Leva planctum super principem Tyri.* Nec de principe Tyri tantum lamentabatur ; sed ut vel ex ipsius lacrymis augurari facile est, de multis aliis : nam omnibus advigilant & lugendi exempla suppeditant. David quoque de fortium casu lamentabatur cum diceret : *Quomodo ceciderunt fortes, & perierunt vasa bellica ? Ne annuntietis in Geth, neque in viis Ascalonis, ne forte exsultent filiæ incircumcisorum.* Ecce hodieque ceciderunt fortes, & magna instrumenta bellica, de quibus lugendum est. Lugebat item ipse de Absalone non quia mortuus, sed quia prævaricatus esset. Et nos itaque ne lugeamus defunctos, sed eos qui propriam fidem abnegarunt. Excipiamus Joelis dictum ejusque jussa compleamus, queis hortatur ut lamentemur de iis qui eunt in perniciem, his verbis : *Egrediatur sponsus de cubiculo suo, & sponsa de lecto suo : Plorabunt sacerdotes ministri altaris & dicent : Parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes, ne forte dicant in gentibus, Ubi est Deus eorum ?* Fortasse nobis quoque dicatur & illud : *Zelatus est Dominus populum suum, & pepercit populo suo.* In Threnis item legitur : *Muri Sion emittant ceu torrentes lacrymas die ac nocte.* Num muris & lapidibus ita loquitur, an potius iis qui vere muri Ecclesiæ sunt ? Certe in iisdem omnibus id completum est : nam lacrymas ubique ceu torrentes emiserunt.

48. 32. Sed hæc multum a Græco & a Vulgata differunt perplexaque sunt.

Hierem. 9. 1.

Ezech. 28. 12.

2. Reg. 1. 19.

Joel. 2. 16.

Thren. 2. 18.

9. Nunc autem adsumamus Cantici verba, *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua.* Quemadmodum hodierni præsules qui non habent quo semina emittant. Attamen *venientes venient cum exsultatione, portantes manipulos suos.* Nam *beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* ; Et illud : *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum, lætitia.* Apostoli quippe qui tunc ad vesperum fleverant, ad matutinum postea lætati sunt. Et Maria Magdalena sepulcro flens adstabat, cui apparens Dominus abstulit lacrymas ab oculis ejus, sicque impletum est quod ante dictum fuerat, *Et abstulit Deus omnem lacrymam ab omni vultu.* Recordamini Domini nostri, qui tanta passus est pro nobis : exutus fuit vestimento, & induerunt eum chlamyde coccinea, imposuerunt ei spineam coronam, conspuerunt in eum, illuserunt ei : colaphis cæsus est a ministro, qui omnium Dominus est. Suspensus est in ligno, potatus aceto cum felle : diviserunt vestimenta ejus ipso vidente, lancea latus ejus confixerunt, deposuit ipse spiritum in manus Patris : repositum est corpus ejus in monumento, resurrexit tertia die, assumtus est cum gloria in cælos, prænuntiarunt eum sancti Angeli dicentes, *Attollite portas, principes, vestras.* Animo igitur considerate eum qui talem exhibuit patientiam, ut quisquis ejus imitator fuerit, cum illo sedeat ejusque cohæres sit, quemadmodum ipse pollicitus est, in regno cælorum, in sæcula sæculorum, Amen.

Psal. 125. 6.

Matth. 5. 5.

Psal. 29. 6.

Esai. 25. 8

Psal. 23. 9.

M O N I T U M

IN SEQUENTEM SERMONEM.

HOC opusculum Athanasii nomine comparet in Codicibus Ambrosianis & Ottobonianis : cujus stylus medio quodam orandi genere inter ὑψηλῷ scilicet & χυδαίῳ, progreditur. At cum quidquid homiliarum populariumque sermonum Athanasius edidit, jam injuria temporum vetustate obrutum fuerit ; & si qua hoc in genere supersunt vel aperte spuria sint, vel inter ἀμφιβαλλόμενα computentur ; haud facile est internoscere num hoc opusculum sit Athanasio adjudicandum. Si quis vero objiciat, hac rerum conditione, non posse umquam, quavis reperta homilia vel sermone Athanasii-ne sit definiri ; huic reponam, posse homilias sive orationes Athanasii nomine deprehendi, quæ primo conspectu Athanasiani styli notas præferant ; quæ autem supersunt homiliæ Athanasii nomine insignitæ, vel nugis plenæ manifesteque spuriæ sunt ; vel humiliore stylo conscripeæ, quam ut Athanasio incunctanter adscribantur. Quo postremo in genere hanc censendam putamus.

Sancti Patris nostri Athanasii Achiepiscopi Alexandrini Sermo in Ramos Palmarum.

TRemendum, dilecti, mysterium hodie Jerosolymis exstitit. Mysterium dico, quod a Prophetis prænuntiatum, a Christo consummatum est. Revera enim *benedictus qui venit in nomine Domini*, secundum beatum Davidem ; ac rursus idem, *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Ut enim communem generis humani resurrectionem fore suaderet Dominus & creator Jesus Christus, qui omnia nostri causa dispensavit & fecit, ante salutarem passionem suam, Lazarum ex mortuis suscitavit. Quamobrem hoc peracto, ut dixi, festinavit voluntariam pro nobis adire passionem. *Mittit*, ait Euangelista, *duos ex discipulis suis dicens, Euntes in vicum oppositum, invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea : solventes, adducite mihi.* Ideo beatus Jacob patriarcha cum benedictiones quasi sortem filiis impertiret, ubi ad Judam pervenisset, sic ait, *Judas te laudent fratres tui* ; & paucis interpositis, *Et ipse exspectatio gentium.* Qualium Judas gentium exspectatio fuit ? Nullius. Verum id indicat propheta, quod ex Juda sol ortus sit. Rursum paucis interjectis idem ipse ait, *Ligans ad vineam asinam suam, & ad vitem pullum asinæ.* Asinam & pullum dicens, Ecclesiam gentium significavit. Nam revera Domi-

Matth. 21. 9.

Psal. 8. 3.

Matth. 21. 2.

Gen. 49. 8.

Ibid. 10.

Ibid. 11.

minus gentes vineæ & viti colligavit ; id est, vateri & novo testamento, quo per fidem pietatis fructum ferrent. Hinc pergit, (*Ibid.*) *Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ amictum suum*. Stolam & amictum Christi, carnem nuncupat. Siquidam sponte in carne sua cruci pro nobis adfixus est, ut proprio sanguine peccatorum nostrorum sordes ablueret, quemadmodum in Esaia scriptum est: (*Esai. 63. 2.*) *Quare rubra vestimenta tua, & indumenta tua quasi calcati torcularis, plenus conculcata?* Verum ad propositum revertamur: Dicit ergo Discipulis Dominus da asina loquens: (*Luc. 19. 30.*) *Et si quis vobis dixerit, Quid facitis? aut cur solvitis pullum? dicito, Domino opus illo est*. In nullo, inquit, dubitate eorum quæ secundum œconomiam meam garuntur; namo vobis repugnabit aut obsistet in ulla re. Dicite, Domino illius essa opus: jussum meum axsequentes nemo vos coercabit, (*Psal. 49. 12.*) *Nam meus est orbis terræ & pleuitudo ejus*. Oportet igitur quæcumque a me scripta sunt ad axitum deduci. Hodie insidans subjugali Jerosolymam ingressurus sum. Scrutamini Scripturas; ecce Zacharias propheta his verbis exclamat: (*Zach. 9. 9.*) *Gaude multum filia Sion: prædicabitur tibi justus & Salvator. Ipse mausuetus, insidens subjugali, & pullo asinæ juveni*. Tempus præsans beneplaciti ast: oportet ma inimicum evertere ac per crucem omnia pacata reddere. Opus est ut isthæc Jerosolyma finem accipiat, & Ecclesia gentium firmetur. Annon psalmista David de hac vocatione gentium vaticinatus est? Quid vero ait? (*Psal. 85. 9.*) *Omnes gentes, quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te, Domine*. Hi sunt veri adoratores, qui per fidem Verbum receperunt. Deinde ait Euangelista: (*Matth. 21. 6.*) *Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis, & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super illos vestimenta, & Jesum desuper sedere fecerunt*. O magna Servatoris erga nos adtemperationem! Quis ejus erga nos amoris adfectum non admiretur? Quis non obstupescat quando is, qui sedet super Cherubim, jam propter nos pullo asinæ insidet? Et qui a Seraphim calebratur, jam a parvulis effertur laudibus? Nam vestimentis, inquit, suis viam sternebant; alii ramos de arboribus cædentes idipsum præstabant; & alii quidem præeuntes, alii varo subsequentes, cum innocentibus pueris una clamabant, triumphalam hymnum proferentes, his verbis, *Hosauna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis*. (*Matth. 21. 9.*) Quamobrem nos etiam, missa omni sordida cogitatione, depulso quovis sordido adfectu, dejecto omni dolo & malitia, innocentem animi sensum adsumentes, cum pueria illis, lampadibus instructi occurramus Servatori Christo, vero Deo nostro, atqua ex ramorum gestatione ipsum mortis victorem deprædicemus: olivarum ramis onusti miseratori bonoque Domino supplicemus, dicentes, Benedictus qui venit & venturus est in nomina Domini, Hosanna in excelsis. Benedictus es, qui cum dives esses, per œconomiam propter nos pauper accedia, ut nos inopia tua divites simus: qui venturus es cum gloria judicaturus vivos & mortuos. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

ADMONITIO.

HÆC duo opuscula ex Codice undecimi sæculi membrauaceo Bibliotbecæ RR. PP. S. Basilii Romæ mutuati sumus: ambo ejusdem farinæ, & sequioris ævi, ut ex visiato linguæ Græcæ usu deprehendas. Primum vero subjuncta babet aliquot imperiti Græculi scholia, quæ subdere visum est. Isthæc enim, quod perquam brevia siut, nemini fastidium movere possuut.

Sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, in dictum Apostoli Pauli: (*2. Cor. 12. 2.*) Novi hujusmodi hominem, raptum usque ad tertium cælum, *& reliqua*.

REnuntiabo vobis quod cum adhuc juvenis essam, ipsis auribus accepi a viris antiquis, sapiantia prudentiaque ornatis, virtute florentibus, qui in asceticis laboribus consenuerant. Nam cum illi convanirent in unum & spiritualia colloquia miscerent, quæstionea in medium propositæ sunt: Qua de causa magnus illa Apostolus, solus ex omnibus sanctis in tertium cælum sublatus est, atque ibi audivit arcana verba? His ita respondit quidam ax illis: Audivi ego ab antiquioribus patribus, quamdam ceu legationem & petitionem Deo & Domino, universorum moderatori, oblatam fuissa a sanctis illis Patribus remotioris ævi, ut Paulum Apost. virum qualem a sæculo non viderant, sibi ostenderet. Ex universa quippe terra, ex gantibus atqua insulia illuminatæ animæ, atqua fide & spe in Deum splandentes, in regione viventium, & in sanctorum tabernaculis congregabantur. Quibus omnibus confitentibus se per Pauli doctrinam lucem divinæ cognitionis mutuatos; hia permoti illi, Domino supplicarunt: qui, ut servorum suorum voluntatem impleret, illum antequam ex hac vita discederet, assumsit & rapuit ad amplexum & lætitiam sanctorum Patriarcharum, Prophetarum & justorum omnium qui a sæculo floruerant; siva in corpore ut ipsa dixit; siva axtra corpus; quæ res soli Deo nota, qui præter axspectationam opinionemque hominum miracula & portenta, quorum non est numerus, edit. Ibi enim vidit concinnum ordinam supernorum ducum, Angelorum scilicat & cælestium virtutum, & arcana audivit miracula, quæ non licet homini loqui, vel audire.

SCHOLION.

SI in cælo degunt & versantur sanctorum animæ, ut dicitur; etenim justorum animæ in cælis habitant, & aliæ quædam justorum animæ in Paradiso, aliæ vero in terra mansuetorum: en igitur domos justorum, in quibus raptus Paulus collocatus, est. Raptus autem fuit postquam baptizatus fuerat a S. Anania, cum ab eo ceu squamæ ceciderunt. Ab eo autem tempore usque ad illud, quo hæc confessus est & protulit, epistolamque scripsit, ac dixit, *Qui est benedictus*, & cetara, intercurrunt anni quatuordecim.

Quare non dixit Paulus: Ego raptus sum, sed, *Novi hominem*. An quia non noverat, aut ne in superbiam caderet, sed ut unius Dei gloriam celebraret?

Sancti

Sancti Athanasii in dictum illud Apostoli Pauli:
2. Cor. 12.7. Datus est mihi stimulus carnis, Angelus Satanæ, qui me colaphizet.

QUI cum pietate educati sunt, & in meditatione divinarum Scripturarum versantur, ex ipsis Scripturis veritatem ducem mutuantur. Ac primo quidem sciendum Epistolæ ipsius argumentum, & quo pacto scripta fuerit. Postquam divinissimus Paulus in hac Epistola præcipue, cum multa passus, multa expertus mala esset a cognatis & a contribulibus ingratisque Judæis, quos falsos fratres B nuncupat; hæc omnia quæ sibi acciderant, hic commemoravit: hortatur eos quibus hæc epistola
2. Cor. 11.19. dirigitur, his verbis: *Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes;* atque adjicit, *Sustinetis, si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis extollitur*, & cetera in Epistola sua consequenter recenset, atque infinitas suas ærumnas
Ibid. 23. describit hoc pacto, *In laboribus plurimis, in plagis supra modum;* rursusque profert tentationes, lapidum & virgarum supplicia, naufragia, pericula, labores, ærumnas, famem, sitim, atque ut generosus athleta de omnibus, quæ sibi accide- C runt, mentionem facit. Nec iis sibi propriis contentus, etiam ea quæ extrinsecus advenerunt e-
Ibid. 28. narrat, *Quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Unde numquam in conscientia sua quis infirmabatur, quin ipse infirmaretur, non quidem corpore, sed spiritu. Cum autem ærumnas in glo-
Ibid. 30. riam sibi verteret beatus ille vir, ajebat: *Gloriari certe non oportet, sed de infirmitatibus meis gloriabor*, id est de variis tribulationum mearum passionibus. Quamobrem alibi quoque ut optimus athleta, qui immortalem Dei gloriam præ oculis
Rom. 8. 18. mentis haberet & consideraret, ait: *Non enim sunt* D *condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis:* quia nempe divinissimus ille vir, qui superne erectum gerebat animum, omnia supplicia ceu delectabilem concentum & harmoniam reputabat. Rursumque visio-

A nem sibi immissam & oblatam, raptum in Paradisum & arcana illa verba memorat. Quamobrem, utpote qui nollet de seipso gloriari, ait: *De meipso* 2. Cor. 12.5.
non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis, ac si diceret, in tribulationibus & passionibus meis. *Et* Ibid. 7.
ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis, scilicet impedimentum ne erectis cervicibus extollar, *Angelus Satanæ, qui me colaphizet*. Satan explicatur, *adversarius*. Quidam enim B. Paulo in prædicatione obsistebant, ipsumque gravibus flagellis, multisque atrocibus pœnis affligebant ceu legis adversarium, non concedentes ut doctrinæ verbum clare prædicaret. Hos igitur divinus Apostolus deprimens, ceu filios diaboli Satan vocat. Eadem de causa qui primum Apostolorum thronum occupavit Petrus, ut qui magistri sui sententiæ adversaretur, & neutiquam divina, sed humana solum saperet, Satan ab ipso Domino vocatus est, his
verbis: *Vade retro me Satan*; id est, Adversaris Mat. 16.23.
divinæ ac salutari sententiæ meæ, quia passio mea communem mundo salutem allatura est. Cum igitur ter eadem de causa Dominum Paulus rogas-
set, ait illi: *Sufficit tibi gratia mea.* Sufficit tibi 2. Cor. 12.9.
ut vas electionis fias, ut præco omnium Ecclesiarum constituaris, ut usque ad cælum & ad paradisum, adhuc in carne vivens, rapiaris, ut revelationem mysteriorum, quæ non hic effari licet, & quæ cælestes ordines spectant quæque humanam omnem linguam exuperant, eloquare, ut plenus divina sapientia, item Spiritu sancto repleare, & cum symmistis tuis Apostolis una sedeas. Sufficiunt tibi hæc & similia a me tibi data munera, *Nam*
virtus mea in infirmitate perficitur; in infirmi- Ibid.
tate scilicet non corporis vel animæ, sed de tribulationibus, sive de tentationibus loquitur. Nam qui animi infirmitati obnoxius esset, qui posset animi ægritudines aliorum curare? Ipse namque divinus Apostolus dixit: *Cum infirmor, tunc potens sum*, hoc est cum infirmantur in me pravæ cogitationes passionum, tunc spiritu poteos sum.

A D M O N I T I O.

In Argumentum Athanasii in Psalterium, & in Supplementa subsequentia.

PRodit egregium in Psalmos Argumentum ex Codice Bibliothecæ Ambrosianæ membranaceo XI. sæculi optimæ notæ: cujus singula dicta judicium peritiamque Scriptoris arguunt. Orditur autem Athanasius a Psalmorum ordine, quorum perturbatam seriem promanasse putat ex Judæorum incuria & negligentia. Paternis quippe despectis legibus, inclinanteque ad simulacrorum cultum animo, libros ac scriptores priscæ religionis interpretes pessumdaderunt; ita ut multi hinc inde distracti ac vetustate pene obruti sint; magna pars etiam prorsus interierint. Sub hac autem cum in pœnam scelerum, multis attriti cladibus, in Babyloniam victorum jussu transmigrassent, quidam inter eos Propheta sacros libros colligendi curam suscepit: quos ille uti sese dabant, partesque singulas uti primo occurrebant, nec nativo ordine, digessit. Hinc Psalmorum illa confusio, hinc seriei perturbatio oritur. Hæc vero ex Eusebio mutuatus videtur Athanasius, cujus etiam verba plerumque transcribit. In hoc tamen paulum variat, quod restaurandæ Scripturæ operam, quam Eusebius ab Esdra susceptam ait, ipse alicui prophetarum, nullo speciatim memorato, adsignet. Quæ de Psalmorum auctoribus postea dicuntur, accurata sane & erudite proposita, magnam habent cum Origenis opusculo, a nobis propediem edendo, adfinitatem. Argumentum porro suum pulcherrima admonitione claudit Athanasius; ubi qua mente Psalmi sint legendi, Ascetas alloquens, etsi paucis, egregie tamen edisserit.

Supplementa Expositionum in Psalmos, ex Codice Ambrosiano, dum Mediolani ageremus, exscripsimus. Estque Codex ille recens, ab antiquiore Scorialensi desumtus. Nam, ut in Athanasii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus, Expositiones illæ Athanasii, non omnibus suis partibus & numeris absolutæ sunt; sed amanuensium ausibus passim truncatæ, & in compendium redactæ: quædam etiam ex Catenis erutæ. Nihil moror Scriptorem nuperum, qui Expositiones illas in Psalmos non esse Athanasii præpropere pronuntiavit: sed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, immo potius dissimulavit, hoc operis omnibus post Athanasium sæculis, Athanasii nomine, allatis plerumque locis ut in hodierno Commentario exstant, a plerisque scriptoribus memorari:

nihil

nihil movit adfinitas styli, verbaque frequentia Athanasiani usus, nihil Codicum unde prodierunt vetustas: quæ sane accurato censori, ante quam sententiam ferret, serio erant excutienda. Verum ille nasuti se critici partes egisse putavit, cum missa importuna illa investigandi & disquirendi opera, incunctanter pronuntiavit, Non sunt Athanasii. *Cui nos pari facilitate reponimus,* Sunt Athanasii: *a qua re denuo comprobanda nos exemisti, dum nihil adfers quo tot scriptorum testimonia, totque alia γνωρίσματος argumenta convellas. Nemo sane nobis dicam impingat, quod ex adfectu vel præjudicata opinione spuria vel dubia opera pro germanis & assertis dederimus: nam pro virili, & ut æqui ratio postulabat, νοθείας vel γνησιότητος notas quibusque præmisimus: ac licet cuique liberum sententiæ adversum nos ferendæ arbitrium mittamus; si quis tamen hanc provinciam adeat, nonnisi excussis argumentis & notis, quas pro facultate tractatibus singulis præmisimus, judicis & censoris partes occupet.*

Lectorem monere juvat, Commentarium alium Athanasii nomine ferri in Bibliotheca Justiniana Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium, ὁ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον. Sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur.

Ex Codice Ambros. 600. ann.

Sancti Athanasii Archiepiscopi Alexandrini, Argumentum in Psalmos.

IN Hebraico libro Psalmorum, sine numeri additione omnea Psalmi inscripti sunt, atque variis modis. Alii quidem una juncti, alii divisi sunt. Statim quippe ab initio primus & secundus io textu Hebraico copulantur; contra vero nonus, qui apud nos conjunctus est, io Hebraico textu dividitur in duos. Totus porro Psalmorum liber in quinque partes distributus est. Observandum est autem ordinem Psalmorum, nequaquam historiæ & temporum seriem & rationem tenere: verum in multia mutari temporum ordinem, ut commonstrat liber Regnorum. Cum enim Judaicus populus idolorum cultui admodum addictus esset, in summam paternarum Scripturarum oblivionem venerunt, usque adeo ut ne Mosaicæ quidem legis liber compareret; nec quidpiam paternæ pietatis penes ipsos reliquum esset. Cum itaque Prophetas interemissent, quod eorum impietates coarguerent: ac propterea in manus Assyriorum traditi, in captivitatem abducti fuissent; sub hæc quidam Propheta, qui Synagogam eorum strenue curabat, cum aliis Scripturis librum quoque Psalmorum collegit: non quod simul unoque tempore Psalmos omnes repererit, sed diversis temporibus; ac primos ordine posuit eos qui primi reperti fueraot: quo factum est ut ne omnes quidem ipsius Davidis Psalmi ordine ponantur, atque Psalmi filiorum Core, & Asaph & Salomonis, Mosis quoque, Æthan Israelitæ, Æman, rursumque Davidis permixtim positi io libro occurrant; non quo tempore editi, sed quo ioventi fuere: quod ipsum in Prophetarum periodis & clausulis reperias.

Qui Psalmi vero post primum & duodecimum consequuntur sine titulo, necnon ii quibus titulus quidem præmittitur, nec tamen indicatur quo sint auctore editi, eorum esse dicuot Hebræi, quorum nomen scribitur in Psalmis qui titulo vacuos antecedunt. Æstimo autem primum & secundum, qui unum constituunt psalmum, Davidis esse; quia quotquot in prima parte subsequuntur, ipsius sunt. A tertio enim ad quadragesimom omnes Davidis inscribuntur: quamobrem mihi ad ipsum videntur pertinere primus atque secundus. Quam sententiam confirmat liber Actuum Apo- E

Act. 4. 24. stolorum, in quo dicitur: *Domine tu fecisti cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. (Deus) Patrum nostrorum qui dixisti per Spiritum sanctum per os David pueri tui, Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt ina-*

A *nia?* His enim perspicue dixit, Psalmum secundum Davidis esse. Verisimile autem est, ideo titulum, Davidis, omissum fuisse in eo psalmo, quia nudam & apertam complectitur prophetiam de Domino, qua dicitur, *Adversus Dominum & adversus Christum ejus.* Quibus consequenter adjicit ex ipsa Christi persona: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu.* Omnes itaque Psalmi, centum quinquaginta feruntur. Quidam porro arbitrantrantur omnes B. Davidis esse: neque tamen id aliqua nota significatur. Et verum quidem est universos B Davidi adscribi; at in titulis indicatur quo auctore quisque psalmus editus sit. Nam quatuor canticorum principes, ministri vero ducenti octogiota octo, electi fuere. Horum quatuor principum psalmi aliquot circumferuntur, ut vel ipsis docetur titulis. Quando enim dicit: *Psalmus filiis Core, Æthan, Asaph, & Æman,* ab ipsis Æthan, Asaph, Æman, filiis Core psallitur. Cum dicit, *Psalmus Asaph*; ipse Asaph recitavit; cum dicit, *Psalmus Idithum*, ipse Idithum psallit: ubi dicit, *Davidis*, ipse David est qui pronuntiavit. Cum autem dicit, *Davidi*, ab aliis recitatur psalmus io C Davidem. Sunt quidem omnes centum quinquaginta, quorum septuaginta duo Davidia sunt, novem Davidi, duodecim Asaphi, duodecim filiis Core, unus Idithum, unus Ætham, unus Æman, unus Salomonis, duo Aggæi & Zachariæ; sine titulo triginta novem, unusque Mosis: omnes centum quinquaginta.

Animadvertendum itaque mysterium, quæ scilicet causa sit cur, cum diversi sint cantores, neque omnes psalmi Davidis sint, psalterium tamen ad Davidem referatur: hæc ne silentio prætermittamus. Ideo sic inscriptum fuit, quia ipse David D in causa fuit cur istæc ederentur: ipse namque cantores elegit. Is igitur qui causa fuit, tanto honore dignatus est, ut quæcumque cantores dixerint, quasi Davidis reputentur esse.

Cum propheta esset David, atque interioribus apertis oculis, probe nosset malignos spiritus gaudere de lapsu hominum, & contra dolere quasi victos de eorumdem resipiscentia, & emendatione, intelligibili ac spirituali modo orationes adversum illos emittebat; ex iis hostibus qui sub adspectum caduot assumta metaphora. Nisi enim hac ratione Prophetarum scopum interpretemur, non modo E nullam animæ utilitatem, ex eorum dictis, ad mansuetudinem adipiscendam, percipiemus; verum etiam in asperam quandam, atque euangelicæ doctrinæ adversam animi duritiem ex frequentibus adversus inimicos precibus delabemur, tantum abest ut diligamus illos. Nam sexcenties

ait David: *Confundantur & pudore adficiantur omnes inimici mei, & non confundar ego*. Similia enim ne credamus dixisse viros prophetas & amicos Dei alio quam superius a nobis explicato more. Atque ita iotelligat oportet vir quisque sedulus ac

A studiosus, sicubi imprecantem Prophetam inveniat, ab hostibus qui sub sensum cadunt ad intelligibiles inimicos facta translatione. Demum vacare oportet Ascetam singulorum verborum intelligentiæ.

SUPPLEMENTA COMMENTARII S. ATHANASII

IN PSALMOS.

Ex Codice Ambrosiano num. 451. *qui a Scorialensi antiquiore exscriptus fuit*.

Supplementa in Psalm. I.

Pag. 399. *editionis nostræ Athanasii post*, sperant in eo, *Argumento adde*:

BEatos autem vocat eos qui noo abeunt in concilium impiorum, neque stant io via peccatorum, neque sedent in cathedra pestilentium. Nam tres ordines apud Judæos erant contra Salvatorem iosurgentes, Scribæ scilicet, Pharisæi, & Legisperiti, qui jure atque merito impii, peccatores & pestilentes nuncupeotur. Via dicitur hæc vita, quia ii qui nascuntur, ad finem pergunt. B

Ibid. post illud, Domini, *adde:*

Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte. In lege, angelica videlicet. C Contentionem significat ac diligentiam, non enim remisse ac negligenter oportet legem Dom. meditari. Neque modo meditandum, modo supersedendum meditatione; sed semper & assidue divinis oraculis sese addicere opus est: id enim significatur hoc dicto, *die ac nocte*. Bona est merces boni operis: qui enim divinæ vacat legi, ejus fluentis irrigatur. Christus quoque doctrinam suam vocavit aquam, cum ait: *Si quis sitit, veniat ad me & bibat*. Ligno ad aquas posito comparatus est, quod semper floret, semper fructibus tempestivis D onustum est. Nam virtutis athletæ laborum quidem fructus in futuro reportant, &, ceu quibusdam foliis inde emissis, spe bona adumbrantur, laborumque gravitatem hujusmodi recreatione suffurantur. Tali viro omnia semper prospere vertent. Nihil enim divinis legibus adversarium admittet, qui voluntati legis suam accommodat voluntatem: quia a principio ille omnes malitiæ species eliminavit, & declarata divinarum legum perfectione, ita infert, *Omnia quæcunque faciet*.

Ibid. post illud, prædicatum:

Lignum vitæ Christus, rami Apostoli, fructus sanguis & aqua ex latere fluens: quorum ille quidem in formam & exemplum martyrii, illa autem, baptismatis. Folia sunt sermones: fructum ligni intelligas esse rectam fidem; folia item iplius, præceptorum observationem: fructus etiam sunt ii qui salutem consequuntur, radix, baptisma; agricola, pater.

Ibid. post illud, caret, *subditur:*

Tempus dandi, accipientis opportunitas est.

In Psalmum II.

Pag. 400. *Argumentum Psal.* 2. *post illud*, congruentibus, *sic prosequitur Codex:*

POstquam primum psalmum per impiorum memoriam concluserat, eorumdem mentione secundum iniit psalmum, docens supra memoratum impiorum finem eos, qui furore in Salvatorem acti sunt, excepturum.

Ibid. ad primum versum post illud, acceperint,

Quæ, ait, causa tanti odii, ut in unum concurrant geotes & populi? Illud eoim, *fremuerunt*, significat, tantum superbierunt, quod est cum tumore & arrogantia turbas movere & tumultuari. Translatusque est hic loquendi modus a bruto equorum impetu, nullum decorem servante, quod Judæis contigit adversus Christum insurgentibus. Quæ causa est quod in unum concurrant gentes & populi? forte etiam Israelitas vocat gentes & populos, sive Herodem & Pilatum quasi Ethnicos, Judæos ut populos memorat.

Ibid. in illud, *Adstiterunt reges terræ:*

Adstiterunt, ac si diceret, sese suopte consilio ad id negotii destinarunt Reges, Herodes nempe & Pontius Pilatus. Ita sancti Apostoli in Actibus interpretati sunt.

Ibid. ad v. 3. *post onus meum leve:*

Jugum ipsorum: nam insidiæ contra Christum ad E ipsum recurrunt Patrem. Si namque Pater in Filio, & Filius in Patre est, quomodo non una fuerit iis illata contumelia?

Ibidem ad finem versus quarti adjice:

Irridebit, ac si diceret, odio habebit, aversabitur. Sed qui insidiatoribus, inquit, excelsior est, irridebit eos, sive risu dignas eorum insidias declarabit, utpote qui stulto negotio manum admoverint. Nam subsannatio est flatus per nares emissus, ad despectum eorum qui ingentem fremitum edunt. F Quod autem præpositis superioribus hæc dicantur, ampliorem præbent risus materiam. Neque id solummodo, inquit, sed iram experturi sunt.

Ibid.

Ibid. ad v. 5. post vocem, vae, haec leguntur:

Nam Romanus exercitus in captivitatem illos abduxit. Furor autem ab ira differt, quod furor sit velut ira ebulliens & adhuc accensa; ira autem, appetitus vindictae. Imperfectior itaque furor est, quam ira: estque ira ceu complementum. Verborumque hujusmodi interpretationem palam facit vel ipse rerum exitus. Exercitus namque Romanorum ipsos invadens Urbem vastavit, atque Templum incendit, & magnam partem ipsorum internecione delevit: illos autem qui mortem effugerunt, captos servituti tradidit. Animadvertat velim quisque vir fidelis, quod quasi duarum personarum mentionem deinceps faciat; primo quidem Domini Christi: siquidem, *adversus Dominum*, inquit, *& adversus Christum ejus*; deinde vero, ejus qui habitat in caelis & Dominus est: *Qui habitat in caelis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos:* ac rursum eodem modo assidue & consequenter procedit.

Ibid. post, significat *ad v. 7. haec adde:*

Dominus dixit ad me, Filius meus, &c. ac si diceret, Ipsa me Patris natura Filium declaravit: non jussu quodam id perficiente; sed essentia ipsa me figuram substantiae Patris esse commonstrante. Apposite additur, *es*, quod generationem ante saecula declarat: erat enim semper Filius. Adjecit autem illud, *hodie genui te*, ut generationem secundum carnem commonstraret: illud enim, *hodie*, tempus indicat: quare pro temporali generatione positum est. Consequenter item pro humana generatione adjiciuntur isthaec, *genui te*. Hic mihi, quaeso, animadvertas, quo pacto generationem unigeniti Christi sibi propriam, Pater faciat.

In Psalmum III.

Pag. 400. v. 4. in haec verba:

Tu autem Domine susceptor meus es. Haec vox Prophetae fidei adprime convenit, qui tales rerum conditiones firmo atque intrepido animo ferebat, confidebatque se minime relictum iri; imo vero non auxilium modo adfuturum, verum etiam erigendum se fore atque regnum accepturum: id enim ajunt quidam significare illud, *exaltans caput*. Gloria itaque justi Deus est, in quem spem repofuit: cujus autem gloria est Deus, hujus caput exaltatur.

V. 5. *Voce mea ad Dominum clamavi*. Praemisit precationem, dehinc post diapsalma, gratiarum actionem addit de concesso postulato. At jam ad nos converso vultu, narrat quo pacto preces ejus admissae sint, aitque: *Voce mea ad Dominum clamavi*. Per *vocem* intelligas intelligibilem mentis Deo univerforum supplicationem: non enim de clamore loquitur, sed de prolata per mentem oratione.

Illud porro: *exaudivit me de monte*, dicitur secundum vulgarem opinionem. Putabatur enim in Tabernaculo habitare, quia inde oracula Sacerdotibus dabantur. Vel, *de monte sancto*, quasi dicas, de caelo; ut etiam illud, *In monte sancto tuo*. &, *appropinquate montibus aeternis*. Potest mons sanctus Dei esse ex quo exaudit orantes Deus unigenitus, illius, de quo dictum est, *Erit conspicuus mons Domini in novissimo dierum*. Quod dictum manifestationem ejus significat, quae futura est in adventu ejus in consummatione saeculorum: aut, a ex monte sancto, id est, ex caelo. Mons sanctus Dei est supernaturalis ejus cognitio.

Diapsalma adhibetur, cum musici cantus mutatio fit, aut cum sententia & vis sermonis alio vertitur.

Illud, *Exsurrexi*, significat, Divina conversione dignatus, ingruentibus in me malis superior evasi.

Ibid. ad vers. 8. Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi.

Percute, contere, aut percuties. Solicitat Deum ut contra inimicos insurgat, ad se ulciscendum. *Sine causa* inimicos habet, qui nullam praebuit odii materiam. *Dentes* autem *peccatorum*, aut vim ait esse peccantium adversus Deum, aut verba in ipsum prolata, & blasphema dicta. Aut dentes peccatorum sunt cogitationes irrationabiles, quae praeter naturam nobis incidunt. Nam cogitationibus velut dentibus usi adversarii, plerumque appropinquant nobis, ut edant carnes nostras; videlicet ea quae ex carne nascuntur. *Manifesta autem sunt opera carnis*, ait divinus Apostolus. Dentes porro, ait, sumta a feris metaphora, quae in dentibus robur habent, quibus fractis despecti habentur. Etenim homicidae ac sanguinarii homines, ipsis carnivoris feris pejores sunt, atque iisdem comparantur.

Ibidem ad versum 9. linea penult. pro atque illius *est legitur in Codice* atque ille est *& haec lectio quadrat.*

Domini est salus. Non est mihi, inquit, spes in homine: sed abs te salutem exspecto, pariterque populus tuus qui mecum bello impetitur.

Ad Psalmum IV.

In Argumento post, dicat *adjicitur:*

PRo illo, *in finem*, Aquila & Theodotio interpretati sunt, *victori*: Symmachus vero, *Epinicium*, sive victoriae carmen.

Ad versum 2. post haec verba, libertatem posuisti, *additur:*

Siba & Berzel alimenta multa & tapetes Davidi obtulerunt, quando fugiens Absalonem, in desertis locis atque in montibus versabatur, quasi tres pueri in fornace, & Daniel cum leonibus. Quando tribulationum & tentationum rationem intelligimus tunc maxime dilatamur. Alio item pacto, potest latitudo explicari.

Ad Psalmum V.

Argumentum.

QUae haereditatem accipit, est anima religiosa, sive Ecclesia. Quid est quod haereditatem accipit? *Quae oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt*. Precatur autem, atque, ut exaudiatur, rectum sui propositum declarat, & adversariorum nequitiam.

Ad versum 2.

Quoniam ad te orabo. Intelligibili, inquit, lumine gaudens, ad te orabo, ac me exauditum iri confido.

V. 7.

V. 7. post, in futurum, *sic habetur*.

Qui loquuntur mendacium, & qui dicunt idola esse deos, atque ipsos dæmones, qui in idolis dicunt mendacia, obliqua, & oracula.

Ad versum 12.

Secundum multitudinem impietatum expelle illos, pios scilicet efficiens. Nam qui animam persequuntur Deo grata opera edentem, Deum exasperant aperteque bello oppugnant.

Ad Psalmum VI.

V. 3. post, amiserit, *adjicitur:*

INfirmitatem adumbrat, quæ ex ægritudine animi & ex fletibus provenit.

V. 8. post, declarat, *legitur:*

Quod in recte factorum numero reponit, quia multum fuit.

In Psalmum VIII.

Argumentum.

IN *finem* dictum est, quia in fine sæculorum terminum habent ea quæ prophetico Spiritu prædicta sunt. De Christo namque & de Ecclesiis quæ secundum incarnationem extiterunt, sermonem habet. Quandoquidem Unigenitus, vitis, fideles vero, palmites vocantur. Quod si contendat Judæus, psalmum in communi de homine dici; etiam hoc pacto notum sit, quod ideo omnia ipsi subjecta sunt, quia ad imaginem Dei, qui carnem assumturus erat, factus est.

His adjice quæ in Edito exstant p. 402. Olim, *&c.*

In Psalmum IX.

V. 6. I*Ncrepasti gentes, & periit impius*. Draconem ait aut diabolum: quia increpatio emendationem significat. Jure quis dixerit, emendatis per Apostolos gentilibus, periisse impium, exstincto prorsus atque deleto altarium ejus nidore. Postquam enim gentes increpatæ, & ad Dominum conversæ sunt, qui in ipsis utpote inobsequentiæ filiis vim suam exercebat, diabolus scilicet, una cum idolorum templis periit, quæ, ceu civitates quædam, continebant eos qui impietatem sectabantur. Atque ita deleta sunt, ut ne vestigium quidem eorum remanserit. Potest illud de postremo quoque judicio explicari; tunc enim increpatis peccatoribus, diabolus, qui proprie impius audit, funditus peribit. Civitates porro, exstincta, quæ in ipsis ante dominabatur, impietate, ædificium pietatis susceperunt.

Ad versum 7. post, potens ille est, *adde:*

Civitates sunt adversariæ potestates, quæ quasi civitates prævalidæ muris instructæ, errore deceptos complectebantur. Et cujusmodi quæso civitates ait, nisi eas de quibus alibi dicitur, *Redegisti in pulverem civitates potentes, ita ut cadant* (*Esai. 25. 2.*)

A *ipsarum fundamenta?* quæ uti declaratum est, sunt adversariæ potestates.

Ibidem post, cum sonitu, *legitur:*

Ita ut eorum pernicies ubique pervulgetur. Aut exitium supremum dicit, sive malorum vehementiam, & perniciei conspicuitatem.

Vers. 10. post, pauperi, *hæc leguntur:*

B Sese frequenter pauperem ac mendicum vocat, etiamsi in regia versaretur. Noverat enim humana omnia vel umbris imbecilliora esse. *Opportunitatem* vocat tempus tribulationis: semper enim auxilio egemus, etiam in prosperitate: verum in ærumnis, auxiliorum usum magis experimur.

Ad versum 13. hæc insuper leguntur:

Non est oblitus clamorem pauperum. Pauperes rursum vocat eos qui propter ipsum mendicant, qui assidue ipsum supplices rogant, postulantque C ultionem injuriarum sibi ab dæmonibus illatarum.

Ad versum 15. adde:

In portis filiæ Sion. In cælesti Jerusalem. Illud porro, *annuntiem*, intelligas, assidue canam.

In Psalmum X. secundum Hebræos.

D *V. 5.* N*On est Deus in conspectu ejus*. Expulso ex anima sua Dei timore, semper in malitia perseverat. Principium omnis malæ actionis est, non cogitare judicem Deum. *Auferuntur judicia tua a facie ejus*. Nosse non vult te judicem esse justum: qui enim non novit esse Deum, neque judicem esse novit. *Omnium inimicorum suorum dominabitur*. Tentationes aliæ animo, corpori aliæ objiciuntur; aliæ iis quæ circum corpus versantur. Quæ animo offeruntur, cogitationes impuræ nuncupantur, quæ peccata & dogmata falsa generant; quæ corpori admoventur, sunt causæ plagarum, cruciatuum, persequutionum, carcerum, mortis; quæ circa corpus versantur tentationes, sunt pecuniarum & possessionum mulctæ, filiorum & uxorum jacturæ. Palam itaque est ex supradictis Satanam aliquo ex memoratis tentationum generibus, in justos omnes dominatum habuisse: solus quippe Christus *peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus*.

V. 10. post, postquam dixit, *in Codice legitur*, diabolus.

F *V. 12. Exaltetur manus tua*. Erige manum tuam ut doceas illos, te eorum qui injuriis adficiuntur curam gerere: & quasi ex somno surgens, ostende ultionem tuam eorum consiliis superiorem esse. Atque illos quidem corrigas, sed injuria adfecti misericordiam capias, vehementer commotus & concitatus eorum facinoribus ac blasphemiis dictis. *Propter quid*, inquit, *irritavit impius Deum?*

Ad versum 15. post, peccatum, *additur:*

Inveniuntur qui salutem a Deo consequuntur, secundum illud: *Inveni David servum meum*, &, in-

inventa est drachma perdita; ac si inventa non fuisset, periisset. Qui pereunt, nnn invenientur in sæcula: manet quippe judex, ac regnat semper in futuro ae novo sæculo.

V. 16. post, ignem æternum, *legitur:*

Gentes vocat iniquos homines, utpote qui non vivant secundum legem, sed gentilitiam & barbaram immanitatem sectentur. Eos deleri rogat: *Peribitis*, inquit, & exitium ipsis comminatur; ut & illi respirare possint, & hi ad meliorem se frugem recipere.

V. 17. post, promti sunt, *legitur:*

Præparatio cordis, est quasi promissin facta a motibus & affectibus animi, ad obsequentiam Deo reddendam.

In Psalmum X.

V. 4. Q*Uoniam quæ perfecisti destruxerunt*. Quasi dicat, opera tua evertere satagunt propter me; nam quem unxisti regem, cnntra calculum tuum armati, student abrogare. Et hoc agunt postquam rectas probasque cogitatinnes, quæ secundum naturam sunt, eliminarunt, quas scilicet Dominus persecerat.

In Psalmum XV.

V. 2. secundum lectionem Codicis Ambosiani ita vertendus: Rursum, hoc servi formam decet; exhibetque una justificationem quæ in fide per confessionem obtinetur.

Interpretatio hæc versus tertii in Ambrosiano legitur.

S*Anctis in terra mirificavit Deus*. Sanctificatis in fide notam fecit voluntatem Patris, *in eis* scilicet, qui in terra Dei, sive in Ecclesia erant; aut, aliquibus in terra sancta versantibus; aut quia sancti in cælo conversationem habentes, in terra ejus degunt, etsi adbuc in hac terra versentur. *Voluntates* autem Dei sunt virtutes cujuscumque speciei, quas mirificat Deus in sanctis suis, qui plus, quam alii homines, in exercenda virtute facultatis habent. Nnn enim eadem fortitudo Apostolorum & Martyrum est, ac illa qua alii alio modo viriliter agunt, neque continentia Josephi, aliorum similis est. Atque ita quispiam mirificatus propriam sentit infirmitatem, ut divinæ virtuti & magnitudini plurimum inferior. Cum enim multiplicatæ fuerint infirmitates justorum, accedunt illi ad Deum pœnitentia moti.

V. 4. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. Cum idola colerent. Etiamsi vero multiplicentur, non perseverant: nam usque ad primum sensum & experimentum dumtaxat permanent; quia justi viribus valent in Christo consortante. Aut de Apostolis agere videtur, necnon de iis qui eorum opera crediderunt; in quibus conspicua fuerunt divina miracula, utpote qui divina omnia præcepta servaverint. *Multiplicatæ* autem *sunt infirmitates eorum*, aut, ut alio modo legitur, *labores*, multis instantibus populis, oratoribus, Ducibus, Regibus, quibus superatis omnibus, cursum confecerunt: vel brevitas & temporaria conditio tribulationum, infinitum sæculum significat. *Non congregabo conventicula*. Acceleraverunt ad obsequendum prædicationi: oportet a cædibus & sanguine mundos esse eos qui a Christo congregandi sunt. Conventicula, inquit, ex gentibus, non per sanguinem & cædes cnngregabo; neque curabo ut legali cultu accedatur ad me, sed potius cum laudibus ac per incruentum sacrificium.

Locus vitiatus.

V. 5. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Hæreditatem vocat gentium regnum. Ecclesiæ, inquit, meæ, quæ est hæreditas mea, portio est Dominus Pater, ipseque calicis mei pars est, id est, mortis. Ecclesia vero Patrem hæreditate accepit, cum præcepta ejus servavit. Ipsaque mors mea, Patrem habuit in hæreditatem, quemadmodum dicitur, *Heres Dei, cohæres Christi*.

V. 8. A dextris est mihi. Manifeste coarguit Judæorum stupiditatem. Etenim Petrus Apostolorum coryphæus in Actibus, hæc Christo adtribuit. Nam quatenus Deus, ipse est qui omnia firmat & continet, quatenus autem homo, ipsi convenit a dextris Dominum adstantem habere, ne commoveatur.

Non derelinques animam meam. Licet ipse vita sit & vitam præbeat, per œconomiam dicitur a Patre vivificari. *Notas mihi fecisti vias vitæ*, qui humanitatis persnnam habet, utpote ad similitudinem nostri factus, sermones effert nobis magis quam sibi, quatenus Deo, competentes.

In Psalmum XVI.

V. 5. post, innitatur, *legitur:*

S Emitæ autem Domini sunt observationes mandatorum.

V. 6. Ego clamavi, &c. Non frustra clamn, sed quia plerumque exaudisti me, peto etiam nunc ut exaudias me. Clamor autem ille, est intenta erga Deum cogitatio.

V. 10. Adipem suum concluserunt. Adipe significat inimicorum maximam prosperitatem.

V. 14. post, transmiserunt, *adde:*

Atque ipsam reliquere parvulis filiorum suorum, scilicet usque ad abnepotes.

In Psalmum XVII.

V. 9. post, ardentiore, *legitur:*

V Identes enim dæmones Dominum, in adventu ejus comburebantur a facie ipsius.

V. 11. post, nubem vocat, *in Ambrosiano legitur:*

Quæ ipsum suscepit: aut adventus Christi velocitas, aut præsentiæ & auxilii illius celeritas significatur.

V. 13. post, prophetias, *legitur:*

Quia autem comminationes in Propheticis verbis habentur, eas grandine & carbonibus adumbravit. Vel, hoc modo; a prædicationis splendore in conspectu ejus transeuntes Apostoli, nubium instar mundum irrigarunt. Grandines autem supplicii genus sunt, ad ulciscendum infideles.

V. 16. De aquis multis. Aquas vocat tentationes. Ait David: *Accepit me*, hoc est humanam na-

maturam: baptizata namque sunt in die Pentecostes, quasi tria millia animarum ab Apostolis.

V. 21. Justitiam omnem virtutem dicit; puritatem manuum in agendo, inculpatas operationes, quæ ab optimo habitu & adfectu procedant.

V. 23. *Quoniam omnia judicia*, &c. Qui lapsi sunt oportet ut repetitis bonis operibus ad meliorem se frugem recipiant. Etsi autem investigari non queant judicia ejus, atque abysso consimilia sint, quia scilicet incomprehensibilia sunt; verumtamen omnia religioso viro præsentia sunt.

V. 30. *post*, circumsisterent, *legitur:*

Tentationem etiam vocat voluptatem, & mundum, diabolum.

V. 31. *Eloquia ejus igne examinata*. Et eloquia ejus ad rem istam, de qua agimus, pertinentia, quasi argentum igne purgatum, nulli reprehensioni obnoxia, probata & examinata.

V. 32. *Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?* Nam Dei Verbum solus Deus verus est, proptereaque Unigenitus, quia solus Deus est sicuti & Pater. Postquam autem de Christo, ut natura Deo loquutus est; nunc ait, *Aut quis Deus?* Solum ajens Deum Patrem secundum seipsum. Nobis autem unus Deus est Pater: non enim est alius Deus, ut iste quidem illi, alius illi vota concedat. Fortassis comparative duos versus protulit: sic, inquit, est verus Deus, uti confidebam, vincendo fortitudinem induit, & securam mihi ad recte agendum viam munivit.

V. 34. *Qui perfecit pedes meos*. Sancti quippe venenosas passiones absumunt; accepta scilicet virtute contra intelligibiles serpentes, quare cervis comparantur, nam illi quoque serpentes, qui sub sensum cadunt, absumunt, *tamquam cervi:* siquidem potestatem acceperant calcandi super serpentes & scorpiones & omnem virtutem inimici.

V. 35. *Qui docet manus meas ad prælium*. Id est, qui docet quo pacto ad pugnam instructum esse opus sit, & brachia velut arcum constituit, & quasi ænea quoad robur efficit. Vel significat, Facultates animi viriles quasi arcum æneum adornavit. Æs symbolum est, virtutis agendi: *Æs tuum corrupit*, ait Ezechiel ad Jerusalem.

V. 36. *Et disciplina tua correxit me*. Disciplinam Euangelicam dicit; aut disciplinam, institutionem scilicet quæ ex lege accipitur: qui mihi, inquit, nulla non beneficia contulisti, dedisti quoque leges quibus ut oportet, instituimur. Cum enim, ait, lege edidiceram, non oportere injuriam facere, ab ea abstinui. Verum ne ob æquitatem hujusmodi, quid mihi mali eveniat, idoneum mihi mali auxilium adferas, *latitudinem* tribuens, vel disciplinam institutionis causa datam dicit, secundum illud, *Accipe disciplinam*; vel laboriosum vivendi institutum, secundum illud, *Ne parvipendas disciplinam Domini*.

V. 37. *Dilatasti gressus meos*. Remotis inquit offendiculis & laqueis, quæ mihi struxerant inimici, liberam mihi viam parasti. Gressus autem vocat, quatenus a malitia ad virtutem quia pertransit, quod quidem sub initium laboriosum & asperum iis est, qui in via angusta gradiuntur; at in profectu dilatatur. Nam quia post virtutis labores, quietem nacturus sum, id

A sane vestigia confirmat mea. Statuit namque super petram pedes nostros.

V. 45. *post*, servivit mihi, *legitur:*

Ipsius Christi, qui repulsis Judæis ut inobsequentibus, postulat gentes in hæreditatem.

V. 48. *Liberator meus de inimicis meis iracundis*. A populo infideli. Inimici iracundi, sunt Judaicus populus, qui quasi Samaritano illi maledicebant. Vir autem iniquus est Judas, aut Pilatus qui sine causa ipsum supplicio affe-
B cit. Propterea, aut propter tua erga me beneficia, gratias agam tibi in omnibus nationibus, sive Judæis sive Gentibus, & hymnis celebrabo nomen tuum.

In Psalmum XVIII.

V. 8. *post*, *Ego sum vita*, *legitur:*

Quæ infantibus sapientiam tribuo, Apostolos confirmo, aut per infantes intelligit
C eos qui in Christo infantes evadunt, aut insanos, hominesque sapientiæ expertes.

V. 12. *Etenim servus tuus custodit ea*. Qui euangelica lege imbutus est populus novus, qui judicia vera se custodire dicit, preces fundit, ut & animi cogitationibus purus deprehendatur, ab externisque similiter dæmonibus liberetur.

In Psalmum XIX.

V. 6. *Exsultabimus in salutari tuo*. Salutare,
D inquit, quod dedisti humano generi, per tuam resurrectionem omnibus manifestum fecisti. *Sic Daniel Barbarus.*

V. 7. *post*, in eum dici, *adde:*

Aut Davidem aut Ezechiam dicit, tempore scilicet Sacerdotum & Regum, aut propter œconomiam Domini secundum carnem, & propter resurrectionem; aut quia nobis salutem consequutis, ipse salutem obtinere dicitur, qui & curam hujusce habebit, eum unum corpus simus.
E Quamobrem nunc dicit: In præsenti quippe cognoscimus Christum salutem nactum, quia inde nos nostræ pignus salutis accipimus. Salvos autem fecisti nos per virtutem dexteræ tuæ. Dexteram dixit opera, virtutes magnas, auxilium: aut divina signa prædicit a Christo edenda.

Post, virtutes dexteræ, *additur:*

Illi, inquit, bis confisi ceciderunt: nos autem in nomine Domini armis instructi, salutem nacti sumus.
F

In Psalmum XX.

V. 9. *post*, illata ipsi, *legitur:*

At autem se quasi venatu capturum peccatores. Si namque in eo, qui mandata servat, caritas Dei perficitur; palam est eum qui non servat, Deum odio habere: qui dicitur in perniciem ire.

V. 11.

V. 11. post, tolluntur, legitur:

Doctrinas & impia dogmata, quæ post ipsorum mortem Deus, utpote bonus, destruit.

V. 13. post, appendicem gentium, legitur:

Incredulos Judæos efficies. Quos autem Deus aversatur, eos *ponit dorsum*, quia non possunt esse vultus, ut posteriora (Dei) considerantes per ejus opificia ad ipsum reducantur. Siquidem infirmis, qui quod cor purum non habeant, non possunt vultum ejus videre, posteriora sua considerandα offert, scilicet opificia quæ post ipsum sunt; ut conspectis rebus creatis, in cognitionem illius deveniant, & Deo suo sese adplicantes, ejus vultum videant. Reliquiæ autem Dei sunt illa, quæ rebus conditis sensum moventibus superiora sunt.

V. 14. Exaltare Domine in virtute tua. Simile illi: *Adveniat regnum tuum.* Hisce autem secundum ejus adventum rogat accelerari: *Cantabimus & psallemus virtutes tuas.* Tunc enim omnes justorum animæ, in supernis mansionibus constitutæ spiritualem cultum obeunt.

In Psalmum XXI.

V. 2. DEus, *Deus meus.* Hæc Salvator loquitur ex persona humanitatis, quasi dicat, mi Deus, mi Deus, *in vocativo scilicet.*

Ibid. post, transferens, legitur:

Nos ipsi derelicti prius, nunc autem adsumti ac salute donati sumus. Hæc dicit ut abrogaret, &c.

V. 5. In te speraverunt patres nostri. Quin etiam, qui ante me secundum carnem fuerunt, scilicet Prophetæ, in te confidebant meam exspectantea illustrationem, neque spe lapsi sunt, similiterque Patriarchæ.

V. 15. Et dispersa sunt omnia ossa mea. Dissipata, inquit, & dispersa sunt, quæ apud magistrum, ossium munus & ordinem implebant: relicto namque eo discipuli fugerunt instar aquæ, quæ in planitie effunditur.

V. 16. post, obtulerunt, sequitur:

Quamobrem dicit, & lingua mea adhæsit faucibus meis.

V. 20. post, commutat, legitur:

Te, inquit, opitulante & patrocinante, cum post triduum resurrexero, vanas illorum insidias ostendam.

V. 21. post, unicornium, additur:

Framea vero fuerit diabolus, qui pungere & confodere semper conatur. *Unicam* autem vocat animam suam, quia sola relicta fuit, & ab aliis animabus segregata: universæ quippe peccatum noverunt, illa vero minime: & quia semper sola cum carne conjuncta cum Deo Verbo est secundum hypostasin. Unus namque Christus est ex duobus adversis constans, perfectus Deus, perfectus homo. Illas autem animas quæ multo intervallo distabant adiit. Forte etiam Ecclesiam

A sibi adstantem vocat unicam, quod maculam nullam, nullas sordes habeat, atque ex profectu in melius repleta sit inculpatis illis sexaginta reginis, & octoginta concubinis.

V. 26. post, & iterum glorificabo, adjicitur:

Aut quia sicut ego te hominibus manifestum feci, eodem prorsus modo tu mihi parem honorem conciliabis; modo dicens: *Hic est filius meus*, modo idipsum Petro revelans atque ceteris.

B *Ibidem.* Precatio seu votum promissio vocatur in divina Scriptura: cum itaque in omnibus Patri obsequutus Filius sit, etiam usque ad mortem carnalem, pro voto Patri reddito probe accipiatur.

In Psalmum XXII.

V. 2. post, abstergat, additur:

C HÆc, inquit, præbe mihi, prius animæ curam gerens: atque ex devio me convertas, ut recta gradiar via.

Pro, ex vita ad mortem, lege, ex morte ad vitam, & adde:

Ut qui olim neglecta anima sua defecerit, ac per memoratum deinde cibum recreatus sit, aversus & abductus a morte, ait, *Animam meam convertit in viam justitiæ*, in euangelica scilicet dogmata. *Si ambulavero in medio umbræ mortis*, quasi Patrem alloquens. Ipsum autem Christum D vocat virgam virtutis, virgam gloriosam, & virgam magnitudinis. Sicut virga corripit, ita & vis facultasque agendi docet quo pacto moderate mala feramus.

Parasti in conspectu meo mensam. Mensam mysticam indicat, oleum vero chrisma mysticum, & calicem ibidem memorat.

In Psalmum XXIII.

V. 2. post, concinnavit, legitur:

E TUnc enim Ecclesia soliditatem accipit, cum fluctibus ac tempestatibus impetita immobilis in fide perseverat: *Et super flumina;* ita ut sine obice flumina exitus reperiant, montes & sylvæ ab animantibus incolantur, agri & planities in domos & agriculturam hominibus seponantur.

V. 7. Dominus fortis & potens. Stupore adficiuntur Potestates, cum vident Illum in carne cum anima intelligendi vi prædita; quæ causa est ut sciscitentur.

F

In Psalmum XXIV.

V. 3. post, videlicet, additur:

INiquis quasi iniquus factus sum. Hæc enim iniquitas non frustra fuit.

Confundantur iniqua agentes, ab iis qui spem suam in Deo posuerunt, atque clari effecti sunt, quia confidebant se posse votum consequi. Qui agunt inique, *supervacue* firmi consistere volunt. Hæc de iis dicuntur, qui adhuc in idolorum cultu persistunt.

V. 13.

V. 13. Et semen ejus hæreditabit terram. Ejus opera, inquit, in causa sunt, ut ipse intelligibilem terram hæreditate accipiat: erunt autem, inquit, semen frugi virorum, quibus intelligit eos qui secundum Deum nati sunt.

Respice in me. Oportet enim nos, confidentes in misericordia Dei, non supinos esse & abjectos, sed etiam laborem, qui in agendis occurrit, exhibere.

In Psalmum XXV.

V. 8. post, domus tuæ, inseritur:

Cupio inquit divinam domum videre tuam, quæ gratia tua refulget.

In Psalmum XXVIII.

V. 2. post, causa dicitur, *adjicitur:*

Non oportet extra Ecclesiam adorare, sed in ipsa aula Dei. Ne mihi, inquit, proprias aulas & synagogas excogitetis, una est aula sancta Dei.

V. 9. Et in templo ejus quivis gloriam dicit. Dominus cum sanctos Apostolos præparasset, emisit eos, ut dæmones exterrerent atque fugarent, & gentes in Dei cognitionem agerent.

In Psalmum XXX.

V. 10. Q*uoniam defecit in dolore vita mea.* Rerum, inquit, necessariarum inopia, corpus meum tabe confecit, quia Siba & Bercellai Davidi adtulerunt frumentum & hordeum, farinam, fabas, lentem, mel & alia quædam, necnon tapetas & velamina: atque isthæc populo cum aliis cibis obtulerunt, quia dicebant populum fame laborare, ac siti confectum solutum fuisse in deserto.

V. 12. post, opprobrium, *adjicitur:*

Mortuus a corde est, qui virtutibus est vacuus.

In Psalmum XXXI.

V. 2. post, baptisma, *additur:*

Nam qui cum dolo baptizatur, veniam minime consequutus, judicio quoque damnabitur.

In Psalmum XXXII.

V. 5. Diligit itaque misericordiam erga pœnitentes; diligit judicium eorum qui peccare non desistunt. Tale quidpiam Hesaias

Esaiæ 28. 17. Deo loquitur, *Quia misericordia tua in mensuram:* siquidem ipse cum judicio misericordiam præstat, in pondere & numero retribuens pro cujusque merito.

V. 13. De cælo respexit Dominus. Ait, *respexit*, ne quis autumet ipsum ignorare hominum facinora.

V. 14. De præparato habitaculo suo. Id est, accurate instructo & ornato. Nam cælum quasi ad Dei domicilium destinatum est.

In Psalmum XXXV.

V. 1. post, Dixit injustus, additur:

Significat eorum vigilantiam in parandis adversus Christum insidiis.

In Psalmum XXXVI.

V. 7. post, in via sua, additur:

Ne admiratione capiaris viso homine iniquo prospere agente, neque æmuleris felicitatem ex injustitia adquisitam, neque stimuleris ad similia agenda: sed etiamsi omnia ipsi ex voto sponte succedant, ne doleas neu indigne feras, quasi improbi pœnas non luant, sed prospere agant, ceu nullo ultionem & castigationem inferente.

Melius est modicum justo; ac si dicat, melior est modica Domini misericordia, quam omnes mundi divitiæ.

V. 19. Non confundentur in tempore malo. Malum tempus est iræ ac furoris contra impios, quando illi quidem justum Dei judicium experientur; justi autem gloriam, honorem, incorruptionem & vitam æternam consequentur.

In Psalmum XXXVII.

V. 2. post, arguas me, adjicitur:

Dæmones qui suppliciis inferendis deputantur, & ultrices potestates, Dei ira & furor vocantur. Supplicat itaque ne a malignis virtutibus arguatur, neque per immissionem angelorum malorum, sed per salutaria verba corripiatur.

V. 7. Miser factus sum, &c. Gravitatem conscientiæ indicat, quæ quasi in desperationem impellit.

V. 8. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Quoniam inquit, videbam inimicos mihi illudentes: intelligibiles autem inimicos significat.

Ad Psalmum XXXVIII.

V. 12. V*eruntamen vane conturbatur.* Qui vivit in iniquitate, ita ut hujusmodi egeat institutione.

V. 14. post, antequam moriar, *sequitur.*

Id enim significat: *Quoniam advena sum.*

Ad Psalmum XXXIX.

V. 2. post, miseriæ, inseritur:

Ecquid tibi præbuit? postquam me exaudivit, ait, eduxit ex profundo peccati & ex voluptate lutei corporis, sive ex portis mortis, & corruptionis ibidem existentis, aut ex occupationibus sæculi.

V. 5. post, spes ejus, additur:

Postea in cohortationem aliud adjicit: Beatus, inquit, revera, qui Deum solum habuit in spem suam, neque respexit ad præsentis vitæ sollicitudines, quæ vanitates sunt, & insaniæ falsæ, & curæ

curæ in vanum admissæ. Insania autem prudens, A est vitæ præsentis status, qua, mente capti multis esse videbantur Prophetæ, qua de re gloriatur justus & ait: *Ego dixi in excessu meo*.

Ad Psalmum XL.

Ad versum 2.

BEatus vir ille, qui de pauperibus uti consentaneum est cogitat, ac si diceret, qui intelligere valet inopiam, quam nostri causa suscepit Christus.

In Psalmum XLI.

V. 2. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum; huic versui sequentis interpretatio aptatur, cum quadam discrepantia sic:*

VUltum Dei sermo significat, quod ii vehementi ejus temporis cupidine teneantur, quo tempore & ipsi advocabuntur; ita ut præsentes sint faciei Patris, id est, Filio.

V. 8. *Abyssus abyssum invocat*. Abyssus Pater, abyssus Filius. Abyssus peccatorum invocat abyssum commiserationis Dei, ut ipse peccatum frangat ejusque auctores, itemque corruptionem; ac si dicat, Mos est tibi, ut peccatoribus supplicantibus, animo flectaris. Ecquid nos despicis qui tibi procumbimus?

In Psalmum XLIII.

Argumentum.

HIc quoque psalmus eidem argumento insistit; estque hominum, qui antiqua beneficia recensent, & assumi postulant, quia ipsum Dominum spem sibi adscripserunt, & in nomine ejus confitentur.

Humiliata est in pulvere anima nostra. Ita loquuntur, quia depulsi a sensu eorum quæ Christi sunt, in sensum carnalem sunt delapsi.

In Psalmum XLV.

V. 2. ADjutor in tribulationibus. Quoniam, inquit, te adjutorem habemus, quamcumque nobis imminentem perturbationem despicimus. E

Infra, v. 3. *post*, reformidabimus inquit, *additur*:

Aut montes dæmones dicit, qui olim excelsi ac conspicui erant, ac proinde montibus similes.

In Psalmum XLVI.

PSallite sapienter. Non cum citharis, ut ii qui ante fuere: id enim significat illud, *sapienter*. F

In Psalmum XLVII.

V. 13. *post*, jubet Apostolis *additur*:

DIvinas potestates, quæ Ecclesiam & religiosum institutum servant, angelosque sanctos alloquitur Spiritus sanctus, dicens, Circumdate turres. Quæ enim in urbe præstantiora munimenta sunt, custodibus numero concredita sunt, ut ipsa defendant.

In Psalmum XLVIII.

V. 7. *post*, insligenda, *additur*:

FRater non redimit, fratrem, religiosum & honorabilem virum dicit.

In Psalmum XLIX.

In argumento, post, adfert, *additur*:

B JUdæorum primi, neglecta virtute, religionem putabant esse sitam in recitandis & enuntiandis legibus, offerendisque sacrificiis. Lectio autem legis & sacrificiorum oblatio, virtutis intus existentis fructus esse debent: qua deficiente illa solum præstare, perinde fuerit ac si quis ungatur ad palæstram, & certamina ipsa nihil curet, quibus corona obtinetur. Eos itaque qui sic adfecti sunt, coarguit beatus David, Deumque inducit exprobrantem, ac declarantem, se, si deficiat virtus, a sacrificiis abhorrere, quod per Esaiam quoque dicebat: C *Impius qui mihi vitulum immolabat, est quasi ille qui virum cadit*, &c. Isai. 66. 3. In imagine igitur Verbum adumbrat, inducitque Deum de cælo advenientem, ac sedentem ad judicium, & de Judæorum principibus judicium ferentem, *Deus deorum loquutus est*.

V. 2. *Ex Sion species decoris ejus. Deus manifeste veniet*. Illud, *ex Sion*, priorem dicit adventum significare; illud autem, *manifeste*, secundum. Quod itaque priorem ejus adventum, atque gloriosam Dei manifestationem, silebat D dum ab hominibus judicaretur, neque conspicue divinitatem suam ostendebat: quando autem secundo accedet, manifeste veniet, & non silebit; sed arguet mundi peccatum. Si namque Deus manifeste veniat, Christus autem Deus sit, illud sane dictum, *manifeste*, carnem declarat.

V. 7. *Deus Deus tuus*. Id est, qui magna miracula ab initio usque ad hoc tempus generi vestro exhibuit.

In Psalmum L.

In argumento post, continet, *adjicitur*:

SUbindicat etiam omnibus hominibus salutis viam esse pœnitentiam, seu quamdam artem obtinendæ semper contra inimicum victoriæ. Nam qui semper de illa cogitat, eaque recte utitur, victor semper erit inimici assidue instantis. Inducit etiam redemtionem, quæ per sanctum Baptisma adfertur, *Adsperges me*, dicens. Imo etiam docet conservatum sibi prophetiæ donum. Non postulat enim quasi ipso privatus, sed supplicat non auferri sibi, dicens, *Ne auferas*.

V. 3. *post*, manus, *additur*:

Apertius autem sententiam explicans ait: *Amplius lava me*. Atque hic quoque vim copiamque purgationis expetiit, ut magnum esse facinus ostenderet: aut, quia a Nathan acceperat, veniam sibi fuisse concessam, & variæ calamitates vim peccati minuebant: nunc ait: Opus mihi est purgationibus & ablutionibus, ut jam liquefactæ & exsiccatæ sordes penitus abradantur.

Ad versum 4.

Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Peccatum dicit adulterium. Sciendum autem est peccatum esse a bono lapsum; iniquitatem vero prævaricationem in divinam legem: hæc sunt amborum principia. In hoc autem conveniunt, quod scilicet peccator ab eo, qui secundum naturam & in natura est, scopo aberraverit; humanæ quippe naturæ hic scopus positus est, ut secundum rationem vivat, semotis & procul positis iis, quæ rationi adversantur. Similiter qui inique agit prævaricatur contra legem in natura datam, intemperanter se gerens. E re igitur Apostolus & discipulus Christi Joannes utrumque in uno copulavit: sic loquens, *Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit;* ac si diceret, peccatum consentaneum est iniquitati. Nam quisquis inique agit, peccat; neque tamen omnis qui peccat, inique agit. Potest autem ex opposito dici, quia scilicet; *omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit.*

1. Joan. 3. 4.

V. 8. post, Hyssopo autem, *hæc sequuntur, non parum diversa ab editis:*

Hyssopo autem Spiritus sancti efficaciam comparat, utpote ardentem, & sordes omnes in nobis repurgantem. Purgatio hyssopo conficietur, scilicet per Spiritum sanctum. Hyssopus namque est herba purgandi vi prædita.

V. 13. Et spiritum sanctum tuum ne auferat a me; interpretatio hujus versus quæ in Commentario edito legitur pag. 431. *deest in Codice Ambrosiano: videturque esse aliena: dicitur enim, Davidem in pœnam peccati amisisse spiritum prophetiæ, & rogare, ut sibi iterum concedatur: cum contra in Argumento dicatur, hunc Psalmum prophetice scriptum esse.*

In Psalmum LI.

V. 7. P*ropterea Deus destruet te in finem.* Hæc recte dicantur de principibus Judæorum & de ipso Juda, quia quæ damnosa erant dilexerunt usque *in finem*, ac si dicat, *semper*. *Propterea destruet te*, utpote qui non recte ædificatus fueris, qui superbos evertit, atque ut improbe satum *evellet te & emigrabit*, sive eradicabit, & a domicilio tuo, id est, ne secum habites, ejiciet te.

V. 9. Sed speravit in multitudine divitiarum suarum. Pulcre divitias & potestatem vanitatem vocavit, secundum veram rei naturam: neque enim Doeco profuerunt, neque Assyriis, quando unius Angeli adventu interemti sunt, ac insepulti jacuerunt.

V. 10. post, in Christum, *sequitur:*

Fructus autem Spiritus est, caritas, gaudium, pax, & cetera. Hunc itaque fructum cum in seipso haberet Sanctus ille vir ajebat: *Ego autem sicut oliva fructifera*, olivæ autem fructiferæ se comparat, quia cum misericordia in ipso consistat & dominetur, ex consequenti hærebant & reliquæ virtutes. Eodem prorsus modo & Jobum virilem, & Josephum temperantem, ceterosque, ex virtute in ipsis obtinente ac dominante nuncupaverunt.

In Psalmum LIII.

V. 2. post, Deum supplicet, *legitur*,

QUandoquidem autem, ait, nomen tuum invoco, in hoc ipso salutem mihi præbeas. *Et in virtute tua*, id est, in Filio tuo, *judicabis me;* ac si diceret: Non aliis judicibus, sed virtuti tuæ examinandum me tradas.

In Psalmum LIV.

V. 4. post, personam refert, *legitur*,

HÆc in me perpetrabant, ob illatæ jacturæ memoriam, ex irrationabili ira manentem. Ira permanens iracundia vocatur. Ea vero de causa formidolosus eram, atque turbatus, ut morte jam imminente, atque in tantam animi concertationem & formidinem incidi, ut ne radium quidem lucis viderem, sed in tenebris degerem: putabamque omnium rerum optimam esse fugam, ac rogabam dari mihi alas avolandi causa, ut alibi quiescerem.

In Psalmum LVI.

V. 4. post, adversarias potestates, *sequitur*.

BEneficium ergo præbeas, ut mihi facultas sit dicendi cum fiducia, te de cælo nostra respicere: & nostra quidem meliorem in conditionem deduxisse, res autem adversariorum contra in opprobrium detulisse. Aut de salute loquitur, quam consequutus est in spelunca: quando inimicum suum in potestatem accepit, cui etiam pepercit. Quod quidem in contumeliam vertit et qui periculum evasit, utpote qui servatori suo insidias strueret.

Ibidem post, Filius est, *legitur*,

Medius scilicet relictus inter catulos leonum Gethæorum, nempe alienigenarum. Aut quantum per me stetit, ex humana impietate dormivi conturbatus. Verum Altissimus, misso Verbo suo, liberavit animam meam, ita ut ex catulorum leonum tumultu nihil læsa sit. Quænam hæ feræ? forte filii hominum fuerint: quorum dentes & consilia sunt arma; ac si diceret, in omnibus damnosi sunt. Sicut enim gladius acutus facile perimit; sic & lingua attenuata & acuta obtrectationibus interficit.

V. 10. Usque ad nubes veritas tua. Ex operibus veras, inquit, esse declaraverunt nubium, sive Prophetarum, voces. *Usque ad cælos*, simile est illi: *Quoniam ipsa creatura liberabitur a corruptione in libertatem gloriæ filiorum Dei.*

In Psalmum LVII.

V. 4. post, salutis causam, *sic habetur*,

SIquidem per Esaiam Prophetam Judæis ait Deus: *Novi quia despicies & contemtor eris, atque ex ventre vocaberis, Impius es.* Ventrem vocat sanctum Baptisma.

In Psalmum LVIII.

V. 15. post, efficiat, *legitur*,

QUoniam dixit, *In ira consummationis & non erunt;* ne quis opposita dixisse Prophetam arbi-

arbitretur, cum sic loquitur: *Disperge illos in virtute tua;* merito eamdem vocem repetit, *Convertentur*, quod dictum nonnihil obscuritatis in versibus adsert. Vult enim canum exemplum exprimere, qui cum ad escam congregantur, antequam cibum adtingant, sese mutuo devorant, ac plerumque discerpuntur, non sumto cibo.

In Psalmum LXI.

V. 7. **V***Eruntamen Deo subjecta esto anima mea.* Parum abest quin nos ratiocinandi usu privarint, cum necessitatem nobis induxerunt adorandi ligna & lapides, ita ut de nobis dicatur, *Homo cum in honore esset non intellexit.* Sed illi quidem, o anima mea, hujusmodi sunt: tu autem *subjecta esto* servituti ejus. Deinde infert: Idipsum ab illo me spero accepturum, videlicet salutem me ipsius patrocinio consequuturum; neque enim sinet me desertorem ac transfugam ab ipso esse, sive in aliud dominium transferri. Inde quippe salutem exspecto auxiliumque ipsius, quia in eo spem reposui meam.

In Psalmum LXIV.

V. 5. *post, estis vos, legitur,*

QUi pleni estis sanctificatione. (Templumque illud tuum) per eloquia tua accedentes erudit atque docet justitiam tuam.

In Psalmum LXV.

V. 9. **Q***Ui posuit animam meam ad vitam.* Gaudebo de hujusmodi mirabilibus, deque eorum opifice: qui, utpote Dominus, omniumque inspector, de terrenis discernit & judicat, indignosque homines suppliciis circumvenit. Oculos vocat Apostolos.

V. 13. *post,* cælestem videlicet, *hæc inseruntur,*

Holocaustis scilicet spiritualibus. Sed quæ tua sunt, Domine, hujusmodi: nostra autem isthæc, ingredi in templum tibique immolare in gratiarum actionem, idipsum autem significat *distinxerunt* (*labia mea*) atque loquuta sunt. Hæc inquit precatus sum.

In Psalmum LXVI.

Ad Argumentum hæc adjiciuntur.

HIc Psalmus præcedenti consentaneus est, proprie enim agit de benedictione sacrorum: atque tota pene oratio in libro Judicum jacet. Ac si igitur futurum sit ut hoc eveniat, postquam reditum vaticinatus est, prædicat divinam incarnationem & adventum, atque futuram gentium salutem. Inscriptus autem est, *In hymnis*, quia Dei est hymnis celebrari, hominum autem est laudibus ornari.

V. 4. *& 6. Confiteantur tibi populi Deus.* Quemadmodum bis gentes ad hymnos concinendos excitavit, ita bis ipsas ad benedictionem quæsivit: cum bis scilicet eam benedictionem accepisset. Aut quia illæ benedictione repletæ non ignorant Deum qui super omnia est, sed dulcissimum ipsi offerunt pietatis fructum: quem si tibi offeramus, id est virtutis studium accuratum, a te benedictionem accipiemus.

V. 6. *post, profectus, additur,*

Benedicat nos Deus. Sciendum homines Deum benedicentes, ipsi verba solum proferre, sed opere ipsi beneficia impendere non posse. At Deus cum benedicit, operibus verba confirmat, ac bonorum omnium copiam iis quibus benedicit elargitur. Deinde docet quomodo.

In Psalmum LXX.

V. 8. **R***Epleatur os meum laude.* Possumus quidem laudare semper Deum, semper benedicere, semper temperanter nos gerere: at qui possibile est semper sperare? Nam qui semper sperat, numquam rem quam sperat consequitur. Alius quidem ait, illud *semper*, non sæculorum spatium spectare, sed vitam solum istam sensibilem: alius autem spatium quoque sæculorum illud *semper* spectare ait, ut spei terminus sit cognitio sanctæ Trinitatis.

In Psalmum LXXII.

V. 2. *post,* expectet, *legitur,*

M*Ei autem pene moti sunt pedes.* Narrat hujusmodi mortem piis viris contingere, ut si quis rogetur an velit talem mortem obire, neutiquam annuat.

In Psalmum LXXIII.

V. 13. **T***U confirmasti in virtute tua mare.* Quando Pharaonem cum ducibus & curribus ob pravam mentem ac propositum contrivisti quasi capita draconum in aqua: sic Ægyptios Æthiopibus conterminis dedisti in escam, ipsos ac Regem ipsorum vicisti a facie Æthiopum.

V. 21. *Pauper & inops laudabunt nomen tuum.* Postquam, inquit, salutem consequuti sunt qui ea digni sunt, pauper spiritu, scilicet Apostolorum Chorus, secundum illud, *Beati pauperes spiritu*, congruentes tibi laudes emittit.

In Psalmum LXXIV.

V. 4. *post,* sancti Apostoli, *legitur,*

AIt Apostolus: *Et cum cognovissent gratiam quæ data est mihi Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur columnæ esse.*

V. 5. *post,* impietate, *scribitur,*

Humiliat autem Judaicum populum ob ejus superbiam: exaltat vero populum ex gentibus ob humilitatem ejus.

In Psalmum LXXV.

V. 3. **F***Actus est in pace locus ejus.* In anima Sanctorum. Hebraicus textus habet *Salem*, ac reliqui sic interpretati sunt: quod est *pax*. In ista igitur anima, aut in Ecclesia, tela ignea quæ malignus ille emittit, conteruntur; vel intelligitur, in superna Jerusalem.

V. 5. *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis.* Inde emittit Spiritum sanctum, scilicet a mon-

montibus æternis: Sion dicit, ex qua putabant Deum profectum talia patrare: ubi etiam templum ipsi constructum fuerat.

V. 9. post, instante die, *legitur*,

Cum enim, inquit, Deus sis cælestis, judica- A sti & judicium fecisti manifestum, ultus inimicos Jerosolymæ.

V. 11. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. Quoniam omnis lingua, omnis cogitatio, omne ratiocinium, confitebitur Domino in tempore judicii, quando etiam occulta in publicum proferentur.

MONITUM

In Fragmentum contra Macedonianos.

SEquens fragmentum ex prolixo, ut videtur, opere excerptum est. Cum enim quidam ementita Catholicæ fidei specie Macedonii errores spargerent, Athanasius, quo vivente nemo inulte vel clam vel publice sanam fidem impugnavit, vafros homines ut larvam ponant provocat; ratus optabilius esse, ut errores palam efferrent, quam ut aliud simulantes adreperent, incautosque simpliciorum animos sensim abducerent. Editum porro fuit hoc opus circiter annum 359. quo maxime tempore Macedoniani obstrepebant.

Fragmentum contra Macedonianos. Ex Cod. Colbert. 5179. Bombycino.

SI quidem nulla existente de tractanda fide occasione, scribunt, inanis damnosusque est illorum conatus: quia nulla suborta quæstione, disceptandi præbent occasionem: innocentium fratrum corda labefactantes, eaque perperam disseminantes, quæ nunquam illis in mentem venissent; quod si ea illis scribendi causa sit, quod a Macedonii hæresi sese purgare velint; oportebat sane eos malarum semina plantarum primo sustulisse, atque traduxisse eos qui talia subministrant, ac deinde contra illos recta sententia scribere; vel tandem Macedonii opinionem palam vindicare; ut ne latenter, sed publice Pneumatomachi, sive B Spiritu sancti hostes, commonstrentur: sicque omnes ab illis tamquam a facie serpentis refugiant. Nunc autem & illa occultant, & de aliis dissimulanter scribunt: quemadmodum medici de carie laborantibus membris carptim agentes, de sanis edisserunt; sive ignorantes, sive arte sua vafre utentes. Nemo enim de adulterio accusatus, de furto sese purgat; neque qui cædis crimen offert, reos patitur hanc sibi defensionem parare, Non pejeravimus, imo etiam depositum servavimus. Id enim lusus potius est, quam criminis depulsio, aut veritatis demonstratio. *P. 311. in Epistola ad Episcopos Ægypti & Libyæ, n. 11.*

MONITUM

In Fragmenta contra Novatianos.

NOvatianos, qui ævo suo residui erant, non semel in scriptis suis exagitat Athanasius. Quod autem speciatim contra Novatianos opus ediderit, ex hisce fragmentis deprehendimus, comperimusque duos saltem ea de re libros exaratos ab eo fuisse, nam secundi excerptum adfertur. Tertium vero fragmentum, quod in veteri Codice Athanasii nomen præfert, conjectura tantum ex Libris contra Novatianos excerptum putamus: exhibetque præclarum de Confessione ad Sacerdotem edenda testimonium, ut cuivis perspicere licet.

Fragmenta Librorum contra Novatianos. Ex Codice Regio 2398. xi. seculi membr. Est Catena in Acta Apostolorum, fol. 32.

S. Athanasii ex libro secundo contra Novatianos.

Act. 5. 4. M*Anens*, inquit, *vobis manebat, & venumdatum in vestra erat potestate*. Quoniam, ait, Spiritum sanctum tentare aggressi estis, atque in hoc mutuo consensistis, ut voluistis experimentum illius rei capietis. Alii vero ad sanam mentem deducti, sumtaque a vobis experientia, idipsum tentare verebuntur.

Ibidem.

S. Athanasii ex Opere contra Novatianos.

Hic porro considerandum est, tunc initium prædicationis fuisse, ipsosque magnum C facinus aggressos esse, ausos tentare Spiritum sanctum. Horum autem supplicium magnæ fratribus aliis utilitati fuit, institutis scilicet & edoctis, non audendum quidpiam esse contra Spiritum sanctum, nec tentare ipsum oportere.

Ex Cod. Colb. 200. quæ est Catena in Hieremiam. Estque, ut videtur, Fragmentum ex Libris contra Novatianos.

D

Quemadmodum homo a Sacerdote baptizatus, Spiritus sancti gratia illuminatur; ita qui confitetur in pœnitentia, per Sacerdotem, Christi gratia remissionem accipit.

Duo

Duo Athanasii loca, quæ in Anecd. Græc. Jo. Christophori Volfii Tom. IIII. pag. 52. edit. Hamburgi, habentur, ab eodem excerpta ex Catena MS., in qua ad Actus Apostolorum illustrandos afferuntur.

CAP. VIII. v. 24.

Precamini vos pro me ad Dominum.

ATHANASII

Ex Sermone III. contra (1) Novatianos.

ADversus hanc ejus amaritudinem, & temeritatem insolentem, qua in Dei donum ferebatur, Petrus merito graviter commovebatur, commotusque ad eum dicebat: *Pecunia tua tecum pereat.* (2) Quamvis enim melius tibi esse possit, tamen propter insolentiam illam tuam, quod gratuitum Dei donum pecunia comparari posse censeas, *non est tibi portio, neque sors in sermone isto. Neque enim cor tuum rectum est coram Deo.* Tam graviter in eum locutus recte tamen & merito nihil horum pœnitentia accedente immedicabile esse existimans, sed potius medicinæ locum superesse judicans: *pœnitentiam igitur age de hac pravitate tua, & precare Dominum, si forte remittetur tibi cogitatio cordis tui.* Nam & hoc tibi magnum erit: Cave itaque, ne donum Dei tam impure & sordide pecunia tibi tam festinanter comparare studeas. Sed potius ab amaritudine tua & mala ista cogitatione recedens, *pœnitentiam age, si forte remittetur tibi cogitatio cordis tui;* quæ verba non dubie proferuntur, sed ideo, quia affectus difficulter sanabiles non insanabiles quidem sunt, sed ægre tamen sanantur. Si enim prorsus emendari non potuisset, superfluum fuisset dicere: *pœnitentiam age de malitia tua, & precare Dominum.*

A Itaque pœnitentia in hac causa efficax est. Quia vero cum pœnitentia magna cura opus est illis, qui ad malitiam indurati sunt, statim subjungit: *si forte tibi remittetur cogitatio cordis tui. Nam in felle amaritudinis & vinculis injustitiæ te esse video.* Et tantum quidem valuit excitatio ista ad pœnitentiam, a tanto Apostolo ad tantum Magum, eumque tanto felle & amaritudine refertum, tantisque peccatis oppressum, ut jam tum curam illam susciperet, verbisque, Scriptura testante, his eam profiteretur: *Orate vos pro me ad Dominum:* neque enim mihi tanta inest fiducia, ut ne quid eorum, quæ dixistis, super me veniat. Nec præcidit ipsi hujus rei spem divus Apostolus, neque facere hoc denegavit. Quomodo enim id facere poterat, qui ipse suaserat, & præceperat? Tantum vero commodi hinc capiebat ipse ille tantus Magus ex hac spe, ad pœnitentiam facta, ut a malitia sua & amaritudine multum mutatus diceret: ego quidem idoneus non sum, qui pro me ipso precer: vos vero orate pro me ad Dominum.

Ejusdem ex Sermone II. contra Novatianos qui se ipsos Catharos *appellant.*

CAP. XVI. 3.

Et assumptum eum circumcidit.

Ne igitur prohiberetur in Synagogas penetrare, quia Timotheus non erat circumcisus, ut & hoc fieret, permisit quidem prudenter, non vero præcepit.

(1) Catharorum nomine & ipsi Novatiani se vocabant, & ab aliis appellabantur. Vide *Beverg.* ad Canon. VIII. Concil. Nicæni. Conf. B. *Mayeri* Commentar. de Pietistis Veteris Ecclesiæ p. 99. seq. Præstantissimus *Bernh. de Montfaucon* tria fragmenta Sermonum Athanasii *Collectioni Patrum Novæ* Paris. 1706. fol. editæ, Tom. II. p. 103. inseruit, inter quæ tamen præsens hoc una cum sequente frustra quæres. Cumque prius illud, ex III. contra Novatianos libro afferatur, patet, non duos, quos suspicabatur Cl. *Monfauconius*, sed tres minimum libros adversus Novatianos ab Athanasio scriptos fuisse.

(2) Actor. VIII. 20.

M O N I T U M

In sequens Fragmentum.

HOC *fragmentum περὶ ἄπτων inscribitur in manuscripto Græco: quia vitandæ κακοφωνίας & repetitionis ergo, ex περιάπτων unica voce, περὶ resecatur, ne περὶ περιάπτων legatur. Nam amuleta & præstigiæ, quæ hic confutantur & prohibentur, περίαπτα non autem ἄπτα dicuntur, ut videas hic in fragmento & apud Gregorium Nazianzenum, qui illa voce utitur.*

Ex Codice Reg. 1993. fol. 317.

Athanasii Alexandrini, de Amuletis.

Psal. 40. 5. SI quis in ægritudinem curatu difficilem lapsus sit, psallat, *Ego dixi, Domine, miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi*, precibus scilicet intentus, ac misericordiam implorans, cæle-
Eccl. 38. 9. sti sapientiæ obsequens dicenti, *Fili, in tempore infirmitatis tuæ ne despicias; sed ora Dominum, & ipse curabit te.* Amuleta enim & præstigiæ, vana sunt auxilia. Si quis vero iis utatur, is clare discat, quod seipsum effecerit pro fideli infidelem, pro Christiano Ethnicum, pro prudenti imprudentem, pro rationabili irrationabilem. At enim vetula viginti obolorum, aut quartariæ vini pretio, serpentis incantationem tibi exhaurit: tuque stas hianti ore tamquam asinus, quadrupedum sordes a collo gestans, repulso salutaris crucis sigillo. Quod sigillum non morbi tantum reformidant; sed etiam omnis dæmonum cohors pertimescit & horret. Quamobrem omnis præstigiator hujusmodi sigillo vacuus est.

In eodem Codice 2423. locus ille Psalm. p. 516. nostræ edit. explicatur, in fine autem post hæc verba, fuerant aliquando, *hæc adduntur.*

Quemadmodum igitur Rex, cum latronum principem invenit, vi urbes occupantem, circumquaque prædantem, antra subeuntem, ut collectas ibi pecunias deponat, colligatum hujusmodi furum prin-

principem supplicio tradit; thesaurum autem ejus in regia penuaria transfert; ita fecit & Christus, principem furum, carceris custodem diabolum, & mortem colligavit; eorumque divitias, videlicet universum hominum genus transtulit in Dominica penuaria. Ideo clamat Paulus his verbis, *Qui redemit nos de tenebris, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ.*

Coloss. 1.13.

In eodem Codice p. 150.

Fragmentum hoc suspicor cusum.

Quod autem in Patre sit Filius, & Pater in Filio, illud est esse Filium Dei, qui ex Deo genitus est, & Deus secundum naturam, quemadmodum & Pater, in se paternam speciem repræsentans, atque in paterna hypostasi exhibitus. Unus itaque & unus, & dyas, sive dualitas illa, natura non separatur, nullius egens ad perfectionem. Tota quidem plenitudo deitatis est Pater ut Pater; tota item plenitudo deitatis est Filius ut Filius. Quoniam per ambos una species intelligitur, integre & perfecte in ambobus exhibita. Quæris autem, Quomodo hic in illo, & ille in hoc sit: quia & hic talis est, qualis ille; & ille talis, qualis hic. Sic & unum sunt illa duo, quod nec mutuo differant, neque separentur, neque secundum aliam speciem & extraneum characterem intelligatur Filius; sed sit Deus sicut & Pater.

Codex Reg. 1993. ex sæculi x. membr. optimæ notæ. p. 39.

Sic & in principio, si præceptis ejus obtemperans Adam & consors ejus, a voluptate ligni abstinuissent; non defuisset sane via, qua hominum genus propagaret. Et quomodo, inquies, tot hominum millia producta fuissent? Ego vero te iterum interrogabo, quia te talis metus exagitat, quomodo Adam, quomodo Eva, nullis intervenientibus nuptiis editi sunt?

Ex Codice Reg. 2441. xi. sæculi fol. 298. verso: est Catena in Joannem.

Hi de sepultura Adami verba fecerunt, Africanus & S. Athanasius.

In eodem Codice ad Catenam in Danielem, in hæc verba, ϗ τὰ σαράβαρα αὐτῶν ἐκ ἠλλοιώθη, ϗ ὀσμὴ πυρὸς ἐκ ἦν ἐν αὐτοῖς, hæc Athanasii nomine leguntur.

Neque in vestimentis nostris sit odor, ad Nabuchodonosorem delatus: hæ scilicet sunt pravæ cogitationes a diabolo immissæ, quæ exstinguuntur.

Ex Codice Reg. 1994. xiv. sæc. Bombycino: est pandectes.

S. Athanasii Alexandrini.

Quivis homo accepta a Deo discernendi vi, supplicio adficietur, si imperitum pastorem sequutus fit, & falsam sententiam ut veram amplexus sit: *Quæ enim participatio luci cum tenebris?*

Fol. 48. Cod. 2398.

S. Athanasii.

Multis, ut ita dicam, manibus eorum, quorum vestimenta custodiebat, Stephanum lapidasse (putandum est).

Fol. 98.

In illud, *Et accipiens circumcidit illum.*

Ne igitur a Synagogarum aditu arceretur Timotheus, quod incircumcisus esset; ut iis adesse posset, id ita dispensavit; neque tamen illud quasi præceptum & dogma tradidit.

Ex Codice Reg. 2919. x. sæculi membr.

Omni figurarum genere exornatum librum Psalmorum esse ait Magnus Athanasius, hyperbatis, ὑπερθέσιν, apostrophis, eclipsibus, parabolis, metaphoris, emphasibus, prosopopœis.

Magnus Athanasius ait, Diapsalma ob rhythmorum mutationes jacere, non ob secessum Spiritus sancti, ut quidam commenti sunt.

Brevis Expositio Fidei.

Ex Codice Regio 2280. Bombyc. xiv. sæc. fol. 13.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, qui semper Deus Pater est: & in Verbum Deum, unigenitum Filium Dei, quod coexistat proprio Patri, quodque ex substantia Dei Patris sit Filius, quod unus Filius proprii Patris sit, quod æqualis honore sit Filius Deo & Patri suo: quod in omnes imperium & auctoritatem habeat filius Dei, quodque cum Patre suo ubique præsens sit deitate, quod omnia contineat substantia sua, & quod a nullo contineatur filius Dei, quemadmodum Deus, pater ipsius. Et in Spiritum sanctum, quod ex Patris substantia sit: ac coæternus Patri & Filio sit Spiritus sanctus, nec deitate separatus sit. Verbum dico in carne factum esse: id est, carnem cepisse.

Ejusdem.

Trinitas quidem, etiam postquam Verbum ex Maria corpus adsumsit, Trinitas est, neque additamentum, neque diminutionem accipiens; sed semper perfecta est. Et in Trinitate una deitas agnoscitur.

In eod. Cod. fol. 61.

Præstabilius erat dubitantes silere & credere, quam non credere propter dubitationem.

Ex Cosmæ Indicopleustæ Ægyptii Monachi Christiana Topographia, sive Christianorum opinione de Mundo. In Collectione nova Patrum & Scriptorum Græcorum Montfauconii, pag. 316. seqq.

Sancti Athanasii ex secunda epistola Festali.

FAxit Deus ut semper, maxime autem in diebus solemnitatis, non auditores tantum, sed etiam factores præceptorum Salvatoris simus; ut sanctorum mores imitati una ingrediamur in indesinentem ac vere manentem in cælis, Domini lætitiam.

Ejusdem ex quinta epistola Festali.

QUis ad hæc (enarranda) sufficiat? Nam mundum Salvatoris sanguine liberavit, infer-

fernum item Salvatoris morte calcandam tradidit, & ad cælestes portas obice vacuam adscendentibus viam paravit.

Ejusdem ex sexta epistola Festali.

ET sic festa celebrantes ingredi possimus in illam, quæ in regno cælorum adest, Christi lætitiem.

Ejusdem ex vigesima-secunda epistola Festali.

UT Dominus noster Jesus Christus, qui mortem pro omnibus suscepit, non in quodam infimo terræ loco, sed in ipso aere manus expandit, quo hinc edoceatur, illud per crucem salutare omnibus ubique prodesse: ut sic eo, qui in aere operabatur, diabolo sublato, adscensum nobis in cælum novum pararet, ac liberum constitueret.

Ejusdem ex vigesima-quarta epistola Festali.

ET tunc quidem illis exeuntibus & transmittentibus ex Ægypto, inimici eorum mari absorpti feruntur; jam vero nobis a terra in cælum trajicientibus, ipse demum Satanas ex cælo decidit.

Ejusdem ex vigesima-octava epistola Festali.

UT ipse quidem pro omnibus hostia fieret; nos vero ejus sermonibus enutriti, ac veræ vivificæque ejus doctrinæ consortes, cum sanctis cælestem illam lætitiam percipere valeamus. Illuc quippe nos, tamquam discipulos ad cœnaculum, ad divinum atque incorruptum convivium cum ipsis sermo invitat. Hic quidem passus pro nobis; illic vero cælestia tabernacula præparans iis, qui alacriter ac libenter obedierint, atque indesinenter ac secundum scopum secuti fuerint ad bravium supernæ vocationis, ubi iis qui ad cœnam accesserint & adversus cohibentes se concertarint, reposita est corona & incorruptibilis lætitia. Etiamsi enim multus hominum respectu talis viæ labor habeatur; at ipse Servator leviorem illam & faciliorem paravit.

Ejusdem ex eadem epistola.

NOs autem, fratres, qui vineam a Servatore accepimus, & ad cæleste convivium invitamur, utpote jam imminente die festo, ramos palmarum accipiamus; ac peccati victores effecti, quemadmodum illi qui tunc Salvatori obviam venerunt; ita & nos operibus ipsis parati simus, ut venienti occurramus, et cum illo ingressi, immortalis cibi participes simus, ac denique æternum vivamus in cælis.

Ejusdem ex vigesima-nona epist. Festali.

ET ea quidem quæ hominum sunt finem habent; quæ autem bonitatis Dei sunt, nunquam cessant. Quamobrem nos mortuos, ac ex natura nostra infirmos suscitat, atque ex terra factos adducit in cælos.

Ejusdem ex quadragesima epist. Festali.

Luc. 22. 29. *VOs autem estis qui permansistis mecum, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater, regnum; ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Ad magnam itaque & cælestem cœnam per Euangelium invitati ad cœnaculum illud scopis mundatum, nos mundemus, ut præcepit Apostolus, *ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei*; ut extrinsecus & intrinsecus immaculati; extrinsecus quidem induti temperantia & justitia, intrinsecus vero spiritu recte sentientes, audiamus verbum veritatis, *Intra in gaudium Domini tui.* 2. Cor. 7. 1. Mat. 25. 21.

Ejusdem ex quadragesima-secunda epistola Festali.

VOcati enim sumus, fratres, jamque convocati a sapientia, secundum Euangelicam parabolam, ad cœnam illam magnam & cælestem omnique creaturæ sufficientem; ad Pascha videlicet, sive immolatum Christum: nam *Pascha nostrum immolatus est Christus. Et paucis interjectis.* Illi quidem sic ornati, ingredientes audient, *Intra in gaudium Domini tui.* 1. Cor. 5. 7. Mat. 25. 21.

Ejusdem ex quadragesima-tertia epistola Festali.

NOstrum autem, quorum est Pascha, vocatio item superna est cum Paulo dicente, *Non enim habemus hic manentem civitatem; sed futuram inquirimus:* quo respicientes, probe festum celebramus. *Et quibusdam interpositis:* Excelsum sane cælum est, infinitoque a nobis spatio distat: nam *cælum cæli Domino*, ait. Verum ne ideo ad torporem & metum declinemus, quasi nempe vie ad cælum trajici nequeat; imo potius alacriter agendum. Non enim ut illi olim ab oriente profecti, reperto campo in terra Sennaar, aggressi sunt, opus est nos lateres igne coquere, ac bitumen pro cæmento quærere. Eorum quippe linguæ confusæ sunt, opusque solutum est. Nobis vero Dominus novam per proprium sanguinem viam munivit: ipsamque facilem & expeditam paravit. *Et iterum:* Neque solum circa cæli distantiam consolatus nos est, sed etiam quia portam hanc olim clausam, ipse veniens aperuit. Vere etenim clausa fuit, ex quo Adamum expulit ex Paradiso voluptatis, atque Cherubim & flammeum gladium versatilem deputavit ad viam ligni vitæ custodiendam: nunc vero aperta est illa: ac majori gratia clementiaque usus adveniens ipse, qui sedet super Cherubim, in paradisum quidem latronem, qui se confessus fuerat, introduxit; in cælum vero ipse præcursor pro nobis ingressus, portas omnibus aperuit. *Ac rursum:* Paulus vero secundum scopum persequens ad bravium supernæ vocationis, per eam raptus est usque ad tertium cælum: postquam autem superna vidisset, postea descendens, nos etiam una comprehendit, annuncians ea, quæ ad Hebræos scripta sunt dicens: *Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensum ignem & turbinem, & tenebras, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum; sed accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitivorum, qui descripti sunt in cælis.* Quis non optaverit superno horum consortio frui, & cum illis describi, ut una audiat, *Venite benedicti Patris mei, hæreditate accipite paratum vobis regnum a constitutione mundi?* Hebr. 13. 14. Psal. 113. 16. Hebr. 12. 18. Mat. 25. 34.

Ejus-

Ejusdem ex quadragesima-quinta epistola Festali.

ADferamus omnes sacrificia nostra, communionem cum pauperibus agnoscentes & admittentes: & ingrediamur in sancta, ut scriptum est, quo præcursor pro nobis ingressus est Christus, æterna redemptione inventa. *Ac rursum:* Magnum id argumentum est, quod nos qui extranei eramus, concives sanctorum efficiamur, atque filii supernæ A Jerosolymæ, cujus figura erat ea, quam Salomon ædificavit. Nam si Moyses omnia secundum exemplar, quod sibi in monte monstratum fuerat, effecit, sane conspicuum est cultum in Tabernaculo exhibitum, mysteriorum cælestium figuram fuisse; ad quæ mysteria cum nos ingredi vellet Dominus, viam paravit nobis novam & manentem. Quemadmodum autem omnia vetera novorum figura erant; sic hæc festivitas superni gaudii typus est, in quam ingressi cum psalmis & canticis spiritualibus jejunia ineamus.



FRAM-

FRAMMENTO INSIGNE
DI STORIA ECCLESIASTICA
DEL QUARTO SECOLO,

Pubblicato dal Ch. Sig. March. SCIPIONE MAFFEI nel Tom. III. delle *Osservazioni Letterarie*, artic. 1. e nella *Storia Teologica* in fine degli *Opuscoli Ecclesiastici* pag. 254.



El codice tra i Capitolari Veronesi scritto in lettere majuscole, benchè non grandi nè pulite, da Teodosio Diacono, dopo una collezion di Canoni, monumenti si conservano i più preziosi di questa Libreria, il primo de' quali è Anteniceno. Appresso i Canoni seguono quattro carte con scrittura d' inferior tempo, le quali eran forse rimase vuote, o furono aggiunte dopo. Ripiglia poi l' istessa mano con l' istesso majuscoletto: *Epistula. Athanasius presbyteris &c.* è diretta al Clero Mareotico. Quindi senza separazione, nè titolo, segue Epistola del Concilio di Sardica, e appresso altra di S. Atanagio con altre soscrizioni. Di poi senza titolo premesso, nè divisione alcuna, *Scripsit autem & Imperator Constantius &c.* e viene una vita acefala del medesimo Santo. Segue inezia incondita. *Item Symbolus sanctæ Synodi Sardic. Abrenuntio Satanæ*: indi Epistola di Constantino sopra il Sinodo Niceno, ch'è la medesima inserita nell' istoria Greca (1) di Gelasio Ciziceno. Vien dopo *Initium Epistulæ*, ed è il frammento posto qui da noi in primo luogo; alla fin del quale, *Explicit inlustro virorum. Incipit Definitio Dogmatum Ecclesiasticorum*, qual continua fino alla fin del libro, ove si ha il nome di Teodosio Diacono. Questa raccolta di regole ecclesiastiche fu già attribuita a diversi. Nell' edizion Maurina di S. Agostino si dà col nome di Gennadio: in fatti di prima mano vi era anche qui premesso il nome di Genoadio; ma una seconda, benchè antica, vi ha posto quello di S. Agostino. Ho voluto dar notizia così particolare di questo Codice, e delle sue confusioni, e bizzarrie io quest' ultima parte di esso, acciocchè possano farvi riflessione quelli, che credono doversi aver rispetto a tutti gli antichi codici, ed alle lezioni che in essi trovansi, quasi fossero Evangelisti. Ora metteremo qui per ordine di tempo ciò, che d' inedito, e d' autentico da questo libro si è tratto.

Initium Epistulæ Episcoporum. Hesichius, Pachomius, Theodorus, Phileas, Meletio dilecto, & comministro in Domino salutem.

Simplici ratione incerta verba æstimantes, quæ de te audiebantur, quibusdam id nos pervenientibus nuntiatur aliena a more divino, & regula ecclesiastica, quæ a te conantur, immo magis fiunt, quæ nec auribus suscipere vellemus, considerantes in magnitudine audaciam, & conatus incertos. Sed quoniam in præsentia advenientes multi his fidem imposuerunt, & contestari facta non dubitabant, nimis admirantes compulsi sumus has litteras conficere ad te: qualem etiam (2) commotionem, & tristitiam communiter omnibus, & singillatim unicuique, præbuit a te facta ordinatio in parœciis ad te minime pertinentibus, nec dicere etiam prævaleamus. Pauca tamen te arguentes non cessavimus. Lex est patrum, & propatrum, quam nec ipse ignoras, constituta secundum divinum & ecclesiasticum ordinem: nam cuncta pro Dei placito, & zelo meliorum. Ab ipsis est constitutum & fixum, in alienis parœciis non licere alicui Episcoporum ordinationes celebrare; quæ lex bene nimis magna est, & cum sapientia adinventa. Quoniam primum oportet conversationem, & vitam eorum qui ordinantur, cum magna scrupolositate scrutari: deinde, ut omnis confusio & turbulentia auferatur, vix enim unusquisque parœciam regere poterit suam, & magna sollicitudine, multisque cogitationibus ministros reperire, cum quibus omne tempus vitæ transegit, & in manibus ejus sunt educati. Tu autem nihil horum considerans, nec futura contemplans, nec beatorum patrum nostrorum, & Christo susceptorum per successiones legem; neque magni Episcopi, ac patris nostri Petri honorem, ex quo cuncti per spem, quam habemus in Domino Jesu Christo, pendemus; nec nostris incarcerationibus, & temptationibus, & cotidianis ac multiplicatis opprobriis, nec oppressionibus & angustiis apud omnes placatus, omnia pariter evertere ausus est. Pro quibus quæ tibi excusationi occasio relinquetur? Sed forsitan dices: egentibus gregibus, ac desolatis, pastore non subsistente, ne multorum incredulitate multi subtrahantur, ad hoc perveni. Sed certissimum est, illos non egere: primum quia multi sunt circumeuntes, & potentes visitare: deinde etsi quid ab ipsis negligentius agebatur, oportuerat ex populo properare, ac nos exigere merito. Sed sciebant se ministrorum non esse egenos: & ideo ad hos petendos non pervenerunt. Sciebant, quod monentes eos ab hac inquisitione aut dimittebamus, aut cum omni scrupolositate fiebat quod utile videbatur; fiebat enim sub arguente, & in manibus probitate constituta cogitabatur. Tu autem tam viriliter quorundam considerans deceptiones, & inania verba, subreptus ad ordinationes prosiluisti. Si enim adstringebant circumstantes te, & compellebant ignorantes ordinem Ecclesiasticum, oportuerat te sequentem regulam literis nos edocere, & ita quod expedire videbatur, fiebat. Si forte persuadebant tibi quidam dicentes, de nobis finem esse factum (quod nec tibi ipsi erat ignotum, quod essent multi euntes, & redeuntes ad nos, qui poterant visitare) etsi hoc fuisset, oportebat te majoris Patris exspectare judicium, & hujus rei permissionem. Sed horum nihil cogitans, & aliud sperans, immo magis nostri curam non gerens, Præpositos quosdam populo providisti: nam jam cognovimus, & (3) schismata fuisse, quod multis tua displicuit inrationabilis ordinatio. Ad hæc nec beatissimi provisoris, & induti Christum omnium nostrum Apostoli Pauli verbum suasit morari, & propositum facile continere; qui scribens acce-

(1) *lib.* 2. *cap.* 36. (2) in ms. *communionem*. (3) in ms. *chrismata*.

acceptissimo filio (1) *Timotheo*, *dicit*: manus nemini cito imposueris, nec communicaveris peccatis alienis: *pariter suam erga illum demonstrans providentiam*, *& exemplum*, *ac legem qua cum omni scrupulositate & cautela eligantur ordinandi*. *Adnuntiamus* (2) *imposterum tibi*, *ut regulæ tutum & salubrem terminum confirmare* (3) *studeas*.

Finis Epistulæ Episcoporum.

H*Anc Epistulam postquam suscepit*, *& legit*, *nec rescripsit*, *nec ad eos perrexit ad carcerem*, *nec ad beatum Petrum iit*: *omnibus autem his Episcopis*, *Presbyteris*, *ac Diaconibus Alexandriæ apud carcerem martyrium passis*, *ingressus est statim Alexandriam*. *Erat autem in Civitate quidam Isidorus nomine*, *moribus turbulentus*, *Doctoris habens desiderium*; *& Arius quidam habitum portans pietatis*, & *ipse Doctoris desiderium habens*. *Hi postquam cognoverunt cupiditatem Meletii*, *& quid esset quod requireret*, *succurrentes ei*, *invidentes scilicet Pontificatum B. Petri*, *ut cognoscatur* (4) *concupiscentia Meletii*, *Presbyteros*, *quibus dederat potestatem B. Petrus de parœcia visitare Alexandriam*, *latentes Meletio demonstraverunt*. *Commendans eis occasionem Meletius*, *separavit eos*, *& ordinavit ipse duos*, *unum in carcere*, *& alium in metallo*.

His agnitis, *B. Petrus cum multa patientia populo scripsit Alexandrino Epistulam hoc modo*.

Initium Epistulæ Domini Petri Episcopi Alexandriæ.

P*Etrus in fide Dei stabilitis dilectis fratribus in Domino salutem*. *Quoniam* (5) *cognovi Meletium nihil per utilitatem* (*cui nec beatissimorum Episcoporum ac Martyrum Epistola placuit*) *sed insuper ingressum nostram parœciam tantum sibi adsumpsisse*, *ut etiam ex mea auctoritate Presbyteros*, *& quibus permissum erat egentes visitare*, *conaretur separare*, *& indicium suæ cupiditatis in Principatu*, *quosdam sibi ordinasse in carcere*: *modo illud observate*, *ne ei communicetis*, *donec occurram illi cum sapientibus viris*, *& videam quæ sunt quæ cogitavit*. *Valete*.

E' Noto, che fra le calamità sofferte dalla Chiesa Orientale nel quarto secolo, una fu lo scisma di Melezio Vescovo di Lico nella Tebaide. Dalla costui fazione sommo disturbo risentì la Chiesa d' Egitto, perchè si unì poi con gli Ariani a danno degli Ortodossi: non già perchè relazion vi fosse fra i loro errori, ma perchè contra la religion cattolica ed unica tutte fra loro si uniscon sempre le Sette. Perciò il primo passo di Ario fu di dar mano alle novità, che andava introducendo Melezio, come si ha da Sozomeno (6) νεωτερίζοντι Μελιτίῳ συνίστατο. E' noto altresì com'egli andava ordinando Sacerdoti nelle altrui Diocesi, e giurisdizioni. Fu questa una delle materie, che si discussero nel Concilio Niceno; e dall' audacia di costui il famoso VI Canone prese motivo. Raccogliesi il fatto dagli antichi autori dell' Ecclesiastica Istoria, ma non pochi lumi reca il presente frammento ancora.

Un' Istoria era questa, nella quale secondo l' uso degli antichi Storici ecclesiastici inserivansi nel racconto i documenti a disteso, e specialmente le epistole. In questo pezzo due ne rimangono, quali non si hanno negli Storici noti, nè in S. Atanagio, nè in S. Ilario, nè altrove. Fra l' una e l' altra l' anonimo Scrittore favella. Tutto senza dubbio era in Greco, chiari indizj di traduzione apparendo. Di tempo antichissimo è da credere la traduzione ancora: nè dee far difficoltà qualche parola, o qualche modo che paresse barbaro, perchè o vien da Grecismo, o non è senza buoni esempj, come *scrupulositas*, che abbiamo anche in Tertulliano, & in Columella; e come *quæ a te conantur* in senso passivo: i verbi della qual ragione si trovano in gran parte usati nell' una e nell' altra maniera, talchè (7) *dici utroqueversum possunt*, come insegna Gellio.

Nella prima di queste lettere apparisce il principio della querela, e il primo richiamo in questa causa seguito. Quattro Vescovi Egizj scrivono a Melezio dalla prigione, in cui erano per la Fede nella persecuzione di Diocleziano, e si lamentano d' aver' inteso, ch' egli ordini nelle Diocesi loro, Preti creando, e Parochi. Si conosce, che il male era nel suo principio, poichè scrivono subito certificati del fatto, e si conosce, che Melezio non era passato ancora a crear Vescovi, come fece poi; il che si vede nell' Apologia seconda di S. Atanagio. Gli rimproverano di non aver riguardo, non solamente a offender loro, ma il santo lor Primate Pietro Alessandrino; e di non intenerirsi alle angustie che tutti pativano, *nec angustiis apud omnes placatus*, come poco propriamente è tradotto. Gli rimproverano altresì il non aver rispetto alla *legge de' Padri*, *e degli avi*; dove par certamente, che accennino regola stabilita, e scritta; e non avendosi in tal proposito altri Canoni anteriori se non li chiamati Apostolici, che di ciò parlino, benchè apocrifi, si ha qui certo argomento per conoscere quanto fossero antichi: poichè si ha in uno: Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις ἢ χώρας. E tanto più, che si ha in quest' Epistola, come quella era legge *beatorum patrum nostrorum & a Christo susceptorum*; e com' era trasmessa *per successiones*, ch' è l' invincibile argomento per la tradizion tutta, dagli Apostoli col mezzo de' Vescovi fino a noi tramandata.

De' quattro Santi che scrivono, bramar non si potrebbe il più bel riscontro, di quello che abbiamo in Eusebio; dove parlando de' più insigni Martiri di quella persecuzione, annovera (8) *Filea*, *ed Esichio*, *e Pacomio*, *Teodoro*, *Vescovi di Chiese d' Egitto*. Eccogli tutti e quattro unitamente: tutti e quattro sono altresì negli atti Greci di S. Pietro Alessandrino, dati fuori dal Combefis, citati da Enrico Valesio nelle note ad Eusebio. In quegli Atti, e nella lor versione anche il Baronio conobbe esservi giunte spurie, e interpolazioni, ma non s' ingannò forse nel far qualche caso de' manuscritti che avea, vedendosi dal riscontro di questi nomi, come v' era ancora del genuino. In essi i nostri Santi, son chiamati *antesignani di tutti i Confessori imprigionati*. Prezioso adunque è il nostro frammento, che ci ha conservati i sentimenti di Martiri co-

sì

(1) 1. Tim. v. 22. (2) in ms. *ordinando adnuntias*. (3) in ms. *studetur*. (4) *& cognoscentes concupiscentiam*. (5) suppl. *agere*. (6) *l.* 1. *c.* 15. (7) *l.* 15. *c.* 13. (8) *l.* 8. *c.* 13.

sì illustri. S' è lecito congetturare, io crederei, che Filea, Vescovo Tmuitano, fosse quello che scrisse; poichè era distintamente nello scrivere, e negli studj esercitato, di che Eusebio fa fede (1), recandone in pruova parte d'altra sua epistola, o libro in lode de' Martiri, e S. Girolamo altresì, che lo annovera per esso fra gli ecclesiastici Scrittori. Ma più di questo me lo fa credere il vedere, che dove Eusebio, e negli Atti, e nella versione il nome di Filea precede a gli altri, in questa epistola è l'ultimo, così esigendo la modestia di chi scrivea.

Da ciò che soggiunge appresso lo Storico, s'impara, come martirizzati poi questi santi Vescovi, e molt' altri insieme, Melezio si portò subito in Alessandria; dove trovandosi Ario, e un Isidoro di lui collega, i quali ambivano di farsi capi, e di comparir maestri, scoperta l'ambizione di Melezio, presero a favorirlo, e gl' indicarono que' Sacerdoti, quali S. Pietro avea sostituiti in Alessandria per assistere a' fedeli, fin ch' egli stava assente. Melezió però gli scacciò, ovvero gli separò dalla comunione, arrogandosi l'autorità di Vescovo Alessandrino, e ne ordinò due altri, uno de' quali era in prigione, e l'altro condannato alle miniere. Tanto pare potersi raccogliere da gli ultimi versi, per la version cattiva, e per gli errori del copista alquanto oscuri. Pietro adunque ordinò con la susseguente lettera al suo Clero, e popolo, di non comunicar con lui, finchè si potesse devenire a un giusto esame del suo delitto. Appare da tutto ciò, quanto si sia ingannato il (2) Basnage ne' suoi Annali, volendo che i nostri quattro Vescovi conseguissero il martirio dopo S. Pietro, la cui morte fu negli ultimi periodi della persecuzione. Non sussiste punto il suo argomento del venir nominati dopo da Eusebio, il quale nel nominar quivi i Martiri, tutt' altr' ordine segue che quello del tempo.

Quanto all' anno di queste Epistole è chiaro, come furono scritte correndo già da qualche tempo la persecuzione, quale dal libro delle Morti de' Persecutori si vede intimata alli 23. Febr. del 303. Per me le crederei scritte nel 306. poichè si vede nella prima quasi il nascere dello scisma di Melezio, quale ricavò il Baronio appunto in detto anno essere incominciato. So che il (3) Pagi ne pose il principio all' anno 300; ovvero 301; e so, che ad esso si conforma il chiarissimo P. Montfaucon nella vita di S. Atanagio, e nelle Annotazioni, e che riprendono replicatamente il Baronio dell' averlo posto al 306. Ma per verità l'argomento del Baronio è fortissimo, e superior di molto alle cose in contrario addotte: perchè osserva egli, come dice S. Atanagio nell' Orazion prima, o sia Epistola circolare, che allora erano passati già 36 anni dal Concilio Niceno; scrivea dunque il Santo nel 361; ma dice quivi parimente; ch' eran passati anni 55 dal principio dello scisma di Melezio; il quale era dunque stato nel 306. Questo argomento non si ribatte punto dal Pagi: cerca di ribatterlo il Montfaucon nel Monito all' Epistola circolare, con riferir parte delle parole di S. Atanagio (4) al particolar Sinodo Alessandrino: ma veramente mi par chiarissimo, non parlarsi quivi che del Niceno: *οἱ δὲ πρὸ τριάκοντα καὶ ἓξ ἐτῶν ἀπεδείχθησαν αἱρετικοὶ, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπεβλήθησαν ἐν κρίσει πάσης τῆς οἰκουμενικῆς Συνόδου.* *Gli Ariani furon dichiarati Eretici 36 anni fa, e separati dalla Chiesa per giudicio d' un Concilio universale*. Con qual probabilità può mai qui credersi, che la dichiarazione d' Eretici, e la relazione dalla Chiesa, che in questo periodo si mentova, spettino a due Sinodi diversi, e che li trentasei anni all' uno si riferiscano, e non all' altro? A torto adunque vien detto, ch' errasse il Baronio *ex male intellecto S. Athanasii loco*, & *ex Nannii versione*. Conobbe il Basnage l'insussistenza delle opposizioni, e lasciò il principio della sedizione nel 306; ma non so poi perchè terminasse dicendo, il principio dello scisma Meleziano quanto al tempo essere incerto ed oscuro, mentre secondo abbiam mostrato è chiarissimo.

Più altre riflessioni potrebbero farsi, ma basti aggiungere ancora, come non potrebbe mai correre ciò che il dotto editore di S. Atanagio stabilisce, che l'anno 301 Melezio, reo d' idolatria, fosse condannato da un Sinodo d' Alessandria, mentre in quel tempo persecuzione non v'era ancora; e abbiam da Socrate, ch' egli sacrificò (5) *ἐν τῷ διωγμῷ*. E poichè in quest' epistola non altro gli oppone S. Pietro, che la *cupidità del Principato*, non è credibile, che avesse già sacrificato; ma è più credibile, che dal minor peccato dell' ambizione passasse poi al maggiore dell' Idolatria. Non sembra parimente, che fosse stato condannato per anco da un Sinodo, il che nelle nostre epistole si direbbe; nè si vede ragione di chiamar tal Sinodo Alessandrino. Non si nomina quel Sinodo dagli Storici, nè dal libretto Sinodico si riferisce. Bensì abbiamo in questo, che S. Pietro depose, e scomunicò Melezio *avanti la consumazione del suo Martirio*, *πρὸ τοῦ τῷ Μαρτυρίῳ τελειοῦσθαι*. non dunque in Alessandria, e non nell' anno 301, ma molto dopo; benchè facciano qualche difficoltà le parole di S. Atanagio, nel principio della seconda parte dell' Apologia seconda.

Ora non lascierò di propor qui una congettura. Scrisse un' Istoria S. Ilario, nella quale rappresentava quant' era avvenuto per occasion degli Ariani, a fine di far conoscere le arti inique da loro usate. Quell' Istoria era in sostanza una collezione di documenti autentici, e singolarmente di lettere, avendo egli voluto far vedere incontrastabilmente la verità de' fatti. Di essa più pezzi de' manuscritti si son trovati confusamente, quali vanno tra le sue opere con titolo di *Frammenti*. Ora chiunque paragonerà quelli e questo, non potrà non credere, che questo ancora da quell' istessa Istoria fosse tronco. Par veramente s' indichi il contrario da leggersi nel principio de' Frammenti, *Incipiam igitur ab his quæ proxime gesta sunt*, cioè dal Sinodo Arelatese, che fu nel 353, dove il principio de' disordini di Melezio fu tanto prima. Ma avvertasi che soggiugne quivi S. Ilario: *hoc ita fieri*, cioè di cominciar di là, *non rerum ordo, sed ratio ex præsentibus petita demonstrat*. Però soggiunge che dal giudicio di chi legge, *omnia sunt separanda temporibus*. Non seguì adunque l'ordine del tempo, e incominciò da cose avvenute dopo, per far meglio comprendere l'intenzion prima. Abbiamo l'istesso esempio per l'appunto in S. Atanagio: il quale nell' Apologia, che si può parimente dire una raccolta di documenti, e di epistole, incomicia da un Sinodo del 340, continuando quasi fino al 350, e a mezzo il libro ripiglia

(1) *l. 8. c. 9.* (2) *an. 321. n. 14.* (3) *Pag. an. 302. n. 3.* (4) *S. Ath. tom. 1. pag. 112.* (5) *l. 1. c. 6.*

piglia da 45 anni addietro, e mette lo Scisma di Melezio, e il principio della fazione Ariana, proseguendo poi ordinatamente. L' istesso metodo avea forse tenuto S. Ilario; e i suoi Frammenti, i quali ne' mss. non sono per ordine di tempo disposti, stavano forse come gli avea ordinati l' autor medesimo. Che che sia di ciò, e le due premesse epistole, e le tre che facciamo seguire appresso, dal medesimo codice pur tratte, ogni ragion ci fa credere, che appartengano alla serie già da S. Ilario raccolta; poichè spettano all' istesso periodo di tempo, ed hanno il soggetto istesso, cioè l' Istoria degli Ariani, e di quanto per essi avvenne, presa dal lor cominciamento, a promuovere il quale molto contribuì Melezio, e la sua fazione. Anche ne' già stampati Frammenti sono epistole del Concilio Sardicese con soscrizioni, ed anche in essi fra le epistole parole dell' Istorico si frammettono qualche volta. La nostra versione pare alquanto più strana, ma nasce forse, perchè l' altra fu da gli editori migliorata a forza d' emendazioni.

Concilii Sardicensis ad Mareoticas Ecclesias Epistola.

Sanctà Synodus secundum Dei gratiam collecta Sardicæ, Ecclesiis Dei apud Mareotam cum Presbyteris, & Diaconibus in Domino salutem.

Etiam ex his, Fratres dilectissimi, quæ ad Alexandriam per fratres directa sunt, scire potestis quæ apud sanctam & magnam Synodum secundum Dei gratiam Sardicæ collectam, sunt actitata; sed quia & vos scripsistis, intolerabilia sustinuisse ab impiissimis hæreticis, quorum est princeps pessimus Gregorius, hanc ob caussam scribere, & ad vestram reverentiam necessarium sancta Synodus æstimavit: ut iis consolati, magis ac magis habentes in Deo spem, futuram promissionem repositam diligentibus Christum consequamini. Si igitur passi estis mala, nolite contristari, sed magis gaudete, quoniam & vos meruistis pro nomine Domini injurias tolerare. Si vero carceres, & vincula, & factiones tolerastis, hæc vos non contristabunt; hæc enim & ante vos Patres sustinuerunt, quorum unus est beatus Paulus, propter quod & vinctus vocatus. Audivimus quanta & Ingenuit Presbyter passus est, & doluimus quidem propter injurias; libenter autem accepimus sacram ejus voluntatem, quoniam propter Christum cuncta sustinuit. Si igitur adhuc vos premunt, quæ putatur tristitia esse, in gaudium convertatur. Scripsimus enim piissimis Imperatoribus, ut ne de cetero talia committantur adversum Ecclesias; & credimus, quod Dominus faciet per religionem humanissimorum Imperatorum, ut & nos cum solatio, & libertate Deo gratias agentes, & placentes inveniamur in die judicii. Quæ autem sunt actitata, sicut prædiximus, cognoscetis ex dilectissimis fratribus nostris, qui vestras literas portaverunt, hoc est Presbyteris, & Diaconibus Alexandrinis: Episcopum enim vestrum dilectissimum fratrem nostrum, & comministrum Athanasium innocentem, & sincerum ab omni calumnia pronunciavit sancta & magna Synodus: Theodorum vero, Narcissum, Stephanum, Acacium, Georgium, Ursacium, Valentem, & Minophantum, episcopatu deposuit ob ea, quæ deliquerunt, & ob impiissimam heresim cujus socii, & patroni videntur. De Gregorio autem nec tantum credimus necessarium esse scribere; olim enim depositus est, imo magis Episcopus penitus non est æstimatus: ejus enim opus simile est ejus ordinationi (1). *Si quis igitur ab eo deceptus est, erudiatur, & veritatem cognoscat; si vero resistit ejus impietati, gaudeas, quod & ipse adversatus est hunc, quem sancta Synodus nec Episcopum æstimavit. Nec enim nos latuit, quid adversus vos commiserit, & quantum vos presserit. Sed gaudete, quoniam pro Christo patimini ab his, qui Christum blasphemant: æstimamus autem, quod jam omnis insolentia cessabit, increpatis, ac depositis noxiis, qui hæresim non nominandam defendebant. Incolumes vos esse in Domino opto.*

Ego Osius Episcopus incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres.

Athanasius Episcopus vester incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres.

Heliodorus	*similiter.*
Johannes	*sim.*
Jonas	*sim.*
Dionysius	*sim.*
Paregorius	*sim.*
Aetius	*sim.*
Valens	*sim.*
Arius	*sim.*
Porphyrius	*sim.*
Athenodorus	*sim.*
Alysius	*sim.*
Gerontius	*sim.*
Lucius	*sim.*
Asterius	*sim.*
Bassus	*sim.*
Dioscorus	*sim.*
Domitianus	*sim.*
Calepodius	*sim.*
Alexander	*sim.*
Plutarchus	*sim.*
Vincentius	*sim.*
Vitalis	*sim.*
Severus	*sim.*
Restiutus	*sim.*

Vincentius Episcopus incolumes vos in Domino opto, dilectissimi fratres: jussus a fratribus meis, & Coepiscopis scripsi, & subscripsi pro ceteris.

S. Athanasii ad easdem Ecclesias Epistola.

Athanasius Presbyteris; & Diaconibus, & populo catholicæ Ecclesiæ apud Mareotam, dilectissimis, ac desiderabilibus fratribus in Domino salutem.

Sancta Synodus laudavit in Christo vestram religionem. Omnes acceptos tulerunt in omnibus animum & fortitudinem, quoniam minas non timuistis, quod tolerantes injurias & persecutiones adversum pietatem, prævaluistis. Literæ itaque vestræ, dum legerentur omnibus lacrymas commoverunt, & omnes ad vestrum pertraxerunt affectum: dilexerunt vos & absentes, ac vestras persecutiones suas æstimaverunt: indicium namque caritatis eorum sunt literæ ad vos datæ: & licet sufficeres vos connumerare sanctæ per Alexandriam Ecclesiæ: tamen separatim vobis scripsit sancta Synodus, ut adhortati non deficiatis ob hæc, quæ patimini, sed gratias agatis Domino, quod vestra patientia bonum fructum habebit. Olim itaque latebant hæreticorum mores; nunc tamen omnibus expansi sunt, & patefacti: nam sancta Synodus advertis ab his con-

(1) v. *Athanasii Apol.* n. 30.

concinnatas adversus vos calumnias, & eos habuit odio, atque omnium consensu deposuit Theodorum, Valentem, Ursacium in Alexandria, & Mareota. Eadem etiam per alias Ecclesias facta sunt. Et quoniam intolerabilis est jam crudelitas eorum, & tyrannia adversus Ecclesias celebrata, ideo Episcopatu dejecti sunt, omnique communione alienati. Ceterum de Gregorio nec mentionem facere voluerunt; qui enim penitus Episcopi nomen nec habuit, hunc nominare superfluum æstimaverunt: sed propter deceptos ab eo, nominis ejus mentionem fecerunt; non quia dignus memoria videbatur, sed ut ex hoc qui ab illo decepti sunt, ejus cognoscant infamiam, & erubescant cujusmodi factis homini communicaverunt.

Cognoscetis vero super eos scripta en superadnexis: & licet non omnes scribere Episcopi occurrerunt, attamen ab omnibus scripta sunt, & pro omnibus scripserunt. Invicem salutate in osculo sancto. Salutaas vos omnes Fratres.

Protogenes Episcopus, incolumes vos in Domino opto, dilectissimi, & desiderabiles.

Athenodorus Episcopus incolumes vos in Domino opto, fratres dilectissimi.

Julianus Episcopus similiter.
Ammonius sim.
Aprianus sim.
Marcellus sim.
Gerontius sim.
Porphyrius sim.
Zosimus sim.
Asclepius sim.
Appianus sim.
Eulogius sim.
Eugenius sim.
Liodorus sim.
Martyrius sim.
Eucarpus sim.
Lucius sim.
Caloes sim.
Maximus sim.

Per epistulas de Galliis incolumes vos in Domino opto, dilectissimi.

Arcidamus, & Philoxenus Presbb. & Leo Diaconus de Roma incolumes vos optamus.

Gaudentius Naisitanus Episcopus incolumes vos in Domino opto.

Florentius Merie Pannoniæ similiter.
Ammianus de Castello Pannoniæ sim.
Januarius de Benevento sim.
Prætextatus de Narcidono Pann. sim.
Hypeneris de Hypata Thessaliæ sim.
Castus de Augusta Cæsareæ sim.
Severus de Calciso Thessaliæ sim.
Julianus de Theriseptapoli sim.
Lucius de Verona sim.
Eugenius de Hecleal Cychinis sim.
Zosimus Lychnis Sunosio Apuliæ sim.
Hermogenes de Syceano sim.
Thrypho de Magara sim.
Paregorius Caspinus sim.
Caloes Castromartis sim.
Ireneus Syconeus sim.
Macedonius Lypianensis sim.
Martyrius Naupactis sim.
Palladius de Diu sim.
Broseus Ludonensis Galliæ sim.
Ursacius Brixiensis sim.
Amantius Viminacensus, per Presbyt. Maximum sim.
Alexander Gyparensis Achajæ sim.
Eutychius de Mothena sim.
Aprianus de Petabione Pannoniæ sim.
Antigonus Pallenensis Macedoniæ sim.
Dometius de Acaria Constantias sim.
Olympius de Enorodope sim.
Zosimus Oreomargensis sim.
Protasius Medielan. sim.
Marcus Siscensis Saviæ sim.
Eucarpus Oponsius Achajæ sim.
Vitalis Vertaresis Africæ sim.
Helianus de Tyrtanis sim.
Symphorus de Herapythis Cretæ sim.
Mosinius Heracleæ sim.
Eucissus Chisamensus sim.
Cydonius Cydonensis.

Item S. Athanasii.

Athanasius Presbyteris, & Diaconibus omnibus Ecclesiæ sanctæ apud Alexandriam, & Parembolam catholice dilectissimis Fratribus salutem.

Hæc scribentes oportet Epistulæ principium gratiarum Christi actionibus facere, fratres dilectissimi, nunc autem maxime decet hoc fieri, quoniam & facta multa apud Dominum, & magna habent gratiam, & oportet credentes in eum non esse ingratos tot ejus beneficiis. Gratias igitur agimus Domino, qui nos semper omnibus palam facit in fide, qui & jam in præsenti magna & mirabilia fecit Ecclesiæ: quæ enim rursum affirmaverunt divulgantes hæretici Eusebiani, & Arii hæredes, hæc omnes, qui convenerunt, Episcopi, pronunciaverunt falsa ea esse, & ficta: Et ii ipsi qui apud multos putaatur esse terribiles, tamquam gigantes nominati, pro nihilo habiti sunt: & merito; quemadmodum enim adveniente luce tenebræ arguuntur, sic per adventum justorum iniquitas revelatur; & præsentibus egregiis debiles convincuntur. Quæ enim fecerunt maledicæ hæresis Eusebii successores, Theodorus, Narcissus, Valens, Ursacius, & in omnibus pessimus Georgius, Stephanus, Acacius, Minophantus, & eorum collegæ, nec vos ignoratis, dilecti; nam eorum dementia omnibus patefacta est: quæ vero contra Ecclesias commiserunt, vestram nec hoc latuit solertiam. Primum enim vobis nocuerunt; primum vestram Ecclesiam corrumpere temptaverunt: sed ii qui tot ac tanta fecerunt, & apud omnem terribiles æstimati sunt, sicut prædixi, tantum timuerunt, ut omnem exsuperent cogitationem. Neque enim solum Romanam Synodum timuerunt, nec solum se vocati excusaverunt, sed & nunc cum Sardicam advenissent, sic infirmati sunt conscientia, ut cum vidissent Judices, mirarentur; sic mente conciderunt. Vere quis posset adversum eos dicere, (1) ubi est stimulus tuus, mors? ubi est victoria tua, mors? *Nec enim illis proficiebat, ut vellent judicare: jam non poterant circumvenire quos volebant; sed videbant viros fideles curantes justitiam, imo magis ipsum Dominum nostrum videbant in eis: quemadmodum tunc Dæmones de sepulchris; filii enim cum essent mendacii, non ferebant veritatem videre. Sic Theodorus, Narcissus, & Ursacius cum suis verba dicebat:* Omitte; quid nobis & vobis hominibus Christi? novimus, quod veri estis, & timemus convinci; veremur in personam recognoscere calumnias. Nihil est nobis & vobis; Christiani enim vos estis, nos vero Christo repugnantes, & apud vos quidem veritas pollet, nos vero cir-

(1) I. Cor. XV. 55.

cumvenire didicimus. Putavimus abscondi nostra; non jam eredebamus in judicium venire: quid ante tempus nostra convincitis, & ante diem nos convincentes vexatis? *Et licet sint moribus pessimi, & in tenebris ambulent, eamen cognoverunt vix tandem, quoniam nulla est communio lucis & tenebrarum, nec est aliqua consensio Christo cum Belial. Unde, fratres dilectissimi, cum scirent quae fecerint, (1) quaecumque miserrimos videntes accusatores, testes prae oculis habentes, imitati sunt Cain, & illius more fugerunt: quoniam granditer erraverunt, etenim (2) ejus fugam sunt imitati, & condemnationem habuerunt. Cognovit enim opera eorum sancta Synodus; audivit nostrum sanguinem proclamantem, audivit voces laesorum ab ipsis. Cognoverunt omnes Episcopi qua peccaverunt, & quanta adversus Ecclesias nostras & alias operati sunt; & ideo hos quemadmodum Cain Ecclesiis ejecerunt. Quis enim non lacrimatus est, dum vestrae literae legerentur? quis non ingemuit, aspiciens quos exiliaverunt isti? quis non existimavit vestras suas esse tribulationes? Fratres dilectissimi, quondam vos patiebamini, cum ii delinquerent adversum vos, & forte jam tempore multo bellum non quievit. Nunc vero Episcopi convenientes omnes, & audientes quae passi estis, sic dolebant, sic gemebant, quemadmodum tolerantes injuriam tunc dolebatis, & illis ...... erat dolor communis illo tempore, quo processistis. Ob haec igitur, & alia omnia, quae contra Ecclesias commiserunt, cunctos universa Synodus sancta deposuit, & non solum eos alienos judicavit ab Ecclesia, sed nec dignos vocari Christianos aestimavit: qui enim abnegantes Christum, quemadmodum Christiani vocentur? & qui contra Ecclesias delinquunt, ii quemadmodum poterunt adesse Ecclesiis? Unde mandavit sancta Synodus ubique Ecclesiis, ut apud omnes notentur; ut ii qui ab ipsis decepti sunt, jam ad plenitudinem, & veritatem revertantur. Nolite igitur deficere, Fratres dilectissimi; tomquam Dei servi, & fidem Christi confitentes prebemini in Domino, & non dejiciat vos tribulatio, neque ab haereticis, adversum vos qui exercentur, dolores contristent. Habetis enim mundum universum condolentem vobis; & quod majus est, habentem omnes vos in mentem. Puto autem jam deceptos ab illis, videntes correptionem factam a Synodo, ab illis averti, & (3) ex ore ipsorum impietatem. Si vero post haec adhuc manus est eorum excelsa, ne stupeatis vos, neque formidetis, si illi saeviunt; sed orate, & manus ad Deum levate, & confidite, quoniam non tardabit Dominus, sed omnia vobis faciet pro vestra voluntate. Vellem quidem adhuc pluribus epistolam vobis scribere, & ut singula facta sunt significare; sed quoniam Presbyteri, & diacones idonei sunt nunciare vobis praesentes de omnibus, quae viderunt, multa quidem scribere cessavi. Illud tantum significo, necessarium putans, ut prae oculis habentes timorem Domini, eum praeponatis, & omnia cum vestra concordia celebretis intelligentes, & sapientes. Orate pro nobis, habentes in mente viduarum necessitates, maxime quoniam ad eas pertinentia inimici veritatis obtulerunt; sed dilectio vestra vincat haereticorum malitiam: credimus enim, quod secundum orationes vestras Dominus adnuens dabit mihi velocius vos videre. Interim tamen apud Synodum actitata cognoscetis ex scriptis ad vos ab omnibus Episcopis, & de subjectis literis depositionem Theodori, Narcissi, Stephani, Acacii, Georgii, Minophanti, Ursacii & Valentis; nam Gregorii mentionem facere noluerunt, qui enim penitus Episcopi nomen non habuit, hunc nominare superfluum putaverunt. Sed tamen propter deceptos ab eo ejus nominis mentionem fecerunt, non quia dignum erat ejus nomen memorare, sed ut ab eo decepti cognoscant ejus infamiam, & erubescant, quod tali communicaverunt..... tamen & hoc cum illis. Incolumes vos in Domino oro, dilectissimi, & desiderabiles Fratres.*

ECco una delle epistole del Concilio Sardicese, che tante ne scrisse, benchè sì poche ne abbiamo. S. Atanagio nell' Apologia detta seconda: ἔγραψαν τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπισκόποις καὶ τῇ ἑκάστου τῶν ἀδικηθέντων παροικίᾳ. *Scrissero a tutti i Vescovi della terra, e ad ogni lor Parochia che fosse stata infestata*. Un' altra, che non si avea, è stata aggiunta nell' ultima edizione del suddetto Padre, ma ch' è l' istessissima della già nota al Clero Alessandrino, onde i copisti avean lasciato di replicarla ne' codici. Questa nostra è assai differente, e ha qualche cosa di più.

E' indirizzata alle Chiese Mareotiche. La Mareotide era un' ampia regione, che principiava non molto lungi da Alessandria, e arrivava fino all' estremità dell' Egitto verso la Marmarica. S. Episanio (4) l' annovera tra le provincie sottoposte al Patriarca Alessandrino: ma gli era in oltre sottoposta anche come a Vescovo immediatamente, poichè in tutto quel tratto non vi era Vescovo di alcuna sorte, il che notò il medesimo S. Atanagio (5) come cosa singolare. Que' Geografi ecclesiastici, che hanno osservata in qualche autore menzione di Vescovo Mareotico, non hanno avvertito, che si parlava d' Ischira, introdottovi contra l' uso da gli Ariani. E credibile venisse tal instituto in quel paese dal non esservi Città di considerazione, e dall' esser popolato per terre grandi e villaggi, come avveniva in più parti dell' Africa; verso la quale piegava la Mareotide. Plinio degli Africani: (6) *castella ferme inhabitant*. Non intendo come Baronio, e l' editor di S. Atanagio, e il Basnage ne' suoi Annali abbian potuto credere, che in tanto paese, e che costituiva un de i Nomi, o sia Presetture dell' Egitto, noo ci fossero se non dieci pagi, o terre; e tanto men l' intendo, quanto che anco le parole di S. Atanagio, dalle quali lo cavano, dicon diversamente. (7) *Le Chiese della regien tutta son sottoposte al Vescovo d' Alessandria:* ἕκαστος δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἔχει τὰς ἰδίας κώμας μεγίστας, καὶ ἀριθμῷ δέκα που καὶ πλείονας· *Ogni Prete ha le sue proprie terre grandissime, in numero forse di dieci, e anche più*. Non andava però tradotto, come da i sudetti si è fatto, ma come rende il Valesio nelle note a Socrate: *Singuli autem Presbyteri proprios habent pagos, eosque maximos, denos interdum, aut plures*. All' epistola del Vescovo Alessandrino riferita da (8) Gelasio Ciziceno noi vediam soscritti sedici Preti della Mareotide: non erano adunque dieci soli i luoghi di essa, poichè allora non si ordinava se non *in titulum*.

Rispondesi con questa lettera a quel Clero, il quale avea mandato avviso al Concilio delle molestie da gli eretici sofferte; e per la notizia di quanto si era fatto, rimettesi all' altra amplissi-

ma

(1) *f. eorumque acerrimos*. (2) *f. etiam*.
(3) *f. exhorrere*. (4) *Haer. 68.*

(5) *Apol. n. 85.* (6) *l. 5. init.*
(7) *n. 85.* (8) *l. 2. c. 3.*

ma mandata a gli Alessandrini. Quell' *Ingenius presbyter*, il quale specialmente si nomina, si vede soscritto a quell' epistola d' Alessandro, che porta la condanna d' Ario; ed è anche innanzi a tutti gli altri sotto quella del Clero Mareotico addotta da (1) S. Atanagio.

Nelle soscrizioni de' Vescovi precede Osio, il noto Vescovo di Cordova, ch' ebbe come Legato dal sommo Pontefice la presidenza anche nel Concilio Niceno. Segue Atanagio ch' era il lor Vescovo. Abbiam nel fine la notizia di chi scrisse, e pregato sottoscrisse per gli altri ancora. Fu Vincenzio, che sarà stato il Capuano. Gli altri Vescovi son tutti del numero di quelli, che si veggon soscritti anche all' epistola indirizzata a tutti i Vescovi, e riferita da S. Atanagio: il solo Ginvanni in quella manca: nè pure in questa nostra si enunziano le loro Diocesi.

Vien' appresso un' epistola di Atanagio all' istesso popolo, e Chiesa della Mareotide, considerata collettivamente, e come una sola. Ha relazione alla passata, e rileva l' onore fattole dal Cocilio, il quale se ben compresa nella Chiesa Alessandrina, ha però voluto anche ad essa scrivere separatamente. La consola con l' avviso della degradazione di coloro, che l' avean molestata, ed afflitta. E' osservabile nel latino di questa versione quel modo, *ejusmodi factis hominem*; che par ci mostri l' origine della frase Italiana, *uomo di tal fatta*: notabile anche *tyrannia* per *tyrannis*; così dovea parlarsi popolarmente, dal popolar linguaggio essendosi formato il volgar nostro.

Resta in dubbio, se le sottoscrizioni de' Vescovi appartengano alla premessa epistola, per aver ciò desiderato il santo Vescovo a fine di consolar maggiormente quel popolo; o se, com' è più probabile, appartenessero a qualch' altra epistola del Concilio, che il nostro Teodosio nella sua confusa miscea tralasciasse. Anche l' ultimo scorretto periodo della lettera, che si è lasciato come sta per non arbitrar troppo, è assai probabile, fosse la clausula d' altra sinodica epistola. I Vescovi si trovan tutti nelle soscrizioni, che abbiamo del Concilio Sardicese. Quel *Caloes* nelle stampe è *Calvus*, e quel *Liodorus* sarà *Diodoro*.

Ove si ha, *Per estipulas de Galliis*, nuovo slogamento si riconosce. Sembrano mancar quivi le pistole dirette alle Chiese Gallicane, tralasciate forse per essere del tenor medesimo d' altre; e sembra, che *Post epistulas de Galliis* seguitassero le soscrizioni de' Vescovi notate diversamente dalle precedenti, cioè con aggiunger le Diocesi. Può essere ancora, che nulla manchi, ma vada letto, *Maximinus Episcopus de Galliis*, e sia il Treverese. I Legati del Papa, son nominati così anche in quell' epistola del Concilio a Giulio I. che si ha nell' Opera Istorica di S. Ilario. *Hoc enim optimum, & congruentissimum esse videbitur, si ad caput, id est, ad Petri Apostoli sedem de singulis quibusque provinciis Domini referant Sacerdotes. Quoniam ergo charissimorum fratrum, & compresbyterorum nostrorum Archidami & Philoxeni, & charissimi filii nostri Leonis Diaconi &c.*

Noteremo qualche cosa sopra que' nomi, che nel Ms. son trasformati. Florenzio *Emerita Hispan.* diventa qui Vescovo *Meriæ Pannoniæ*; perchè ne' Mss. in vece di *Hispania*, suol vedersi *Span*, e dovendo forse nel primo esemplare esser guasta la S, aggiunta la licenza de' copisti di voler interpretare, ed estendere le breviature, la Spagna è passata in Pannonia. Così *Annianus ab Hispania de Castulone* si scrive qui *Annianus de Castello Pannoniæ*. C' era veramente *Castellum* nella Pannonia, o a suoi confini, ma non si sa che avesse mai Vescovo. Anche *Prætextatus ab Hispan. de Barcinona* è qui *de Narcidono Pann.* e Casto *de Cæsaraugusta* è qui *de Augusta Cæsaræ*. Così per lo più ne' mss. son trattati i nomi.

Paregonius Capinus nelle stampe de' Concilii è *de Scupis* Città nota. Ireneo *Syconeus* ha da esser *Secoreus*, o *de Secoro*. Macedonio *Lypianensis* ha da esser *Ulpianensis*. *Broseus Ludonensis Gallia* è *Verissimus Lugdunensis*, ma dal Greco Βηρίσιμος, come si vede nelle soscrizioni del Sinodo di Colonia Agrippina, hanno fatto *Broseus*. Olimpio *de Enorodope* dovea scriversi *de Doliche*; non si vede questo Vescovo nelle soscrizioni stampate del Concilio, ma è il secondo tra quelle del Conciliabolo Sardicese. Non si ha nè io queste, nè in quelle Zosimo *Oreomargensis*; Città Vescovale fu *Oreum*: di tal Vescovo nnn credo si abbi più avuta notizia, come nè pur di Cidooio, che si vede qui in ultimo luogo.

Inemendabili sono altri nomi, perchè chi indovinerà la Diocesi di Severo *de Calciso Thessaliæ?* e quella di Alessandro *Giparensis Achajæ?* e quella di Zosimo *Lychnis Sunosis Apuliæ?* e di Vitale *Vertarensis Africæ*, e di *Dometius de Acaria Constantias?* Non sarebbe difficile sostituire altri nomi noti, che avessero qualche lampo di similitudine con questi, ma l' arbitrare in questo modo, è più tosto comporre, che correggere. Giuliano *de Therisseptapoli* sarà *Julius ab Achaja de Thebe eptapyleos*. *Hecle a Lychnis*, nelle stampe *Heraclialineo*, sarà qualche *Heraclea*, o *Heracliana*.

All' incontro c' insegna questo ms ad emendar più luoghi delle stampe, come dove si ha in esso, *Hipenens de Hypata Thessaliæ*, Città nota, in vece della quale abbiamo avuto finora *de Phrata*, ovvero *de Pearata*; nomi chimerici. Così *Tychius*, ovvero *Tytius de Methone*; meglio qui *Entychius*. Di alquanti ancora, che si hanno alla rinfusa senza Diocesi nelle stampe, la Diocesi s' impara qui, e se ne acquista notizia di più Vescovadi, ignoti finora alla sacra Geografia. *Amantius* adunque impariam qui, che fu Vescovo di Viminacio; e che Apriano il fu di Petavione in Pannooia; e Antigono di Pallene nell' Acaja. Impariamo altresì, come la Diocesi di Ermogene fu Sicione nel Peloponeso; quella di Eucarpo Opunzio dell' Acaja largamente presa. Marco *ab Asia de Scifcia* nel nostro ms. è *Siscensis Saviæ*; con che possiamo imparare che va letto *Savi*, o *ad Savum*, e che fu Vescovo di Siscia Città della Pannonia sul fiume Savo. Eliano *de Tyrtanis* sarà stato *de Tentyris*, Città d' Egitto nominata da Plinio, e da Stefano.

Li quattro ultimi son di Candia. Tra i nomi de' Sardicesi (ed. Ven. p. 710.) si hanno unitamente *Symphorus*, *Musonius*, *Eutychius*: ecco i nostri *Symphorus*, *Mosivius*, *Eucissus*: se n' imparano qui le Diocesi: *Hierapytna*, come si ha in una Greca Inscrizione, e non *Hierapetra*, o *Hierapina*, come si ha presso Carlo da S. Paolo. *Heraclea*, che in Strabone si scrive Ἡράκλειον, e *Cysamus*, o *Cisamum*, onde *Cisamenus*, o *Cisamen-*

(1) n. 74.

mensis. Cidonia è parimente Città nota di quell' Isola.

L' altra lettera di S. Atanagio è diretta a gli Alessandrini, come si conoscerebbe anche dal solo dire, che spera di rivederli ben presto, e che i primi tentativi d' Ario furon nella lor Chiesa. La soprascritta unisce la Chiesa Alessandrina, e la Parembolana: *apud Alexandriam, & Parembolam*. Forse questa voce è qui per errore, poichè nell' epistola de' Parembolani non si fa menzione alcuna; ma forse ancora si mandò ad essi pure la medesima diretta a gli Alessandrini, come si dice nell' altra, che avrebbe ciò potuto bastare anche co' Mareotici. Forse quel *cattolico* posto nella soprascritta indica, che dovea l' epistola comunicarsi a tutti. Ma qual Parembole sarà stata questa? non crederei quella ch' era presso Siene, perchè troppo da Alessandria lontana, ma più tosto quella ch' era oltre la Mareotide nell' Ammoniaca, detta da Tolomeo Ἀλεξάνδρου Παρεμβολή, *Castra Alexandri*. Un Macario Prete di Parembole fu annoverato da Melezio nel catalogo che fece de' suoi; come si vede in S. Atanagio.

Parrebbe che di S. Atanagio non si dovesse trovar lettera a gli Alessandrini in quest' occasione, osservando, come in quella da lui riferita del Concilio, si dice come era convenevole, che il lor Vescovo ciò scrivesse loro; ma che scrivono i Padri, perch' egli avea desiderato, che il Sinodo stesso scrivesse: *quoniam firmioris testimonii causa ipsam sanctam Synodum vobis scribere exoptavit*; ma il Greco dice (1) *καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἠθέλησεν ὑμῖν γράψαι*, *exoptavit, ut sancta Synodus quoque scriberet*: onde avea scritto il Santo ancora, e questa è la sua lettera. Dell' ultimo pezzo per altro di tale epistola nell' Apologia di S. Atanagio qualche parte è fuor di luogo.

Confermasi da questa nostra la verità de' fatti più essenziali, come del non aver' ardito gli avversarj di presentarsi nel Sinodo Romano, e d' esser fuggiti dal Sardicese. Aveano quei del partito d' Eusebio calunniato S. Atanagio presso il sommo Pontefice Giulio con lettere. Abbiam da S. Atanagio medesimo nell' Apologia, come l' avean pregato perchè ragunasse un concilio, e fosse giudice. Giulio però, dice Teodoreto, *seguitando la legge della Chiesa, e ordinò ch' essi si trasferissero a Roma, e chiamò Sant' Atanasio in giudizio. Questi alla citazione ubbidendo, subitamente s' incamminò; ma quelli che aveano tal' intreccio composto, non andarono altramente a Roma*. ὁ δὲ τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἑπόμενος νόμῳ, καὶ αὐτοὺς καταλαβεῖν τὴν Ῥώμην ἐκέλευσε, καὶ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον εἰς τὴν δίκην ἐκάλεσε· καὶ ὁ μὲν ἐξώρμησεν εὐθὺς τὴν κλῆσιν δεξάμενος· οἱ δὲ &c. Il (2) Valesio nelle sue dotte annotazioni dubita di qual legge Giulio qui intendesse. Ma narra Socrate (3) che in altra lettera ancora ei scrisse; τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ Ἐπισκόπου Ῥώμης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας: *comandando il Canone ecclesiastico, che non debbano le Chiese far decreti contra la mente*, ovvero, *senza il consenso del Vescovo di Roma*. Parve all' istesso Valesio, che tal sentimento da Socrate riferito non si trovi altramente nell' epistola di Giulio; ma vi si trova benissimo, dicendo lui: *an ignoratis hanc esse consuetudinem, ut primum nobis scribatur, & hinc quod justum est, decernatur?* nel Greco: *e in tal modo di qua ciò ch' è giusto si definisca?* e segue: *sane si qua suspicio in illius urbis Episcopum cadebat, ad hanc Ecclesiam scribendum fuit*. Reca maraviglia, come il celebre P. Coustant (4) nella sua bella raccolta dell' epistole de' Papi noti a questo passo, che Socrate, e Sozomeno non hanno inteso di tutte le Chiese l' obbligo di non decretare senza il consenso del sommo Pontefice, ma che va inteso della sola Chiesa d' Alessandria: talchè secondo lui τῆς ἐκκλησίας non vorrebbe più dir *le Chiese*, ma *la Chiesa d' Alessandria*; e dall' essere a ciò tenuto il gran Patriarca d' Alessandria, non si dovrebbe dedurre, che tanto più gli altri Vescovi, o Arcivescovi minori, ma che quel solo.

Gli Ariani qui mentovati sono tutti già noti: si nominan tutti otto unitamente anche nella Sinodica del Concilio di Sardica a tutte le Chiese, che abbiam ne' frammenti stampati dell' opera Istorica di S. Ilario. Dove si fa il paragone de gli Eretici, e calunniatori co' Demonj, e dove questi si fanno parlare, alludesi al luogo di S. Matteo c. 8.

Historia acephala ad Athanasium potissimum, ac res Alexandrinas pertinens.

1. *Scripsit autem & Imperator Constantius de reditu Athanasii, & inter Imperatoris epistolas hæc quoque habetur.*

Et factum est post Gregorii mortem Athanasius reversus est ex Urbe Roma, & partibus Italiæ, & ingressus est Alexandriam (5) Phaophi XXIV, Consulibus Constantio IV, & Constante III, hoc est post annos VI, & remansit quietus apud Alexandriam annis XVI, & mens. VI.

2. *Secundum autem reversionis ejus, Coss. Hypatio, & Catulino, Theodorus, Narcissus, Georgius cum ceteris venerunt Constantinopolim, volentes suadere Paulo communicare sibi: qui nec verbo eos suscepit, etiam eorum salutationem anathematizavit. Adsumentes itaque secum Eusebium Nicomediensem, insidiati sunt beatissimo Paulo, & interponentes calumniam illi de Constante, & Magnentio, expulerunt Constantinopoli, quo possent locum habere, & Arianam hæresim seminare. Populus autem Constantinopolitanus, desiderans beatissimum Paulum, perseveravit seditionibus, ne duceretur ex Urbe, amantes sanam doctrinam ejus. Imperator sane iratus Comitem Hermogenem transmisit, ut eum ejiciat: quo audito populus per mediam Civitatem extraxit Hermogenem: ex qua re occasione nancta adversum Episcopum, exiliaverunt eum in Armenia.*

Volens Eudoxium hæreseos Arianæ socium, & participem Theodorus cum ceteris throno Civitatis imponere, ordinatum Germanicæ; populo vero moto ad seditionem, & non permittente quemquam sedere in throno beati Pauli; adsumentes Macedonium, Pauli presbyterum, ordinaverunt Episcopum Constantinopolitanæ Civitatis: quem omnis Episcoporum conventus damnavit, quoniam adversus suum Patrem impositionem manus hæreticorum impie suscepit.

Macedonius tamen postquam communicavit illis, & subscripsit, occasiones ingesserunt nullius momenti; & amoventes de Ecclesia constituunt Eudoxium supradictum Antiochensem. Unde in hac secessione Macedoniani appellantur, circa Spiritum Sanctum naufragantes.

3. *Post*

(1) p. 63. (2) l. 2. c. 4. (3) l. 2. c. 17.
(4) P. Coust. p. 63. *de una Alexandrina Ecclesia ab eo dicta, de universis interpretati sunt.*
(5) *an.* 346. *Octobr.* 21.

3. Post ho: tempus Athanasius audiens adversum se turbam futuram, Imperatore Constante in Mediolano constituto, direxit ad Comitatum navigium cum Episcopis V. Serapionem Thmuitanum, Triadelphum Niciotanum, Apollinem Cynopolitanum superioris, Ammonium Pachemmonensem; & presbyteros Alexandriæ III, Petrum Medicum, Astericum, & Phileam. Post quorum navigationem de Alexandria, (1) Consulibus Constantio VI Aug. & Constante Cæsare II, Pachom XXIV die: mox post IV dies Montanus Palatinus ingressus Alexandriam Pachom XXVIII, ejusdem Augusti litteras Constantis dedit Episcopo Athanasio, per quas vetabat eos occurrere ad Comitatum; ex qua re nimis vastatus est Episcopus, & omnis populus fatigatus est valde: ita Montanus nihil agens profectus est, relinquens Episcopum Alexandriæ.

Postmodum autem Diogenes, Imperialis Notarius, venit Alexandriam mense Mensore (2) Consulatu Arbitionis, & Loliani; hoc est post annos II, & menses V, ex profectione Montani de Alexandria, & incubuit omnibus Diogenes, expellens (3) egredi Episcopum Civitate, & omnes satis adflixit. VI autem die Thoth (4) mensis acriter incumbens expugnabat Ecclesiam; & fecit insistens menses IV, hoc est ex mense Mensore, sive ex die intercalariorum, usque (5) Cyac XXVI diem. Populo vero resistente Diogeni vehementer, & judicibus, reversus est Diogenes sine effectu prædicti mensis Cyac die XXVI, Consulatu Arbitionis & Loliani post menses IV, sicut dictum est.

4. Itaque Dux Syrianus, & Notarius Hilarius de Ægypto Alexandriam venerunt, Tybi decimo (6) die, post Consulatum Arbitionis & Loliani, ac præmittentes omnes per Ægyptum, ac Lybiam militum legiones, ingressi sunt Dux, & Notarius per noctem cum omni manu militari Ecclesiam Theonæ, Mechir (7) XIII. die per noctem supervenientem XIV. & frangentes ostia Ecclesiæ Theonæ, ingressi sunt cum infinita manu militari. Episcopus autem Athanasius effugit manus eorum, & salvatus est die prædicto Mechir XIV. Hoc tamen factum est post annos IX, & Menses III, ac dies XIX, quam Italia reversus est Episcopus. Liberato autem Episcopo presbyteri ipsius, & populus remanserunt obtinentes Ecclesias, & colligentes mensibus IV, donec ingrederetur Alexandriam Cataphronius Præfectus, & Heraclius Comes mense (8) Pahyni, XVI die, Consulatu Constantis VIII, & Juliani Cæsaris primo.

5. Et post dies IV, quam sunt ingressi, Athanasiani ejecti sunt Ecclesiis, & traditæ sunt ad Gregorium pertinentibus, & Episcopum exspectantibus; susceperunt autem ii Ecclesias die XXI mense Pahyni. Advenit etiam Gregorius Alexandriæ Cons. Constantis IX, & Juliani Cæsaris, II Mechir, XXX die (9), hoc est post menses octo, & dies XI, quando susceperunt Ecclesias ad eum pertinentes. Ingressus itaque Gregorius Alexandriam, tenuit Ecclesias mensibus XVIII integris; & tunc plebs adgressa est illum in Dominico Dionysii, & vix cum periculo, & magno certamine liberatus est, die (10) primo mensis Thot, Cons. Tatiani, & Cerealis. Ejectus est autem Gregorius de Alexandria die X factæ seditionis, hoc est Phaoph (11) die V, ad Athanasium vere Episcopum pertinentes post dies IX profectionis Georgii, hoc est XIV die mensis Phac, ejicientes Gregorii homines, tenuerunt Ecclesias mensibus duobus, & diebus XIV, donec advenit dux Sebastianus de Ægypto, & ejecit eos, & iterum ad Georgium pertinentibus Ecclesias consignavit mense Cyac die XXVIII.

Post menses autem IX integros profectionis Georgii de Alexandria, Paulus Notarius advenit Pahyni XXIX, Consulante Eusebio, (12) & Hypathio, & preposuit Imperiale Præceptum pro Georgio, & domuit multos ob ejus vindictam. Et post menses V Georgius venit Alexandriam, Athyr XXX die, (13) Cons. Tauri, & Florenti, de Comitatu; hoc est post annos III, & menses duos quam fugerat. Et apud Antiochiam Arianæ hereseos ejicientes Paulinos de Ecclesia, Meletium constituerunt; eo nolente eorum malæ menti consentire, Euzojum Presbyterum Georgis Alexandrini ejus loco ordinaverunt.

6. Ingressus autem, sicut prædictum est, Georgius Alexandriam, Athyr die XXX, degit in Civitate securus dies III, hoc est die III. Cyac, nam IV die mensis ejusdem Præfectus Gerontius nunciavit mortem Constantii Imp. & quod solus Julianus tenuit universum Imperium. Quo audito cives Alexandrini, & omnes contra Georgium clamaverunt; eodemque momento sub custodia illum constituerunt; & fuit in carcere ferro vinctus ex prædicto die Cyac IV, usque ad XXVII ejusdem mensis diebus XXIV. Nam XXVIII. die ejusdem mensis mane pene omnis populus illius Civitatis perduxit de carcere Georgium, nec non etiam Comitem, qui cum ipso erat, insistentem fabricæ Dominicæ, quæ dicitur Cæsarium, & occiderunt ambos, & eorum corpora circumduxerunt per mediam Civitatem, Georgii quidem super camelum, Dracontii vero homines funibus trahentes; & sic injuriis adfectos circa horam VII diei utriusque corpora combusserunt.

7. Proximo autem die (14) Mechir, X die mensis, post Consulatum Tauri, & Florenti, Juliani Imp. præceptum prepositum est, quo jubebatur reddi Idolis, & Neochoris, & publicæ rationi, quæ præteritis temporibus illis sublata sunt.

Post dies autem III Mechir XIV, datum est præceptum Gerontio Præfecto ejusdem Juliani Imper. necnon etiam Vicarii Modesti, præcipiens Episcopos omnes factionibus antehac circumventos, & exiliatos reverti ad suas Civitates, & Provincias. Hæ autem literæ sequenti die Mechir XV propositæ sunt: postmodum autem & Præfecti Gerontii Edictum propositum est, per quod vocabatur Episcopus Athanasius ad suam reverti Ecclesiam. Et post dies XII hujus edicti propositionis Athanasius visus est apud Alexandriam, ingressusque est Ecclesiam eodem mense Mechir die XXVII, ut sit ex ejus fuga Syriani, & Hilarii temporibus facta, usque ad reditum ejus Juliano .... Mechir XXVII. Remansit in Ecclesia usque (15) Phaophi XXVI, Consulatu Mamertini, & Nevittæ mensibus VIII integris.

Prædicto autem die Phaoph XXVII proposuit Juliani Imp. edictum, ut Athanasius Episcopus recederet de Alexandria, & eodem momento quo propositum est edictum, Episcopus egressus est Civitatem, & commoratus est circa Thereu. Quo mox egresso, Olympus Præfectus obtemperans eidem Pythiodoro, & his qui cum ipso erant, hominibus difficillimis, misit ad exilium Paulum, & Astericium Presbyteros Alexandriæ, & direxit eos habitare Andropolitanam Civitatem.

(1) an. 353. Maii. 19. (2) an. 355. l. Mesori.
(3) l. compellens. (4) 3. Sept. (5) Choiach Dec. 22. (6) an. 356. Jan. 5. (7) Febr. 8.
(8) Payni. an. 356. Jun. 10. (9) an. 357. Febr. 24.
(10) an. 358. Aug. 29. (11) Oct. 2.
(12) an. 359. Jun. 23. (13) an. 361. Nov. 26.
(14) an. 362. Febr. 4. (15) Oct. 23. an. 360.

8. Olympus autem, idem Præfectus, mense Mensore, XXVI die, Consulibus (1) Juliano Aug. IV, & Sallustio, nunciavit Julianum Imp. esse mortuum, & Joviaunm Christianum imperare; & sequente Mense Toth XVIII, Imperatoris Joviani litteræ advenerunt ad Olympum Præfectum, ut tantum Deus excelsus colatur, & Christus, & ut in Ecclesiis colligentes se populi celebrent religionem. Paulus vero, & Astericius, prædicti Presbyteri, reversi sunt de exilio Andropolitanæ Civitatis, & ingressi sunt Alexandriam Toth X die, post menses X.

Episcopus autem Athanasius, moratus, sicut prædictum est, apud Thereon, ascendit ad superiores partes Ægypti, usque ad Hermopolim superiorem Thebaidos, & usque Antinoum: quo in his locis degente, cognitum est, Julianum Imperatorem mortuum, & Jovianum Christianum Imperatorem. Ingressus igitur Alexandriam latenter Episcopus adventu ejus non pluribus cognito, occurrit navigio ad Imp. Jovianum, & post, Ecclesiasticis rebus compositis, accipiens literas venit Alexandriam, & intravit in Ecclesiam, (2) Athyr XIX die, Cons. Joviani, & Varroniani: ex quo exiit Alexandria secundum præceptum Juliani, usque dum advenit prædicto die Athyr XIX, post annum unum, & menses III, dies XXII.

9. Apud Constantinopolim autem Eudoxius Germaniciæ tenebat Ecclesiam; & erat inter eum, & Macedonium hæresis. Per Eudoxium autem exiit alia pejor hæresis ab adulterina Arianorum Aetii, & Patricii Nicæni communicantium Eunomio, Heliodoro, & Stephano. Et hoc accipiens Eudoxius, cum Euzojo Arianæ hæreseos Episcopo Antiocheno communicavit, & deposuerunt per occasionem Seleucium, & Macedonium, & Hypatianum, & alios XV. ad se pertinentes Episcopos, quoniam non suscipiebant ...... non similem, neque facturam non facti transferentes: quorum expositio hæc est.

Expositio Patricii, & Aetii, qui Eunomio communicaverunt, Heliodoro, & Stephano.

Hæc sunt apud Deum: non natum, sine principio, sempiternum, ut non imperetur, immutabilem, omnia videntem, infinitum, incomparabilem, omnipotentem, sine prævisione futura scientem, sine dominio. Hæc non sunt Filii: imperatur enim, sub imperio est, ex nihilo est, finem habet, non comparatur, transit eum Pater ...... Christi reperitur; quantum pertinet ad Patrem, futurum ignorat. Non erat Deus, sed Dei Filius; Deus eorum, qui post eum sunt: & in hoc possidet invariabilem apud Patrem similitudinem, quod omnia videt, quod omnia ..... quod non mutatur bonitate; non similem dealitate nec natura. Si autem dixerimus, quod ex dealitate natus est, tamquam serpentinam germinationem eum dicimus, & est dictum impium, & quemadmodum statua æruginem ex se facit, & ex ipsa ærugine consumetur; sic & Filius, ex natura Patris si factus est, consumet Patrem. Sed ex opere, & novitate operis Filius naturaliter Deus, & non ex natura, sed ex alia natura similiter, ut Pater, nec ex ipso, imago enim Dei factus est, & nos ex Deo, & a Deo. Si omnia a Deo, & Filius tamquam ex aliquo negotio, quemadmodum ferrum ferruginem habens minuetur, quemadmodum corpus vermes faciens comeditur, quemadmodum vulnus ex se mittens consumetur ex ipsis; sic qui dicit Filium ex Patris natura. Similem autem Filium Patri qui non dixit, extra Ecclesiam fiat, & sit anathema. Si dixerimus Deum Dei Filium, duos sine initio inducimus: imaginem dicimus Dei, qui dicit ex Deo, sabellizat. Et qui dicit se ignorare Dei nativitatem, manichizat; & si quis dixerit substantiam Filii similem substantiæ Patris non nati, blasphemat. Sicut enim nix, & simithium quantum ad albedinem similes, ad speciem autem non similes: sic & Filii substantia alia est præter Patris substantiam. Nix autem aliam habet albedinem; externo autem conniventes oculos egressi.... Vultis audire Filium Patri similem in operationibus, sicut Angeli Archangelorum naturam non possunt comprehendere, velint eligere, nec Archangeli naturam Cherubini, nec Cherubini naturam Spiritus Sancti, nec Spiritus Sanctus naturam Unici, nec Unicus naturam nonnati Dei.

Cum autem Episcopus Athanasius veniret de Antiochia Alexandriam, Consilium fecerunt Ariani Eudoxius, Theodorus, Sophronius, Euzojus, & Hilarius, & constituerunt Lucium Presbyterum Georgii, interpellare Imperatorem Jovianum in Palatio, & dicere quæ in exemplarib. habentur.

Hic autem minus necessaria intermisimus. ita est in ms.

10. Post Jovianum autem citius ad Imperium vocatis Valentiniano, & Valente, ipsorum præceptum ubique manavit, quod etiam redditum est (3) Alexandriæ Pachom die X Cons. Valentiniani, & Valentis, continens, ut Episcopi sub Constantio depositi, & ejecti ab Ecclesiis, Juliani autem Imperii tempore sibi vindicaverant, & receperant Episcopatum, nunc denuo ejiciantur Ecclesiis, interminatione positæ Curiis mulctæ auri librarum CCC. nisi scilicet Ecclesiis, & Civitatibus Episcopos (4) minaverint. Ex qua re apud Alexandriam magna est confusio, & turba exorta, ut Ecclesia universa fatigaretur, cum etiam Principales essent numero exigui, cum Præfecto Flaviano, & ejus officio; & ob Imperiale præcepeum, & auri mulctam (5) imminebant egredi Episcopos Civitate, multitudine Christiana resistente, & contradicente principalibus, & judici; & adfirmante Episcopum Athanasium non esse subjectum huic definitioni, & precepto Imperiali, quod nec Constantius eum persecutus est, sed & restituit. Similiter & Julianus persecutus est; universos revocavit, & eum propter idolatriam denuo ejecit; at Jovianus reduxit. Remansit hæc contradictio, & turba usque ad sequentem mensem Payni die XIV; hoc enim die Præfectus Flavianus relatione facta declaravit consuluisse Principes de hoc ipso, quod apud Alexandriam motum est. Et ita omnes exiguo tempore quieverunt.

11. Post menses IV, & dies XXIV, hoc est Phaophi VIII, Episcopus Athanasius noctu latenter egressus Ecclesia, recessit in Villam juxta Fluvium novum. Præfectus autem Flavianus, & Dux Victorinus, ignari recessisse eum, eadem nocte ad Ecclesiam pervenerunt Dionysii cum manu militari, ac fractis posterulis ingressi atrium, & partes superiores domus, hospitium Episcopi quærentes, non invenerunt eum. Nam paulo aute recesserat, & remansit degens in prædicta possessione a memorato die Phaoph VIII, usque (6) Mechir VI, hoc est mensibus IV integris. Post hæc Notarius Imperialis Bresida, eodem Mechir mense, venit Alexandriam cum literis Imperialibus, jubentibus eum-

(1) an. 363. Aug. 20. (2) an. 364. Nov. 16.
(3) an. 365. Maii 5. (4) f. eliminaverint.
(5) f. interminabant. (6) a 5. Oct. ad 31. Jan.

eundem Episcopum Athanasium reverti ad Civitatem, & consuete tenere Ecclesias; & VII die Mecbir mensis, post Cons. Valentiniani, & Valentis, hoc est in Consulatu Gratiani, & Degalaifi, idem Notarius Bresidas cum duce Victorino, & Præfecto Flaviano convenientes in palatio nuntiaverunt præsentibus Curialibus, & populo, quod præceperant Imperatores, Episcopum reverti ad Civitatem. Et eodem momento idem Bresida Notarius egressus cum Curialibus & multitudine ex populo Christianorum ad prædictam Villam, & adsumens Episcopum Athanasium cum Præcepto Imperiali induxis in Ecclesiam, quæ dicitur Dionysii, (1) mensis Mecbir die VII.

12. *Consulatu (2) Gratiani, & Dagalaifi, usque ad sequentem Lupicini, & Jovini Consulatum, & Valentis secundi Payni XIV in Consulatu finiuntur Athanasiani XL. Ex quibus mansit Treberis Gallias menses XC, & dies III, apud Alexandriam in incertis locis latens, quando ab Hilario Notario & Duce fatigabatur, menses LXXII, & dies XIV. apud Ægyptum, & Antiochiam in itineribus mensibus XV, & diebus XXII, in possessione juxta Novum fluvium menses IV: fiunt pariter menses VI, & anni XVII, & dies XX. Remansit autem quietus apud Alexandriam annos XXII, & mens. V. dies X. Sed & bis cessavit modicum tempus extra Alexandriam in novissima profectione, & Tyro, & Constantinopoli. Fiunt ergo Episcopatus Athanasii, ut prædixi, usque ad Consulatum Valentiniani, & Valentis, Payni IV, anni XL. Es sequenti Consulatu Valentiniani, & Victoris Payni XIV. ann. I. & sequenti Consulatu Valentiniani, & Valentis III. Payni XIV. Et sequenti Consulatu Gratiani, & Probi, & alio Consulatu Valentiniani, & Valentis IV. (3) Pachom VIII dormiit.*

13. *Prædicto autem (4) Consulatu Lupicini, & Jovini, Lucius Arianorum specialiter sibi volens vindicare Episcopatum, post profectionem de Alexandria multo tempore advenit Consulatu prædicto, & ingressus est Civitatem latenter per noctem XXVI diei Toth mensis; & sicut dictum est, mansit in quadam domuncula, latens diem illum. Postero autem die intravis domum, ubi mater ejus commanebat; cognitoque statim ejus adventu per Civitatem, universus populus collectus incusabant ejus ingressum. Et Trajanus Dux, & Præfectus nimis moleste tulerunt irrationabilem ejus, & audacem adventum, & miserunt Principales, ut eum ejicerent de Civitate. Advenientes itaque Principales ad Lucium, & considerantes omnes populum iratum, & valde tumentem adversus illum, timuerunt eum per se producere de domo, ne a multitudine occideretur: & hoc ipsum nunciaverunt Judicibus, & paulo post ipsi Judices, Dux Trajanus, & Præfectus Tatianus ad locum cum multis militibus ingressi domum, produxerunt per semetipsos Lucium, hora diei VII Toth, die XXVII. Lucius autem cum sequeretur Judices, & omnis populus Civitatis post eum Christianorum, ac Paganorum, ac diversarum religionum, cuncti pariter uno spiritu, & ex una sententia, & eodem decreto non cessaverunt ex domo qua ductus est, per mediam Civitatem, usque ad domum Ducis vociferantes, ac turpia, & scelerata eidem ingerentes, & clamantes:* extra civitatem ducatur. *Tamen Dux introduxit eum in domum suam, & apud eum mansit, & custodiebatur reliquis horis diei, ac tota nocte, & sequenti die XXVIII mensis prædictis, Dux manicans, & habens eum usque Nicopolim, tradidit militibus Ægypto deducendum.*

Defuncto autem Athanasio VIII Pachom mensis, ante diem V dormitionis suæ ordinavit Petrum Episcopum de antiquis Presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit Episcopatum. Post quem Timotheus F. suus suscepit Episcopatum annis IV: post hunc Theophilus ex Diacono est Episcopus ordinatus.

Explicit.

GRan danno si è stimato sempre dell' Istoria Ecclesiastica, che niun antico ci lasciasse una vita di S. Atanagio, nella quale la più bella, e la più importante parte di quella del quarto secolo forza è si comprenda. Ma ecco finalmente una vita di S. Atanagio anticamente scritta; così poteodo in sostanza chiamarsi questo pezzo di Storia, benchè altre cose ancora di quel tempo ci si frammischino. Il terminare con la creazion di Teofilo fatto Vescovo d' Alessandria l' anno 385. può far credere che scrivesse l' autore in quel tempo. Egli fu Alessandrino, o visse in Alessandria assai tempo, come si può raccogliere dalle minute particolarità singolarmeote del tempo, e dall' usar sempre i nomi Alessandrini de' mesi. Scrisse in Greco, e l' ommettere più cose importanti, e il proceder talvolta quasi a salti nel suo racconto, non è da imputare a lui ma al traduttore, o al copista: imparandosi, che licenze simili ei si prese, dalle parole, cui verso al fine frammette: *hic autem minus necessaria intermisimus.*

Sventura, che manchi il principio, qual non possiam sapere, donde l' incognito Storico avesse preso. Comincia ora dal ritorno del santo Vescovo in Alessandria dopo il secondo esilio: tre epistole dell' Imperator Costanzo abbiam nell' Apologia, che lo stimolavano a ritornare. Due cose in questo monumento soo da distinguere; fatti, e tempi. Abbiam trattato a lungo e di quelli, e di questi in Dissertazione, che non si può riportar qui, così per essere assai prolissa, come per non aver mai avuta l' ultima mano. Però non abbiam voluto mutar parola nell' originale, nè far per ora emendazioni se non di lettere. Diremo solamente, ch' è assai facile il riscontrare, e l' esaminar tutto, singolarmente prendendo per mano la bella ed ampia vita di S. Atanagio, che il P. Montfaucon ha premesso alla sua edizione. *Vedi nel Tomo I.*

Quanto a' fatti, bella conferma de' principali si ha qui, e precisa notizia di particolarità prima ignote. Le cose di Costantinopoli, quali nel principio si raccontano, poco, e diversamente si toccano da Socrate, Sozomeno, e da Teodoreto. S' impara ora, come la prima origine del cacciar Paolo Vescovo Costantinopolitano di sede, fu per le trame di Teodoro d' Eraclea, di Giorgio Laodiceno, e di Narciso Vescovo di Neroniade in Cilicia; e ciò per dispetto di non averlo potuto indurre a comunicar con loro. Vedesi ancora, come gli Ariani prima di Macedonio tentarono di far Vescovo Eudosso, il quale ne fu da poi; e come queste cose venivano più tosto dalle fazioni, ehe dall' Imperador Costanzo, cui tutto veniva attribuito.

Della legazione spedita dal nostro santo Padre all' Imperadore, e la verità della quale è stata rivocata in dubbio da un Autore Inglese, racconta Sozomeno, che mandò cinque Vescovi, de'

(1) *Febr. 1.* (2) *an. 366.* (3) *Maii 3. an. 373.* (4) *an. 367.*

de' quali un ſolo nomina, e tre Preti. Ma il nome abbiam qui di tutti, ſe non che ne rimaſe uno nella penna del Copiſta. Di Nicio, città d' Egitto, il Veſcovo che qui ſi ha, era ignoto; e così il ſeguente di *Cinopoli ſuperiore*: benchè un altro di tal Città ſe ne trovi nominato da S. Atanagio. Ei fece menzione ancora di queſto medeſimo Ammonio Veſcovo *Pachenemunenſem* come dee (1) leggerſi. Abbiam qui anche i nnmi de' tre Preti, tra' quali notabile, ch' uno era Medico. Di quel Montano Palatino niſſuna notizia s' avea.

Al num. 5. in vece di *Gregorius* va *Georgius*, e confuſioni ſono appreſſo per colpa del copiſta, che cambia qualche volta i nomi, e parole ommette. Sul fine ſi frammette qualche coſa d' Antiochia, mancando qualche parola dopo *hæreſeos*. Si vede che Euzojo Ariano era Prete di Giorgio Cappadoce. Quella fabbrica detta *Cæſarium*, o era qualche Palazzo Imperiale, o qualche Tempio dedicato all' Idolatra Giuliano, e chiamato Καισάρειον, come Ἀνάκειον preſſo Tucidide è il Tempio de' Caſtori, e cnme Ἀπολλώνιον fu detto il Tempio d' Apolline.

Al 7. vediamo, che il primo editto di Giuliano fu in favor de gl' Idoli, e de' lor Neocori, cioè di quelli, che de' lor Tempj avean cura, e vediamo il preciſo tempo della publicazione di tal' editto in Aleſſandria, come dell' altro ancora in favor degli eſiliati. Abbiamo qui, che S. Atanagio fu richiamato con editto speziale, e con altro poi di nuovo ſcacciato, onde ſi trattenne prima a *Thereon*, forſe *Therenuthis*, nominata da Stefano. Impariamo ancora, che Atanagio in queſt' eſilio arrivò fino alla Città d' Antinoo, nominata da Tolomeo; e come tornò prima io Aleſſandria occultamente.

Al 9. torna alle coſe di Coſtantinopoli. Ciò che ſi dice di Ezio, può confrontarſi con ciò che o' ha Filoſtorgio. Eliodoro, e Stefano ſi nominano da Teodoreto. D' Eunnmio parla Sozomeno. Si ha qui una delle formole di Fede compoſte allnra, e piena delle beſlemmie, e delle pazzie de' Settarj di quel ſecnlo. In eſſa *ſimithium* forſe era nel Greco σημικίνθιον, ciota, o faſcia, che dovea portarſi bianca. Ciò che ſi tocca di Lucio, e che ſi laſcia imperfetto, ripigliaſi poi nel fine. Si termina col trionfo d' Atanagio, che impariamo qui fu ricondotto nella ſua ſede da un Notario Imperiale, ſpedito a queſt' effetto, e come il ſuo ritorno fu nel *366*.

Al n. 13. il paragrafo è fuor di luogo. Quel Lucio dopo la morte d' Atanagio con la forza de gli Ariani, ſcacciato Pietro legitimo ſucceſſore, occupò la ſede per qualche tempo: ma qui non di queſto; ſi parla d' un tentativo da lui fatto in aſſenza d' Atanagio, di cui non ſi avea notizia alcuna, e come foſſe introdotto di naſcoſto in Aleſſandria, e come ſcacciato. *Manicans*, cioè mettendoſi in via di buon mattino, è verbo uſato da Pier Criſologo, e ſi ha nella Volgata ancora. Nel fine va letto *Timotheus frater*, perchè fu veramente fratello del ſuo preceſſore Pietro, come ſi ha da Socrate.

Ora alcuna coſa diremo de i tempi. Non ſi ſarà forſe veduto più monumento iſtorico di note cronologiche così ricco. In poco dettato ben venti Conſolati recita, e d' ogni fatto notabile anche il meſe nota, ed il giorno ancora. Gran teſoro però ſarebbe, ſe gli errori del copiſta nol deformaſſero. E' noto a chi ha pratica de' Mſs, quanto ſpeſſo i lor numeri ſien fallaci. Creſce in queſto la confuſione per parole, e verſi che alle volte mancano; benchè nello ſcritto ſegno non ne appaja alcuno: ancora per traſpoſizioni, e per Conſoli fuor di luogo. In alquanti paſſi adunque error nel numero è certamente, come dove dice nel bel principio, che *remanſit quietus apud Alexandriam annis XVI, & menſes VI.* forſe va letto *annis VI, & menſes VI*, intendendo del tempo che ſi frappoſe fra queſto ritorno, e la fuga, ch' egli fece nell' aggreſſion di Siriano. Più difficile è l' accordare, che l' ingreſſo d' Atanagio foſſe *Conſtantio IV. & Conſtante III. Coſſ.* Anche il Conſnlato di Catullino par qui fuor di ſito; ma be' punti ſon qui da eſaminare, ne' quali non ſi potrebbe entrare con diſcorſo breve. Non altero però il Mſ, e rimetto a più opportuna occaſione le emendazioni, avvertendo ſolamente, che per l' ordine delle coſe ancora s' impara però qui molto, di più fatti non eſſendoſi più ſaputo il preciſo tempo, e in alquanti luoghi potendoſi con ſicurezza correggere le correnti opinioni. In quelle coſe, che ſi hanno con note più certe dagli Scrittori, come la morte di Coſtanzo, l' irruzinn di Siriano in Aleſſandria, la morte di Giuliano, e ſimili, nnn ſi trova ſvario alcuno nel codice. Il computo Aleſſandrino procede ſempre giuſto. Dall' epilogo della vita nel fine ſi ricava, che nel Conſolato di Valentiniann, e di Valente, anno 368, compì il quadrageſimo anno del Veſcovado di S. Atanagio, con che ſarà cominciato nel 28. e non nel 26. com' è ſtato ſtabilito. Dove ſi ha *remanſit quietus*, il vocabol Greco avrà ſignificato *fermo*, ſenza partire. Si vede nel fine, come ottimamente il P. Montfaucon ha poſta la morte del Santo nell' anno 73. Notabile, che ſalta l' anno 72, e i ſuni Conſoli Modeſto, e Arinteo; e che nominando i Conſoli del 71, non dice poi, *& ſequenti*, ma *& alio*. A Catullino dà per compagno Idazio, quando fu Limenio; ma è nel principio, dove altri errori ſono. Il corriſpondere de' meſi Aleſſandrini è notato di mano in mano. Al num. 4. ove ha *ex die intercalariorum*, detti in Græco ἐπαγόμεναι, intende i cinque giorni, che ſi aggiungevano all' ultimo meſe Meſori. Ove chiama quattro meſi interi lo ſpazio dalli 5. Ottobre alli 11, Gennajo, il conto procede bene ſecondo loro, che facean tutti i Meſi di 30 giorni. Per accordare biſogna far' avvertenza ancora al principio diverſo dell' anno, e per trovare a che corriſponda, ſi debbon ſempre computare ambedue i termini. Il lor primo meſe cominciava alli 29. di Agoſto, e finiva alli 27. Settembre.

Tra i Mſs. di chi queſti monumenti or dà fuori, ſi trova una Vita di S. Atanagio, che s' interrompe dopo 40 pagine, e per eſſer perduto il rimanente ſi tronca, mancandone forſe un terzo. Se ne ha il primo libro, e pare, che quaſi tutto il ſecondo. Lo ſcritto può eſſer del 1300, e del 1400. Incomincia così. *Incipit prologus in Vitam Sancti Athanaſii Alexandrini Epiſcopi. Quia utile, & neceſſarium eſt, ut in capite cujuſque libri prefacio ponatur, per quam futuri operis materia, intencio ſcribentis, utilitas legentis, ſive qualitas indicetur; idcirco & ego Adelbertus Prior Auguſtenſis Cenobii morem antiquum,* ſeu

(1) al. n. 3.

seu modernorum sequens Scriptorum, in hoc opusculo, in quo Vitam & actus, fugam & latebras, opprobria & persecutiones beati Athanasii Alexandrinorum Episcopi non a me ipso conscripsi, sed ex divinis historiis, & cronicis colligendo, in parvum opusculum coadunavi, brevem quoque prefaciunculam perscribere dignum duxi &c.



SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

INTERPRETATIO PSALMORUM

SIVE

DE TITULIS PSALMORUM.

INDEX LOCORUM

SACRÆ SCRIPTURÆ.

Marci.

Lucæ.

Joannis.

Actuum.

Epi-

Epistolæ ad Romanos

Primæ ad Corinthios.

Secundæ ad Corinthios.

Ad Ephesios.

Ad Philippenses.

Ad Colossenses.

Primæ ad Timotheum.

Secundæ ad Timotheum.


Epistolæ ad Hebræos.

Primę Petri.

Primę Joannis.

Apocalypsis.

INDEX RERUM.



E P I S T O L A   P R Æ F I X A

EDITIONI ROMANÆ ANNI MDCCXLVI.

Sacro ac Venerabili Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegio Episcopis, Presbyteris, Diaconibus.



Agnus Athanasius, quem laudare, virtutem laudare est, ajebat S. Gregorius Nazianzenus, novis quotidie Arianorum calumniis vexatus, & pravorum hominum circumventus insidiis Romam, quasi ad tutissimum communionis suæ portum confugit, ut quos nec hominum pudor, nec Dei timor retinebat, prolato ex Petri Cathedra justæ damnationis decreto, Romana coerceret auctoritas. Posteaquam vero in urbem pervenit, B. Julius, qui tum Romanæ Ecclesiæ præerat, & Ecclesiasticus Senatus, qui ipsi adsidebat, peramanter eum exceperunt, afflictum consolati sunt, dejectum sublevarunt, innocentem defenderunt, sanctum & omni virtutum genere cumulatum, rejectis hæreticorum criminibus, præclaro testimonio suo universo Orbi declararunt. Duo autem ex Romano Presbyterio ejusdem Julii voluntate Elpidius, & Philoxenus legationem susceperunt ad Eusebianos Episcopos, ut eos ad Romanam Synodum, quam ipsi postulaverant, evocarent. Sed expavit ad Romanos affatus Ariana calliditas, & Romanorum fidem pertimuit, quæ, Apostolo prædicante, laudata est; & ad eos venire renuerunt, ad quos perfidia habere non potest accessum. Itaque frustra diu expectatis, quum delictorum suorum conscientia territi ad præstitutam diem, varias contumaciæ suæ prætexentes causas, judicio Sedis Apostolicæ se minime sisterent, congregata est demum Romana Synodus in una ex vestris Titularibus Ecclesiis, ubi Romanus Presbyter Vito conventus agebat. Is enim una cum Vincentio Nicænæ Synodo interfuit, & quia ambo rectam Athanasii fidem, morumque integritatem probe cognitam, perspectamque habebant: verisimile admodum est, sicut pro Marcello Ancyrano Episcopo, multo magis pro sanctissimo Alexandrino Antistite testimonium eos dixisse in sacro illo conventu, qui unanimi supremoque judicio Athanasii innocentiam adversus Arianorum dolos, ac fraudes vindicavit, eamque sententia sua veritatis ac justitiæ ponderata libramine, manifestam omnibus, ac testatam esse voluit. Quamobrem Pontifex Julius, datis deinde literis ad Clerum & populum Alexandrinum, quibus de Athanasii ad eos reditu gratulatus est, post plures laudes, quibus sanctum Episcopum merito effert: *Quid autem*, inquit, *tanto Viro dignum proferri potest, qui tot, & tantis periculorum exantlatis laboribus redditur tandem vobis incolumis, non beneficio nostri tantummodo, verum etiam totius Concilii judicio talis declaratus?* Post hæc autem, malorum hominum odio, ac invidia magis magisque gliscente, novasque semper insidias contra Athanasii nomen molientibus Arianis, Sardicensis Œcumenica Synodus convocata est, cui duo Romani Presbyteri Archidamus, & Philoxenus cum Hosio Cordubensi Episcopo, nomine ac vice Julii Pontificis præfuerunt; in hac vero Athanasii fidei integritas, vitæque sanctitas rursus ab universa Synodo agnita est, & omnium suffragiis contra perfidos, & Catholicæ veritatis, & Athanasii innocentiæ inimicos comprobata. Sed quorsum hæc tam longe repetita, & ab altis revocata principiis? Nimirum, ut omnes intelligant, quam consentaneum & conveniens fuerit, ut opus S. Athanasii, cujus B. Hieronymus meminit, quod pii ac eruditi homines diu desiderarunt, & frustra quæsitum, veluti amissum ac deperditum comploraruntt; cum nunc primum in lucem prodeat, illud vestro illustri nomine inscriptum, & vobis, Eminentissimi Patres, dicatum in publicum edatur. Vos enim sacri illius Senatus, qui Magnum Athanasium ad B. Petri Cathedram, ad centrum unitatis, ad fontem Catholicæ communionis confugientem complexus est, fovit, tutatus est, vices tenetis & dignitatem: Immo vero quum in vestrum clarissimum cœtum præter septem, nunc vero sex Cardinales Episcopos Urbanos seu Suburbicarios, selectissimi ex toto Orbe juxta sacrorum Canonum præscripta a Romanis Pontificibus cooptandi sint, admirabili Divinæ providentiæ in Ecclesia sua dirigenda ac guber-

S. Greg. Nazian. in Orat. de S. Athan. Hieron. in Epitaph. Marcell.

Sancti Athan. apolog. contr. Arian. to. 1. pag. 54. & in hist. Arian. ad Monach. p. 139. hujus edit.

S. Cyprian. ep. 55. ad Cornel.

S. Athanas. in Apolog. contr. Arianos num. 20. Tom. 1. pagin. 54.

S. Jul. in epist. ad Danium aliosque Orient. Episc.

Ep. Julii Pont. ad Alexandrum ap. Socrat. hist. Eccles. lib. 2. cap. 23. & ap. Athan. in cit. Apolog.

Concil. Triden. de reform. sess. XXIV. cap. 1.


nanda consilio, eo perducta res est, ut amplissimus vester Ordo e tribus supremis in Ecclesia Ordinibus, nempe Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus S. R. E. Cardinalibus compositus ex universo Terrarum Orbe, (ut S. Ecclesiæ Canones provide sapienterque consuluerunt) selectis atque arcessitis, non modo antiquum Romanum Presbyterium repræsentet, sed Romanæ Synodi, quæ a primis Catholicæ Fidei temporibus Romano Pontifici gravissimis de rebus deliberanti semper aderat, & quam Græci ἐπιδημοῦσαν seu ἐνδημοῦσαν vocant, & ego vocabulo fortasse haud inepto *præsentem* dixerim, locum adeptus sit & auctoritatem: quin etiam, quod longe magis est, universalis quodammodo, & domestici, ut hoc nomine utar, Concilii Romano Pontifici continue adsidentis præstantissimam nobis speciem, pulcherrimamque imaginem exhibeat, & potestatem etiam non minima ex parte, dignitatemque obtineat. Ad hæc accedit, quod tenuis hæc ingenii mei facultas, & in Ecclesiasticis aliisque rebus labor, & industria, quæcumque ea sit, quam sentio, quam sit exigua, tota vestra est, tum ratione muneris, quo fungor, tum electione voluntatis: ratione quidem muneris, quia abhinc biennium omnium Vestrum suffragiis a Secretis præclarissimi Collegii Vestri renunciatus sum, & humanissima animorum Vestrorum significatione exceptus; electione autem voluntatis, quia ego semper præstantissimum Vestrum Cœtum summo animi obsequio, & ea veneratione, qua par erat, prosequutus sum. Etenim a prima juventute, quamvis eo tempore assiduam apud duodecim Viros, quos Rotæ Auditores vocant, causis cognoscendis operam darem, de Titulorum origine, qui a Sancto Evaristo Romanis Presbyteris distributi sunt, deque sacra Liturgia, & de collectis seu eleemosynis, aliisque rebus, quæ ad Titulos, & Ecclesias Vestras pertinebant, libellum in publicam lucem emisi. Nec multo post, uno ex Vestro Collegio & generis nobilitate, & morum integritate eximio, qui jampridem ex hac mortali vita ad Cælestem patriam, ut sperare fas est, migravit, hortante ac suadente, Vestrum Sanctissimum Nomen, Vestramque Auctoritatem, quæ quorumdam improborum sermonibus impetebatur, tueri curavi prolixo opere scripto, quod nunquam prodivit in publicum, quia neque ratio temporum, quæ postea subsequuta sunt, neque Reipublicæ utilitas, neque ulla ejusdem operis præstantia exigebat. Deinde vero singulari benificentia san: mem: Clementis XII. credita mihi est custodia sanctioris Archivi Castri S. Angeli, & paulo post munus Abbreviatoris de Curia, quibus in muneribus, quoad potui, ea cura, ac diligentia versatus sum, ut Vos ipsi sæpius de me honorificentissimum testimonium perhibere non dubitaveritis. Interea vero iis temporum intervallis, quæ mihi a reliquis occupationibus concedebantur, multum operæ laborisque consumpsi in adornandis observationibus, longioribusque, si quando opus fuit, dissertationibus typis etiam in publicum editis, pro corrigendis Ecclesiasticis Orientalium Nationum libris, ut ex sententia Congregationis nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, cujus ego a Secretis ab eodem Clemente XII. Pontificatus sui initio, cl: mem: Cardinali Francisco Barberino postulante constitutus, & a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto XIV. confirmatus fui, emendati in Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide ad communem exterarum Nationum utilitatem imprimerentur. Demum per eadem hæc tempora, quoties mihi demandatum est, & quantum ingenii mei imbecillitas, aliæque occupationes sinebant, non defui in asserendis Romanæ Ecclesiæ juribus, defendendaque ejus dignitate & auctoritate, & potissimum in tuendo ejus Dominio atque Imperio in nobilissima ejus Patrimonii parte, quæ aliorum armis occupata etiamnum immerito retinetur, donec sedatis tantotum bellorum motibus, & pacatis bellantium Principum animis, per eum, qui mari & ventis imperat, ac tranquillitatem facit, spes melior Europæ, & Romanæ Ecclesiæ rebus affulgeat. Quare intelligitis, Eminentissimi Patres, mea omnia, qualiacumque sint, Vestra esse, quum a primis juventutis annis omne meum studium, ingenium, operam, laborem, atque industriam Vestro Nomini, & Apostolicæ Sedi penitus addixerim, ac dicaverim. Ex his autem cognoscere potestis, quot nominibus Vobis deberetur praclarum hoc Magni Athanasii opus, in quo e Græco in Latinum vertendo, corruptis in locis, quoad valui, emendando, & nonnullis parvis notis illustrando, auctorique suo asserendo non parum allaboravi. Ut vero munusculum hoc, quod Vobis humillime offero, lubenti animo excipiatis, satis esse puto Athanasii nomen: hac una enim commendatione, certus sum, Vobis fore gratissimum. Nam Eminentissimus Baronius, magnum

Or-

Ordinis Vestri ornamentum & decus, in suis Ecclesiasticis Annalibus: *Adeo*, inquit, *post tot tantaque ejus pro recta fide certamina, Athanasii nomen posteris doctrinæ, & sanctitatis fulgoribus clarum effulsit, ut quæque ipsius scripta non modo avide legerentur, sed singulari quadam reverentia colerentur*. Itaque nihil aliud mihi reliquum est, nisi ut Deum Immortalem summissis precibus orem, ut Vos diu sanos atque incolumes præstet cum supremo nostro, atque omnium fidelium Pastore BENEDICTO XIV. Catholicæ Ecclesiæ, plaudentibus omnibus, divinitus dato, qui quantum inter reliquos mortales dignitate ac potestate præeminet, tantum ingenio, rerumque intelligentia præcellit: qui quum Apostolici gradus sublimitate supra omnes sit, humanitate, ac benignitate infra omnes esse videtur: qui me adhuc Adolescentem singulari benevolentia complexus est: qui me non solum verbis, sed etiam præclaro exemplo suo, & ad juris tam privati, quam publici notitiam assequendum, & ad hæc alia sanctiora studia, quæ in sortem Dei vocatos maxime decent, verbis suis jam olim impulit, ac stimulavit: qui Summus Ecclesiæ Pontifex renunciatus, postero Electionis die, ut liberiores mihi ad eum aditus essent, inter Familiares, qui ab intimo Cubiculo sunt, primum omnium adscivit, & triennio post a Secretis Sacræ Congregationis super rebus Consistorialibus declaravit: qui demum, quum rerum Ecclesiasticarum scientiam, & sacrarum literarum studia non modo in se amet, ac diligat, sed etiam in aliis esse, quam maxime cupiat, parvam meam Bibliothecam præclaris suis Operibus *de Beatificatione & Canonizatione Servorum Dei*, *de Jesu Christi Matrisque ejus Festis*, *& de Missæ Sacrificio* liberaliter donatis instruxit, quo munere nihil mihi splendidius magnificentiusque esse duco. Valete. Baron. ad an. 340. n. XI.

Romæ Calendis Junii 1746.

Nicolaus Antonellus ejusdem Sac. Collegii & Sac. Consistorii a Secretis.



IN-

I N D E X

Eorum, quæ in Præfatione continentur.

PRÆ-

PRÆFATIO.



NEMINEM esse puto, qui non existimet; bene de humano genere meritos esse eos Principes viros, qui sedula cura, ac diligenti studio libros, ac scripta doctorum hominum conquisiverunt, eosque undequaque collectos in Bibliothecis magnifice extructis servarunt, ut scientias, inventa, & vitæ subsidia hominum memoriæ traderent, & sapientum monita, prudentum consilia, & clarorum Virorum dicta, & facta, & cogitationes ipsas ad posteros transmitterent, quibus edocti atque eruditi melius sapientiusque vitam instituerent, eamque utilius commodiusque transigerent. Hac autem gloriæ laude quum plurimi superiori ætate floruerint, inter eos utique summum locum obtinet Cardinalis Franciscus, aliique e Barberina Domo, qui doctos atque excellentes Viros e remotis regionibus arcessitos in Domo sua tamquam in tranquillissimo portu retinuerunt, summis beneficiis cumularunt, reditibus auxerunt, dignitatibus ornarunt. Horum autem opera, atque cura non solum libros typis impressos, sed etiam codices manuscriptos Græcos, Latinos, Arabes maximo in numero omnibus ex partibus summa impensa collectos in magnificentissima Bibliotheca collocarunt. Nam ex ea typis impressi in lucem prodierunt præclari Scriptores, qui in tenebris delitescebant, veluti Georgius Pachymeres, Stephanus Bizantius de Urbibus, S. Nilus, aliique: nonnulli vero emendatiores correctioresque in publicum emissi sunt, hortantibus, aut codices, & sumptus commodantibus Cardinalibus, & Principibus Barberinis, qui communi literarum literatorumque hominum utilitati semper studuerunt, eosque & opera & censu, quantum in se fuit, juvarunt. Laudantur, qui Bibliothecas extruxerunt.

II. Inter alios autem pretiosos Codices, quos Barberina Bibliotheca servat, extat Codex Græcus, ea forma, quam *in quarto* vocant, chartaceus, non calligraphia, seu characteris pulchritudine, qui recens & informis est, sed re, quam continet, præstantissimus. Etenim eo continetur interpretatio Græca Psalmorum Sanctissimi Patris, atque Archiepiscopi Alexandrini Athanasii. Codex apographus est, descriptus ab Andrea Schotto inclyto Societatis Jesu Alumno, seu potius ejus jussu ab amanuensi ex altero Codice Bibliothecæ Augustanæ. Hunc postea Codicem in potestatem venisse puto Lucæ Holstenii, qui hæredem ex asse instituit clarissimum Cardinalem Franciscum Barberinum seniorem, & deinde ex illius hæreditate in Barberinam Bibliothecam translatum fuisse. Doctissimus autem vir Holstenius, seu ipse Andreas Schottus singulis paginis Græcæ Interpretationis S. Athanasii paginam Psalterii Græco-Latini typis impressi inseruit, adeout unicuique Psalmo Græca Sanctissimi Episcopi Interpretatio e regione, seu ex adversa facie posita respondeat. Præterea idem eruditissimus vir Holstenius principio Codicis inscriptionem in fronte totius libri ponendam, quum in publicum, ut forte sibi faciendum proposuerat, ederetur, & brevem Præfationem Latinam adscripsit, quam ego hoc loco, ne tanti Viri eruditus Lector elucubratiunculam desideret, adscribam; ea autem ita se habet. Codex ms. in quo continetur liber S. Athanasii Arch. Alex. in Psalmos.

Lectori sal. Lucas Holst.

SCripserunt, ut nemini hodie ignotum, ex antiquioribus Patribus in Davidis Psalterium commentarios eruditos plurimi in catena Græcorum Patrum singulatim enumerati, in primis Origenes, & Eusebius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus: mox Theodorus Heracleotes: item Asterius Scythopolita: item Apollinaris Laodicensis versibus, credo, heroicis, qui leguntur: denique Didymus Alexandrinus, sed qui magnam interciderint partem: tum vero maxime, perspicue, & κατὰ πόδα μετάφρασιν, quam nunc damus, S. Athanasius conscripsit, sed in tenebris hactenus sepulta jacuit, ac latuit, eruta nunc tandem, in lucemque revocata industriâ Andreæ Schotti Societatis Jesu Presbyteri ex Augustana, vere Augusta Bibliotheca, unde velut ex equo Trojano boni multi exierunt Scriptores Græci, antea delitescentes, idque auspiciis viri illustris Marci Velseri Reipubl. Duumviri, & optime de studiis, patriaque meriti, & opera Davidis Hoesch. Augustani, cui Appiani Illyrica, multaque Chrysostomi, Basilii Magni, Nysseni accepta ferimus. Psalmos etiam, hymnosque Salomonis græce ad parentis Davidis Regii Vatis exemplum compositos hinc habemus, ab eodem revocatos in apertam lucem, qui & Photii Patriarchæ vastam dedit scriptorum ab illo lectorum Bibliothecam: item de Patribus Sanctis quasdam Basilii epistolas, versionesque meliores: item Sancti Cyrilli γλαφυρὰ in Pentateuchum Mosis, & ἑορταστικὰς, seu Paschales Sermones XXX., & S. Isidori Pelusiotæ epistolas prope sexcentas e Vaticana Pont. Max. Bibliotheca. Consule itaque, mi Lector, boni hanc S. Athanasii Psalmorum ad verbum Interpretationem, & cum reliquis ejusdem Sanctissimi Viri comparare grave ne sit, ut partum legitimum, nimisque diu in tenebris jacentem. Vale.

Ita Præfatio, cui Inscriptio Græco-Latina ab ipso Holstenio, vel ab Andrea Schotto præposita est hujusmodi:

ΕΙΣ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΠΡΟΦΗΤΟΥ, ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ
Ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου Πατρὸς ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
IN DAVIDIS REGIS, AC PROPHETÆ PSALMORUM LIBRUM
S. ATHANASII ARCHIEPIS. ALEXAND. METAPHRASIS
Eruta nunc primum ex Augustana Bibliotheca ab
Andrea Schotto Societatis Jesu.

III. Codex autem, quo usus est Andreas Schottus, an Augustæ Vindelicorum nunc extet, me latet. Illud certum est, in Catalogo Græcorum Codicum, qui sunt in Bibliotheca Reip. Augustanæ Vindelicæ, quem in lucem edidit David Hoeschelius anno 1595., nulla mentio est de com- Codex descriptus est ex alio Bibliotheca

Augustanæ, & e Græco in Latinum versus, hortante cl. m. Card. Francisco Barberino.

mentario S. Athanasii in Psalmos, & quum per amicum scribi ad homines eruditos Augustæ commorantes curaverim, ille responsum se accepisse mihi retulit, nullum ibi Codicem hujusmodi reperiri. Neque etiam mihi compertum est, an Lucas Holstenius, vel Andreas Schottus ante illum in animo habuerit, interpretationem, seu metaphrasin S. Athanasii Græcam dumtaxat, an vero Græcam, & Latinam in lucem edere. Profecto quum anxie perquisivissem, an uspiam translatio latina extaret, neque in laudato Codice, neque in tota Bibliotheca Barberina versionem ullam Latinam invenire mihi contigit. Itaque hortante, atque stimulante cl. mem. Cardinali Francisco Barberino, qui exemplo suorum Majorum, & præcipue alterius Cardinalis Francisci Patrui sui erga literas optime animatus singulari me benevolentia complectebatur, opusculum Sanctissimi Doctoris, ut melius potui, erat enim Codex mendosus, e Græco in Latinum verti. In versione autem adornanda latini sermonis puritatem, & stili elegantiam sequutus non sum, sed Beatissimi Archiepiscopi metaphrasin de verbo ad verbum transferre curavi, & ut græce ajunt κατὰ πόδα, veritus ne dum verborum lenocinia sequor, a sententia, & mente Sanctissimi Doctoris discederem. Albertus Fabricius scribit Hamburgi in Bibliotheca Johannea exstare manuscriptam versionem latinam S. Athanasii in Psalmos elaboratam ab Elia Ehingero, qui Codice Græco Bibliothecæ Augustanæ usus est. An illa translatio sit hujusce commentarii, seu metaphrasis, quam nunc in lucem damus, an vero alterius omnino diversæ, certo statuere non ausim, quum ad manus meas non pervenerit. Sed si conjectura agere licet, verosimillimum quidem est, hujusmodi commentarium S. Athanasio adscriptum aliis jam in lucem editis minime esse dissimilem: nam si secus foret, id ipsum animadvertere, ac Lectoribus suis indicare, ut in sua Bibliotheca passim facere solet eruditissimus æque ac diligentissimus vir, non prætermisisset.

Variæ Psalmorum expositiones, seu commentarii S. Athanasio adscripti

Albert. Fabric. lib. 5. Bibl. Græc. pag. 304.

IV. Sed quoniam idem Albertus Fabricius varias Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasio tribuuntur, recenset, operæ pretium est, ejus verba hoc loco referre: *Expositiones in Psalmos*, ait loquens de operibus Sancti Athanasii, *quarum exigua apospasmatia quædam verterat Politianus, atque priores Editiones Græcæ, & Latinæ exhibuerant; Daniel item Barbarus nonnulla, & Corderius vulgaverant in catenis Patrum ad Psalmos: sed Benedictini longe copiosiores in totum Psalterium, licet nec ita plenas, aut integras, e Codicibus Regiis, & Colbertinis catenarum, & expositionum in Psalmos offerunt pag. 1009. 1239. Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana occurrunt commentaria Athanasii in Psalmos græce descripta ex Codice Bibl. Scorialensi, & latine reddita sive ab Antonio Giggeo, sive alio quodam. Ex illis argumentum in Psalmos dignum lectu, & supplementa quædam commentariorum dedit Montfauconus in collectione nova Patrum Tom. 2. pag. 70. 101. Animadvertendum est, inquit idem Vir clarissimus in Diario Italico pag. 12., alium etiam commentarium in ista Bibliotheca, nec non in Musæo Justinianeo Venetiis (adde pag. 69.) occurrere, qui Athanasii nomen præfert, at Athanasii Magni esse nequit. Istius initium est:* Μακάριος ἀνὴρ &c. αὐτὸ ὁ προφητικὸς πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον. *Athanasius in Psalmos ex versione Latina Eliæ Ehingeri, qui Codice Græco Bibliothecæ Augustanæ usus fuit, extat ms. in Bibliotheca Johannea hujus urbis Hamburgensis. Habuit etiam Athanasii in Psalmos commentarium græce descriptum Wagenselius ὁ μακαρίτης, unde asservat eundem Lipsiæ in patria mea thesaurus Librarius amplissimi Senatus. Expositionem Athanasii in Psalmos Serviana Lingua (est hæc Slavica Dialectus) ms. in Bibliotheca S. Salvatoris Bononiæ, atque Arabice una cum Epistola ad Marcellinum in Bibliotheca Ambrosiana Codice 300. annorum memorat idem Montfauconus ad Athanasium Tom. 1. pag. 1005. & 1006.*

Fragmenta commentariorum Athanasii in Psalmos a Petro Felckmanno collecta e Nicetæ Metropolitæ Heracleæ συναγωγῇ ἐξηγήσεων *in priores Psalmos 72. manuscripta in Bibliotheca Palatina pag. 1241. 1262. lib. II. pag. 511.*: Hactenus Fabricius.

De diversis Psalmorum expositionibus S. Athanasio adscriptis.

V. Quamobrem cum plures sint Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasii nomen inscriptum præseferunt, necesse est paulum aliquid de illis differere, quo magis compertum fiat, an ea, quam in lucem damus, tamquam genuinum ejus opus sanctissimo Doctori sit adscribenda. Ac primum verba faciam de illa, quæ Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, & Venetiis in Bibliotheca Justinianea reperitur. Hanc autem Sancto Athanasio abjudicat Pater Montfauconus, existimatque vel falso Athanasii nomen inscriptum esse, vel alterius Athanasii fuisse Magno Athanasio recentioris. Nam in admonitione, quæ præposita est supplemento commentariorum in Psalmos in nova collectione Patrum, & scriptorum Græcorum talia scribit: *Lectorem monere juvat, commentarium alium Athanasii nomine ferri in Bibliotheca Justinianea Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium:* ὁ μὲν προφητικὸς πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον: *sed quum a nemine Scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum Magnum ementitur*. Et in Diario Italico recensens Codices a se in Bibliotheca Ambrosiana inspectos: *animadvertendum est*, inquit, *alium commentarium in ista Bibliotheca, nec non in Musæo Justinianeo Venetiis occurrere, qui Athanasii nomen item præfert: at Athanasii Magni esse nequit. Germanum enim singulis ferme paginis multis post Athanasium sæculis Patriarcham Constantinopolitanum memoratum novimus. Istius initium est:* Μακάριος ἀνὴρ &c. Et in eodem Diario loquens de Bibliotheca Justinianea ait: *Adest quoque commentarius Athanasii in Psalmos, cujus Scriptor, vel Athanasium ementitur, vel alius* ὁμώνυμος *est Titulus:* Βίβλος τοῦ προφητάνακτος Δαβὶδ, καὶ θείου ὑμνογράφου, *Liber Prophetæ Regis, ac divini hymnorum scriptoris Davidis. Post hæc:* ἐξήγησις τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου: *expositio S. Patris nostri Athanasii. Idem commentarius est, atque ille de quo in Ambrosiana supra.* Et quoniam erit fortasse aliquis rerum Ecclesiasticarum studiosus, qui commentarium, cujus locis supra laudatis meminit Montfauconus, si non totum, certe ex parte inspicere desiderabit; haud ingratam me Lectori rem facturum credidi, ut suam de eo sententiam tutius ferre possit, si ex eodem commentario expositionem in primum S. Regia Davidis Psalmum hoc loco adscripserim; eam quidem scriptam inveni in pagella inserta in nostrum Codicem, & minime cum aliis Codicis paginis assuta, & conglutinata. Quod eo libentius facio, quia in expositione, quam in publicum edere statui, manca est interpretatio primi Psalmi. Itaque illius loco supplementi vice hæc erit, quæ talis est.

Montfauc. Bibl. nov. Tom. 1. pag. 70.

Idem Diar. Ital. cap. 2. pag. 12.

Idem eodem loco cap. 5. p. 69.

Psalm. I.

Pfalm. I.

1. BEatus Vir, qui non abiit in confilio impiorum, & in via peccatorum non ftetit, & in cathedra peftilentiæ non fedit.
2. Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die, ac nocte.
3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eft fecus decurfus aquarum:
4. Quod fructum fuum dabit in tempore fuo.
5. Et fnlium ejus non defluet,
6. Et omnia quæcumque faciet, profperabuntur.
7. Non fic impii non fic, fed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
8. Et ideo non refurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio juftorum.
9. Quoniam novit Dominus viam juftnrum, & iter impiorum peribit.

---

1. Prophetia quidem impletur in Jnfeph ab Arimathæa, quoniam non adfuit cum Judæis, quando improba agitaverunt confilia. Proprius quidem fermonis fenfus beatum dicit nmnem hominem, qui non adfidet, neque confentit molientibus prava, hoc eft feductoribus.
2. Neque enim aliter virtutem affequimur, & a malis abftinemus, nifi divinarum fcripturarum meditatione.
3. Ut enim ligna, quæ prope aquas exiftunt, femper florent: ita irrigatus meditatione fcripturarum mente femper floret, & fanam intelligentiam poffidet: lignum antem vocat Crucem circumfufam aquis lavacri, & * foventem illuminatos.

* puto legendum *germinantem illuminatos*.

4. Nam fuo tempore germinavit Crux falutem noftram, hoc eft botrum noftræ falutis, & vitæ.
5. Folia Crucis fideles funt, quippe per eam generati, & in ipfa manentes non defluent.
6. Omnia enim, quæ per Crucem fiunt, profperantur. Proficit enim, & permanet, & finem non habet Fides, Spes, & Charitas.
7. Nihil enim eorum, quæ Crucis funt, apud Hæreticos, aut Judæos, aut Idololatras nbtinet, & fructificat. Sed quemadmodum pulvis difpergitur; ita Judæi nb infipientiam, & infidelitatem defecerunt a Chrifto, & projecti funt per nmnem terram.
8. Qui enim non agnofcunt, aut Deum non colunt, poft Refurrectionem non interrogantur, & rationem vitæ repofcuntur, nam manifeftam habent damnationem; nullum enim opus juftitiæ in ipfis reperitur.
9. Nnta enim eft Deo, & juftorum via, & iniquorum: & illam quidem cuftodit, hanc vero abominatur, & abjicit tanquam nequam.

VI. Nunc vern agendum eft de altera Pfalmorum expofitione Magno Athanafio adfcripta, quæ a clariffimis PP. Benedictinis cum aliis nperibus Sanctiffimi Archiepifcopi in lucem edita eft. De hac vero iidem Patres in admonitinne, quæ initio primi voluminis legenti occurrit, ita præfantur: *Expofitiones S. Athanafii in Pfalmos fiftimus, Lector erudite, illas fcilicet diu expetitas, a multis laudatas antiquæ, mediæ, infimæ ætatis Auctoribus. Quarum ἀποσπασμάτια quædam in prius editis extabant. Utrum vero hi commentarii idipfum fint, quod liber De titulis Pfalmorum a Hieronymo laudatus, ut nuperi cujufdam fert opinio, non fatis exploratum eft; id fane fi verum effet, non commode fatis infcriptio pofita fuiffet, quum non de titulis modo, fed etiam de verficulis omnibus hic agatur.* At enim hujufmodi opus, quod Patres Benedictini, ut germanum, & genuinum M. Athanafii fœtum in publicum emiferunt, an ejufdem Sancti fit, nonnulli eruditi Viri, qui illud attentius expenderunt, maxime dubitarunt. Senfit id Mnntfauconus, qui curam fuam atque diligentiam in adornanda operum S. Athanafii editione fumma cum laude collocavit; ideo quum fupplementum ejufdem expofitionis in nova Bibliotheca Patrum poftea ederet, hæc fcripfit: *Supplementum expofitionum in Pfalmos ex Codice Ambrofiano, dum Mediolani ageremus, exfcripfimus. Eftque Codex ille recens ab antiquiori Scorialenfi defumptus. Nam ut in Athanafii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus, expofitiones illæ Athanafii non omnibus fuis partibus, & numeris abfolutæ funt, fed amanuenfium aufibus paffim truncatæ, & in compendium redactæ: quædam etiam ex catenis erutæ. Nihil moror Scriptorem nuperum, qui expofitiones illas in Pfalmos non effe Athanafii præpropere pronunciavit; fed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, imo potius diffimulavit, hoc operis, omnibus poft Athanafium fæculis, Athanafii nomine, allatis plerumque locis, ut in hodierno commentario extant, a plerifque Scriptoribus memorari: nihil movit adfinitas ftyli, verbaque frequentia Athanafiani ufus, nihil Codicum, unde prodierunt, vetuftas; quæ fane accurato Cenfori, antequam fententiam ferret, ferio erant excutienda. Verum ille nafuti fe critici partes egiffe putavit, quum, miffa importuna illa inveftigandi, & difquirendi opera, incunctanter pronuntiavit: non funt Athanafii; cui nos pari facilitate repouimus: funt Athanafii; a qua re denuo comprobanda nos exemifti, dum nihil adfers, quo tot Scriptorum teftimonia, totque alia γνησιότητος argumenta convellas. Nemo fane nobis dicam impingat, quod ex adfecta, vel præjudicata opinione fpuria, vel dubia opera pro germanis, & affertis dederimus; nam pro virili, & ut æqui ratio poftulabat, νοθείας, vel γνησιότητος notat quibufque præmifimus. Ac licet cuique liberum fententiæ adverfum nos ferendæ arbitrium mittamus; fi quis tamen hanc provinciam adeat, nonnifi excuffis argumentis, & notis, quas pro facultate tractatibus fingulis præmifimus, Judicis, & Cenforis partes occupet.*

De commentario in Pfalmos edito a PP. Benedictinis.

Nov. Bibl. PP. Tom. 2. pag. 69.

VII. Poftea vero feveriorem cenfuram in commentarinm fuper Pfalmos, & in alia opera in facram Scripturam Athanafii nomine a PP. Benedictinis, feu P. Montfaucono edita tulit Cafimirus Oudinus in hunc modum: *Quis credat unquam Magnum Athanafium in omni vita tot exiliis, fugis, & perfecutionibus agitatum, tantum habuiffe otii, ut commentarios in Pfalmos, Jobum, Cantica, Evangelium Matthæi, & Lucæ, Epiftolam ad Hebræos, & expofitionem in Symbolum fcriberet? Sunt hæc nugæ, & commenta recentioris Græciæ antiquis incognita Scriptoribus, quorum nullus veterum mentionem unquam fecit. Miror Benedictinos Monachos ita pueros fuiffe, ut excerptis iftis, & commentariis adhibeant fidem, dubio procul, ut in hac nova fua editione, novum aliquid, licet falfum Ma-*

Effe illum commentarium Athanafii, dubitant Viri eruditi.

Oudin. comm. de Script. Eccl. Tom. 2. fæc. 4. cap. 8. Diff. de op. S. Athan. pag. 384.

gni

gni Athanasii produxisse videantur: Commentarius in Psalmos eductus ex recentiori Bibliothecæ Ambrosianæ Codice, qui trecentorum annorum non est, quique rectius multo ob Codicis novitatem Athanasio Patriarchæ Constantinopolitano tribueretur, qui sub Andronico seniore circa annum 1300. floruit; cujus ætatem refert. Imo alter Commentarius in Psalmos in eadem Bibliotheca longe prolixior sub Athanasii ejusdem nomine, quem tamen ipsius non esse evincunt citationes Patrum Athanasio recentiorum, uti fatetur ipse Bernardus de Montfaucono in Diario Italico cap. 2. pag. 12., ubi Germanum multis post Athanasium sæculis Patriarcham Constantinopolitanum memoratum refert. Hæc convicia potius, quam censuram acriori stomacho evomuit vir a Catholicæ Religionis castris transfuga, & rebellis, cujus refellendæ audaciæ provinciam Benedictinis Patribus relinquo. Verum illud prætermittendum non est, quod superius admonui; commentarios in Psalmos Athanasii nomine ab ipsis editos ad Magnum Athanasium non pertinere, non ejus unius judicium est, sed aliorum etiam doctorum Virorum, qui in legendis sanctissimi Archiepiscopi, aliorumque veterum Patrum operibus versati sunt. Tillemontius, ut alios omittam, vir singularis eruditionis affirmat, se in commeotariis, de quibus agitur, aliqua aliorum scriptorum loca, quam Athanasii, cui tribuuntur, observasse. Sed hactenus de commentariis super Psalmos a PP. Benedictinis in publicam utilitatem evulgatis; nunc de Slavica seu Illyrica Psalmorum interpretatione, in qua itidem Athanasii nomen inscriptum occurrit, aliquid mihi dicendum superest.

Tillemon. mem. Eccl. Tom. 8. pag. 257.

Commentarius in Psalmos lingua Illyrica seu Slavica Athanasii nomine inscriptus.

VIII. Exhibet in suo Diario Italico clar. vir Pater Bernardus Montfaucon notam codicum cœnobii Canonicorum Regularium S. Salvatoris. Inter cæteros autem commentarium in Psalmos Sancti Athanasii Slavica Lingua scriptum his verbis enunciat: *Codex non spernendæ vetustatis, in quo Psalmi charactere Slavico.* In admonitione autem, quæ præmittitur expositioni Psalmorum Sancti Athanasii, quam in parte secunda tomi primi operum ejusdem sanctissimi Doctoris ipse edidit, talia habentur: *Narrat Gabriel Grodezins Dantzicanus, Professor Hebraicæ Linguæ in Academia Lipsiana, vir doctus, ac necessitudine mihi conjunctus, extare in Bibliotheca S. Salvatoris Bononiensis in Codice perantiquo expositionem Athanasii in Psalmos Serviana Lingua, quæ est Slavica Dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populi, nec ambigo ex his nostris expositionibus Slavice versam fuisse.* Sed fallitur Vir eruditus: iste enim commentarius Slavica seu Illyrica, non autem Serviana Lingua scriptus est; neque est in Slavicam Dialectum translatus ex Græcis expositionibus, quas ipse inter opera S. Athanasii edidit, sed idem est, ac ille, qui græcis literis, ac verbis scriptus & compositus Venetiis in Justinianea, & Mediolani in Ambrosiana Bibliotheca reperitur, & quem, ut paulo ante dixi, non esse Athanasii, P. Montfaucon affirmat. Equidem hujus commentarii initium, nempe orationem, quæ commentario præponitur, & expositionem in primum Psalmum dabo, quam nactus sum & opera & cura Reverendissimi P. Abbatis Migliavacca Canoniet Regularis Ordinis S. Salvatoris, qui etiam se ab aliis audivisse, mihi narravit: P. Montfauconum, quum per Bononiam iter faceret, Monasterii S. Salvatoris Bibliothecam adivisse, atque in ea inspectis antiquis codicibus manuscriptis, quibus Bibliotheca illa præstat, quum hunc, de quo agitur attente considerasset, suasisse Bibliothecario, ut nomen Athaoasii deleret, atque in fronte codicis adscriberet nomen S. Cyrilli Alexandrini; & quidem ut ah amico sibi novissime significatum esse asserebat, nunc in parva scheda, quæ in eodem codice existit, recentiori charactere scriptum legi nomen S. Cyrilli Episcopi Alexandrini; in tegmine autem codicis adhuc remanere nomen Athanasii. Qua de causa autem eruditus Vir id faciendum censuerit, me latet. Itaque cujuscumque Auctoris commentarius ille sit, me rem gratam curioso Lectori facturum existimo, si ejus initium Illyrica, & Latina Lingua hoc loco, ut paulo ante pollicitus sum, exhibeam *.

Montfaucon. Diar. Ital. cap. 27. p. 407.

* *Exhibet ille quidem hoc loco initium Commentarii Illyrica & Latina lingua; nos vero Latinam tantum versionem & interpretationem exhibemus. Si quis est curiosus Lector, & Slavicæ linguæ peritus, illud videat in Romana Edit. p. xxx.*

TEr Sancta Trinitas totius mundi adjuva, & dirige cor meum ad incipiendum cum intelligentia, & finiendum opus bonum a Deo inspirati hujus libri, quem Sanctus Spiritus per os David eructavit, & quem aggredior recitare. Agnoscens vero meam ignorantiam, adoro te exorans, & tuum auxilium invoco, Domine Jesu Christe, doce intellectum meum non in sermonibus labiorum oblectari, sed in cognitione eloquiorum gaudere, & præparare me ad facienda opera, quæ disco & loquor, ut bonis operibus illuminatus, in tuo judicio dexteræ partis particeps fiam. Et nunc Domine benedic, ut ex corde producto suspirio, lingua canam.

Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum &c.

PSALTERIUM DAVID REGIS

Sanctæ Civitatis Filii Jesse & Judæ secundum progeoiem pro primo alleluja initium primi Libri, qui est apud Judæos.

Psalm. I.

1. BEatus Vir, qui non abiit in consilium impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.

2. Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die, ac nocte.

3. Et

ATHANASII Commentarius in Psalmos.

Psalmus David I.

1. Prophetia hæc adimpletur in Josepho ab Arimathæa, quoniam noo venit ad Judæos, qui in Christum insidias faciebant. Proprietas autem sermonis hujus beatum dicit omnem hominem, qui non communicat, nec se immiscet iniqua consilia agentibus, aut aliquem injuste persequentibus. Quod vero additur: *Et in via*, viam esse præsentem vitam asserit; nos enim viventes ad interitum vitæ sensim accedimus.

2. Aliter enim non instruetur homo, ut recedat a malo, nisi se exercuerit lectione librorum, ac doctrina sapientum.

3. Nam

3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum:
4. Quod fructum suum dabit in tempore suo.
5. Et folium ejus non defluet,
6. Et omnia quæcunque fecerit, prosperabuntur ei.
7. Non sic impii non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
8. Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum.
9. Quoniam novit Dominus viam justorum, & iter impiorum peribit.

---

3. Nam prout ligna plantata ad aquas semper sunt amœna: ita intellectus sacra librorum doctrina irrigatus pulchre floret, & salutares semper cogitationes habet. Lignum etiam hoc dicitur Crux fontibus baptismalibus circumdata, per quam nos lætificamur ac illuminamur.
4. 5. 6. In tempore suo fructificavit Crux nostram salutem: fructus utpote vivaces, & folia Crucis sunt fideles, qui per illam muniti, & in illa permanentes, non decidunt seu non defluunt ab eadem; omnia enim, quæ propter Crucem seu Christi passionem fiunt, prospere succedunt.
7. Crux enim illa, quæ ab Hæreticis, Judæis, & Ethnicis non colitur, apud eos non fructificat, sed tanquam pulverem eos dissipat. Sic Judæi eum ob incredulitatem ac insipientiam defecissent a Christo, dispersi sunt per universam terram.
8. Nam qui Deum non agnoverunt, vel solam hanc impietatem secum ferentes, post resurrectionem de aliis caussis non interrogabuntur; jam enim habebunt damnationem libere per semetipsos volitam, nec invenietur in ipsis ullum opus justitiæ.
9. Noscit enim omnem viam tam justorum quam injustorum, & primos quidem salvat, alteros vero damnat, ac a se rejicit, utpote inutiles.

IX. Age vero, quoniam locus hic jam postulat, de auctore expositionis, quam Athanasio in Barberino Codice adscriptam nunc primum in lucem trado, verba faciamus. Profecto ut eam Magno Athanasio tribuendam existimem, primum moveor judicio duorum doctissimorum virorum Andreæ Scotthi, & Lucæ Holstenii, quorum alter ex antiquo codice Augustanæ Bibliothecæ describendam curavit; alter vero non solum præfationem, brevem quidem, sed admodum elegantem, & tanto Viro dignam adscripsit, sed ulterius hoc Athanasii opus inter cætera sanctissimi Doctoris præcipue excellens, & eximium esse censuit, & ut verbis Tillemontii utar: *comme le chef d' œuvre de S. Athanase*. Etenim an. 1627. quum accepisset novam operum S. Athanasii editionem Parisiis adornari, septem homilias S. Athanasii nomine inscriptas, quæ adhuc lucem non viderant, ad Typographum Parisiensem misit, qui ea de re Lectorem monuit his verbis: *Postremo Vir eruditus Lucas Holstenius Hamburgensis, postquam nos admonuisset, habere se e Regia, & Oxoniensi Bibliotheca, & e manuscripto etiam codice R. P. Sirmondi e Societate Jesu homilias numero septem nondum editas, quas latine convertisset, rogatus a nobis lubenti animo concessit, ut eas, quia serius hoc rescivimus, veluti per appendicem posteriori tomo subjiceremus*. His autem septem homiliis, quas Vir eruditione æque, ac pietate eximius in latinum verterat, epistolam ad Lectorem præmisit, eam exorsus in hunc modum: *Cum Divi Athanasii opera recudi a Typographis audirem, rem me facturum existimavi, & publice utilem, nec bonis, doctisque ingratam, si cætera sanctissimi Patris ἀνέκδοτα conquirerem, & in lucem hac occasione producerem. Collegi ergo opera tumultuaria ex Christianissimi Regis Bibliotheca, atque ex clar. mem. R. P. Sirmondi, meisque schedis homilias septem Athanasii nomine prænotatas: neque enim Athanasii omnes esse credat, cui vel minimum in hisce studiis judicii, quique vel obiter tantum cætera ejus scripta inspexerit*; in fine autem ejusdem epistolæ de Sancti Athanasii commentario nostro in Psalmos, quem, ut puto, viderat, sed non adhuc ab Andrea Scottho nactus fuerat, ita loquitur: *Cætera, quæ adhuc latent in Italiæ, & Hispaniæ Bibliothecis alii dabunt, præsertim commentarium perpetuum in Psalmos, quod ego palmarium Athanasii opus existimo*. Hæc Holstenius.

Tillemont. me. Eccl. tom. 8. pag. 230. not. 210. sur S. Athanase.

Tom. 2. oper. Sancti Athanasii edit. Paris. an. 1627.

Andreas Scotthus, & Lucas Holstenius commentarium nostrum seu expositionem S. Athanasio tribuerunt.

X. Quod autem Magnus Athanasius scripserit etiam super Psalmos, nemo est, qui dubitare possit. Hujus enim rei locuples testis est Beatus Hieronymus in libro *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, ubi enumeratis sanctissimi Episcopi Athanasii operibus, inter alia recenset librum *De titulis Psalmorum*. Quæ beatissimi Doctoris verba in Græcam Linguam ita vertit Sophronius: περὶ ἐπιγραφῶν ψαλμῶν: *De inscriptione Psalmorum*. Hujusmodi autem nuncupationem non bene aptari commentario in Psalmos, quem ediderunt Patres Benedictini, ubi de titulis Psalmorum ne verbum quidem, ipsi ingenue fassi sunt. At vero in expositionem, quam nos Magni Athanasii nomine inscriptam in lucem damus, optime convenire, neminem esse puto, qui inficias iverit. Siquidem initio cujusque Psalmi ejus titulus seu inscriptio accurate, ac diligenter explicatur: deinde convenienter, consequenterque ad tituli inscriptionem ejusque interpretationem Psalmus totus exponitur.

Hieron. de Scriptor. Ecclesiast. cap. 87.

Commentarius iste, quem in publicum damus, idem est ac liber S. Athanasii de titulis Psalmorum.

XI. Commentarii S. Athanasii in Psalmos meminit etiam Nicæna Synodus, & quem Hieronymus *De titulis Psalmorum*, & Sophronius *De inscriptione Psalmorum*, Synodus vocat *librum interpretationis Psalmorum*, eique, nos docet, præfixam fuisse ejusdem Athanasii epistolam ad Marcellinum. Unde etiam compertum fit, librum de titulis Psalmorum non eumdem fuisse, ac librum seu epistolam ad Marcellinum, ut aliquis suspicatus est. Verba autem, quæ in actione Synodi sexta memoriæ traditum est lecta fuisse ab Epiphanio Diacono, sunt hujusmodi: *ὁ δὲ τῆς ἀθανασίας ἐπώνυμος τρανότατα ἡμῖν διαγορεύων ἐν τῇ πρὸς Μαρκελλῖνον ἐπιστολῇ, ἣν προέταξεν ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ἑρμηνείας τῶν ψαλμῶν, οὕτω λέγων* &c. *Qui vero ab immortalitate nomen habet Athanasius, clarissime nobis in epistola ad Marcellinum, quam præposuit libro interpretationis Psalmorum, differit sic dicens: librum Psalmorum aliquis assumens, Prophetias de Salvatore continuo, ut in aliis Scripturis admiratus, & adorans enarrat &c.* Hanc autem epistolam, de qua mentio facta est in Nicæna Synodo, (ut occasione mihi data Lectorem admoneam, factique mei rationem reddam) explicationi Psalmorum, quam in publicum

Synod. Nic. II. act. 6. p. 1518.

Synodus Nicæna II. meminit hujus libri S. Athanasii.

blicum emitto, adjungam, ut integrum sanctissimi Patris opus, quemadmodum ab ipso editum esse traditur, exhibeam.

Iis, quæ opponi possunt circa Auctorem nostri commentarii, respondetur.

XII. Erit fortasse quispiam eorum, quibus volupe est, ut ita dicam, magnis clarescere inimicitiis, & emunctæ naris censoris nomen adipisci, qui contracta fronte, & grandi supercilio opusculum nostrum a sanctissimo Archiepiscopo abjudicandum esse decernet, vel quia Auctor interpretationis Psalmorum, quam damus, pueriliter, ut forte sibi videbitur, in explicandis Psalmorum titulis hebraicorum nominum interpretationem sectatur, vel quia Psalmos omnes in allegoricum sensum exponit. Ego autem e diverso tantum abesse existimo, ut hisce de causis Athanasii nomen e fronte commentarii expungi debeat, quin potius inde putem, duo gravissima argumenta suppetere, quibus liber Magno Athanasio, cujus nomen præfert, vindicetur.

Philo primus edidit dictionarium hebraicorum nominum, eorumque interpretationem.

XIII. Quod ut planum faciam, opus est paucis differere, quis primus Auctor fuerit, qui hebraica nomina juxta eorum etymologias ordine alphabetico in Græcum exposita publico usui, & sacrarum literarum studiosorum commoditati ad sacrarum scripturarum intelligentiam facilius assequendam prodiderit. Quod sane difficile haud est; posteritatis enim memoriæ id mandavit Hieronymus: *Qui Philo*, inquit, *vir disertissimus Judæorum, Origenis quoque testimonio comprobatur, edidisse librum hebraicorum nominum, eorumque etymologias juxta ordinem literarum e latere copulasse. Qui quum vulgo habeatur a Græcis, & Bibliothecas orbis impleverit, studii nostri fuit in latinam linguam eum vertere*. Et antequam Hieronymus ita scriberet, Eusebius Cæsariensis de eodem Philone in sua Ecclesiastica Historia literis tradiderat: *Sed & hebraicorum nominum, quæ in lege, & in Prophetis occurrunt, interpretationes ab ipso compositæ esse dicuntur*. Philo autem gente, ac religione Judæus, Patria quidem fuit Alexandrinus. Quare si ejus liber de nominibus hebraicis adeo celebris, & frequens in Literatorum manibus erat, ut a Græcis vulgo haberetur, & nulla esset, teste Hieronymo, orbis Bibliotheca, quæ ipsum non servaret; inde conjecturam facere licet, quanto in pretio, quantoque in usu apud suos populares Alexandrinos Christianos præsertim, vel Hebræos esset. Et quidem hac de re non leve argumentum vel inde sumi potest, quod hujusmodi liber neque ipsos gentiles Alexandrinos Scriptores latuit, cum ex eo plura in suum usum decerpserint. Nam quæ Hesychius grammaticus Alexandrinus de hebraicis nominibus in lexicum suum induxit, ex eo mutuo accepisse, verisimile est. Id autem jam antea animadvertisse comperi Joannem Martianæum, qui probabili conjectura hæc adnotat: *Quarta species verborum, & interpretationum Philonis superest, ni fallor, in Græco Lexico Hesychii grammatici Alexandrini, qui non ab alio, quam e libro græco Judæorum disertissimi Hellenistæ, idest ex libro nominum hebraicorum mutuari potuit nomina bene multa, quæ ipse interpretatur juxta proprietatem linguæ hebraicæ. Nam unde fluxit apud Hesychium tanta copia nominum, quorum ratio ignorata erat ab omnibus Græcis Scriptoribus prophanis, nisi ab illo primo conditore voluminis hebraicarum vocum, sive lexici sacri, cujus usuram habuisse Alexandrinis facile licuit?* Si autem Alexandriæ Philonis liber magno in pretio habebatur apud homines a Judaica Religione, & Christiana veritate alienos, quisque inde conjecturam capere potest, quanta apud Christianos in existimatione, quantoque in usu in sacris Scripturis explicandis esset.

S. Hieronym. in præfat. in libro de interpret. nom. hebraic.

Euseb. Hist. Eccles. lib. 2. cap. 12.

Martian. tomo 2. op. S. Hieron. p. 90. edit. Parif.

Origenes interpretatus est nomina hebraica novi testamenti.

XIV. Quod si quispiam esset, qui ea de re dubitaret, facile omnis ex animo dubitationis scrupulus evelli posset ex iis, quæ de Origene tradit Hieronymus: nimirum quod in hebraicis nominibus veteris testamenti fecerat Philo, id in nominibus novi testamenti præstitisse Origenem ea laude, atque omnium doctorum Virorum approbatione, ut eum postea ipse Hieronymus imitatus sit vertendo in linguam latinam, quæ græce tantum circumferebantur, ut quod Græci Philonis, & Origenis labore, atque industria habebant, id Latini lectionis sacrarum scripturarum studiosi cura, atque opera Sanctissimi Doctoris adipiscerentur. Verba B. Hieronymi talia sunt: *Ac ne forte consummato ædificio, quasi extrema deesset manus, novi testamenti verba, & nomina interpretatus sum; imitari volens ex parte Origenem, quem post Apostolos, Ecclesiarum Magistrum, nemo, nisi imperitus negabit. Inter cætera enim ingenii sui præclara monumenta etiam in hoc laboravit, ut quod Philo quasi Judæus omiserat, hic, ut Christianus impleret*. Ex his vero, quæ Hieronymus scripsit, duo ad rem nostram colliguntur. Hebraicorum nominum interpretationem, rem puerilem, & nullius utilitatis, ut quidam autumant, minime censendam esse, quum in ea tria præclarissima omnium ætatum ingenia elaboraverint, Philo, Origenes, Hieronymus; & nostram Psalmorum metaphrasin seu commentarium, in quo accurate, & diligenter allata hebraicorum nominum interpretatione, Psalmorum tituli exponuntur, auctorem præferre Scriptorem Alexandrinum, minimeque eam Magni Athanasii vel ætati, vel patriæ, vel studiis, & sacræ doctrinæ repugnare, sed quam maxime convenire.

Vid. Hier. lib. 3. cap. 1. n. 7.

Hieronym. loc. cit.

De allegorica sacrarum scripturarum interpretatione, & qui primi omnium ea usi sint.

XV. Nunc vero agendum est de allegorica interpretatione, juxta quam perpetuo commentario Psalmi exponuntur. Primum allegoricæ sacrarum scripturarum interpretationis auctorem veteres Scriptores faciunt Philonem hebræum. Scribit enim de eo in sua Bibliotheca Photius: *Circumferuntur ejusdem alia quoque varia opuscula, quibus disputationes fere de moribus continentur, veterisque Testamenti explanationes ad allegoriam ut plurimum ipsa litera aptata. Et vero ab hoc arbitror omnem allegoricum sacræ scripturæ sermonem in Ecclesiam promanasse*. Is autem Alexandriæ, ubi natus erat, scripsit, & non solum inter suos, sed etiam inter Christianos celebri nomine ob sacrarum Scripturarum scientiam, & profanarum doctrinarum eruditionem fuit, imo etiam Christianæ Religioni nomen dedisse, a quibusdam traditum est. Sane Hieronymus de eo scribit, famam fuisse, eum, quum in secunda legatione ad Cajum Romam venisset, loquutum esse cum Apostolo Petro, ejusque habuisse amicitias, & ob hanc causam etiam Marci discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus; & ante Hieronymum idem de Philone tradiderat Eusebius Cæsariensis, qui doctissimum Judæum magnis laudibus ornat; unde constat quanto nomine, & quo in honore ille esset Eusebii quoque ætate apud Christianos: *Hic porro*, inquit Eusebius, *vir in dicendo copiosus, in sententiis locuples, in divinæ scripturæ intelligentia sublimis, atque excelsus, variam ac multiplicem sacrorum voluminum expositionem edidit*. E Philone igitur, qui ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος,

Phot. Bibl. codic. 103.

Hieronym. de Script. Eccles. n. 11.

Euseb. lib. II. cap. 18.

ait

Joseph. lib. 12. Antiquit. Judaic. cap. 9.

ait Josephus, non solum in sacris Scripturis excellenter versatus, sed etiam externis disciplinis egregie excultus præclara opera in publicum ediderat, allegoricam sacrarum scripturarum interpretandarum rationem in Alexandrinam Christianorum scholam aliqua ex parte, & quadamtenus derivatam fuisse, quam verisimillimum esse, nemo, ut puto, negabit.

Schola Alexandrina sequuta est allegoricam scripturarum interpretationem.

Dan. Heinsius præf. ad Clem. Alex.

XVI. Quod autem Schola Alexandrina allegoricam interpretationem sequuta sit, argumento esse possunt opera Clementis, & Origenis, qui ambo Alexandrinæ Scholæ præfuerunt. Quorum primus in sacris Scripturis explicandis sæpissime allegoriis utitur, sed in libris Stromatum mysticos scripturarum sensus potissimum amplexus est; siquidem tria sua præclara opera, Protrepticon, Pædagogon, & Stromatum libros eo ordine, & ratione instituit, ut Gentilium Mystagogorum, ac veterum Philosophorum exemplo tres gradus ἀποκάθαρσιν, μύησιν, ἐποπτείαν referret. Alter vero in allegoriis sectandis adeo nimius fuit, ut etiam hoc nomine a multis reprehendatur. Quare & accurata hebraicorum nominum interpretatio, & allegorica interpretandi ratio in causa esse non possunt, cur noster Psalmorum commentarius Magno Athanasio abjudicetur, sed potius argumento esse debet, cur illum sanctissimo Episcopo, cujus nomen præfert, asseramus. Nam utraque intento, ut ita dicam, digito indicare videtur, auctorem commentarii Scriptorem Alexandrinum fuisse, Alexandriæ natum, & in Alexandrina Schola educatum. Profecto non dissimili ratione, qua Athanasius in suo commentario titulorum interpretationem prosequutus est, nonnullorum Psalmorum titulos Origenem quoque explicasse, fidem facit fragmentum commentarii Origenis in Psalmos, quod ex Codice Vaticano cum aliis in lucem edidit P. Montfauconus, & suæ Exaplorum editioni præmisit; ac proinde de antiquitate usus, ac disciplinæ interpretandi in allegoricum sensum Psalmos, Psalmorumque titulos in Schola Alexandrina dubitari nequit.

Montf. tom. 1. Exapl. Orig. pag. 77.

Therapeutæ, quos Christianos fuisse antiqui Patres, & plures recentiores Scriptores crediderunt, allegoricas Scripturarum explicationes sequuti sunt.

Eusеb. Histor. Eccl. l. V. c. 10. & 11. l. VI. c. 14. & 13. Hieron. de Vir. illustr. Phil. de vit. contempl.

XVII. Quin imo longe ante Pantæni, Clementis, & Origenis ætatem, qui successivis temporibus Alexandrinam Scholam rexerunt, allegoricas & mysticas Scripturarum expositiones usu apud Christianos Alexandrinos receptas fuisse, testimonio esse possunt, quæ memoriæ posteritatis tradita sunt de Therapeutis, quorum nomine veteres illos Christianos Marci Euangelistæ discipulos significatos fuisse antiqui Patres, & plures ex recentioribus Scriptoribus existimarunt. Mores enim, & instituta Therapeutarum referens Philo: *Totum vero*, inquit, *diei spatium, quod ab ortu solis ad Vesperum interjacet, in meditatione Philosophiæ traducunt. Sacra enim volumina lectitantes, philosophantur more patrio præcepta sapientiæ a Majoribus tradita allegorice explicando. Quippe existimant verba ipsa nihil aliud esse, quam imagines, & signa rerum abditarum, quæ per allegorias declarandæ sunt. Sunt etiam apud eos commentarii Veterum quorumdam, qui sectæ illius auctores quamplurima eis monumenta doctrinæ illius, quæ in allegoriis posita est, reliquerunt. Quibus isti tanquam exemplaribus utentes morem hunc, institutumque imitantur.* Ad hæc autem Philonis verba talia subdit Eusebius: *Hæc certe ab eo homine dicta videntur, qui nostras sacras literas exponentes audiverit. Quos autem*, ait, *penes illos fuisse veterum quorumdam commentarios, verisimile est, ipsa esse Euangelia, & Apostolorum scripta, & expositiones quasdam veterum Prophetarum: cujusmodi plures tum in aliis Pauli epistolis, tum in illa, quæ ad Hebræos scripta est, continentur.* At enim Henricus Valesius censet libros novi Testamenti a Philone haud significari potuisse, quum dicat συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, quales non erant Philonis ætate Apostoli, & Euangelistæ. Ego autem Eusebii sententiam haud prorsus rejiciendam esse puto: nam sæpe παλαιῶν, seu veterum nomine intelliguntur, qui una tantum ætate seu generatione (a) nos præcesserunt: & quidem, si in re longe polita a nostra memoria, atque ætate, uti conjectura licet, censeo, Philonem commentariorum nomine inter alios libros indicare voluisse Euangelium secundum Ægyptios. Nam in eo peculiare quoddam fuisse dicendi genus allegoriis, & abstrusis ac mysticis sensibus plenum, fidem faciunt fragmenta, quæ ab antiquis Scriptoribus ad nostram usque ætatem servata sunt. Ænigmatum enim instar illa sunt, quæ ex illo Euangelio laudantur in epistola secunda S. Clementis Pontificis Romani, & in libro tertio Stromatum alterius Clementis cognominis Presbyteri Alexandrini, ex quorum scriptis aliorumque veterum Patrum nobis compertum sit, Euangelio illo, qualecumque fuerit, antiquos illos Christi in Ægypto asseclas usos fuisse. Verum enim postea temporis, quum in universo terrarum Orbe fere ad omnium Fidelium manus pervenissent quatuor Euangelia, aliæque canonicæ scripturæ, quæ a sacris Euangelistis, & sanctis Apostolis θεοπνεύστοις a Deo inspiratis in fidelis populi utilitatem, & Ecclesiæ ædificationem nobis divina beneficentia tradita sunt; Euangelium illud allegoricum, & fere ænigmaticum, uti exorto & illucescente sole nebulæ dispelluntur, paulatim in desuetudinem abiit, & e Fidelium manibus excussum est. Veruntamen posteaquam ex Ecclesia Catholica Euangelium secundum Ægyptios eliminatum est, benignos receptores habuit hæreticos; quia cum obstrusos, & ambiguos sensus contineret, ad suos adstruendos errores, obtenebrandamque veritatem, pluribus etiam de suo adjectis suppositisque, opportune eo uti posse censuerunt. Profecto Sabelliani, aliique firmum inde patrocinium, ut ipsi autumabant, vel ad Trinitatis Mysterium subvertendum, vel ad legitimas nuptias rejiciendas sibi compararunt. Itaque hinc factum est, ut postea hujus Euangelii a sectariis corrupti & interpolati, in pravosque sensus ejus verbis expositis, tanquam libri apocryphi, & veluti putidæ hæreticorum mercis meminerint S. Epiphanius, S. Hieronymus, Origenes, Titus Bostrensis, Theophylactus. Sed eo revertor, unde paulo ante digressus sum.

Eusеb. Histor. Eccles. l. 2. c. 17.

Epiph. hær. 72. cap. 2. Hieron. præf. com. in Matth. Orig. hom. 1. in Luc. Tit. Bostren. Theoph. ad pr. Lucæ.

Allegorica Scripturarum interpretatio in Oriente obtinuit, eaque laudatur, dummodo in ea modus servetur.

XVIII. Enimvero non solum Alexandriæ, sed etiam ubique Ecclesiarum Orientis primis Christianæ fidei sæculis allegorica sacrarum Scripturarum interpretatio obtinuit. Et quidem quemadmodum nimius atque immoderatus hujusmodi interpretationis usus, quum scilicet abditis Scripturarum sensibus explicandis minime inservit, sed ea Scriptor ad suo indulgendum ingenio abutitur, reprehensione dignus videtur: ita e diverso laude excipiendus est, quum receptis veterum Patrum regulis, ac præceptis insistit, & intra suos limites se continet. Itaque duo in hac re scopuli summopere

(a) Nam γενεὰ est τριακονταετία triginta annorum ætas, ut Porphyrius notat in Homericis quæstionibus. Aulus Gellius codicem Æneidos Virgilii, quem sibi Romæ quidam Grammaticus emptum in Sigillariis XX. aureis ostenderat, *mirandæ vetustatis* vocat, & tamen Gellius non adeo longe post Virgilii ætatem vixit. *Gell. libro II. Noct. Attic. cap. 3.*

pere vitandi sunt, in quorum alterum impegisse videntur, qui sequentes mysticos sensus, & allegoricas interpretationes ab historica sacrarum literarum veritate discesserunt; apud alterum vero misere naufragium fecisse, qui mordicus literali interpretationi inhærentes, relictis veterum sanctorum Patrum vestigiis, in devia ac prærupta abeuntes in luce divinæ eorum sapientiæ, ac cælestis doctrinæ caligaverunt. Atque ita, clausis ad Euangelicum lumen oculis, per humilia reptantes solum humana ac terrena percipientes Majestatem Dei in Christo Domino animo comprehendere nequiverunt, ideo negare ausi sunt; & sectantes humilitatem literæ a sublimitate exciderunt Divinitatis. Ex horum numero fuerunt Ebionæi, Paulianistæ, Socinianistæ, aliique istorum sequaces. Quamobrem ne recto itinere relicto, in brevia ac syrtes aberremus, in re tam difficili, tantique momenti omnino servanda a nobis est regula, quam sibi sequendam proposuit Sanctus Gregorius Naxianzenus, qui in oratione quadragesima secunda: *Nos*, inquit, *media quadam via inter eos, qui crassiore omnino ingenio sunt, & eos qui nimio contemplationis, & anagogiæ studio ducuntur, incedentes, ut nec prorsus inertes ac torpidi maneamus, nec rursus curiosiores simus, quam par sit, atque a proposito argumento excidamus, & evagemur, (alterum enim Judaicum quodammodo & abjectum, alterum ineptum, ac somniorum conjectore dignum, paremque utrumque reprehensionem meretur) ad hunc modum de his rebus pro virium nostrarum modulo non nimis absurde, nec ridicule differemus*. Teneatur etiam altera interpretationis lex a Magno Augustino, aliisque Patribus tradita, ut tum solum proprietas literæ relinquatur, si ex literali intelligentia absurdus Scripturæ sensus, vel Catholicæ Ecclesiæ doctrinæ & traditioni contrarius eliciatur. Sin secus, ita mysticum & allegoricum sensum a Patribus probatum sequi placeat, ut proprietas literæ non repudietur. Verba Augustini in libro VIII. cap. I. de Genesi ad literam, ubi loquitur de Paradiso, talia sunt: *Sane si nullo modo possent salva fide veritatis ea, quæ corporaliter hic nominata sunt, corporaliter etiam accipi, quid aliud remaneret, nisi ut ea potius figurate dicta intelligeremus, quam Scripturam sanctam impie culparemus? Porro autem si non solum non impediunt, verum etiam solidius asserunt divini eloquii narrationem hæc etiam corporaliter intellecta, nemo erit, ut opinor, tam infideliter pertinax, qui, cum ea secundum regulam fidei exposita proprie viderit, malit in propria remanere sententia, si forte illi visa fuerant, nonnisi figurate posse accipi*. Demum ad hæc & illud addendum puto, quod docet Beatus Joannes Chrysostomus omnium, qui unquam fuerunt aut sunt scripturarum interpretes, præstantissimus, & quod omnes præ oculis habere debent, qui sacras scripturas interpretari aut legere aggrediuntur: *Neque enim*, inquit, *sapientia humana opus habet divina scriptura, ut ea, quæ scripta sunt, intelligantur, sed revelatione Spiritus, ut verum sensum eorum, quæ in illis continentur, percipientes magnam inde referamus utilitatem*. *Hom. XXI. in Genes.*

Allegoricus seu mysticus Scripturarum sensus auctoritate novi Testamenti nititur.

XIX. Cæterum mysticus, seu allegoricus scripturarum sensus auctoritate novi Testamenti innititur. Passim enim occurrunt in Euangeliis, & Canonicis epistolis mystici sacræ Scripturæ sensus, & allegoricæ explicationes. Quare Magnus Gregorius exponens Romano Populo Parabolam illam de homine, qui exiverat ad seminandum, recte ajebat: *Si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret; unde & idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere, quod dicebat, ut sciatis rerum significationes quærere in iis etiam, quæ per semetipsum noluit explicare. Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit, quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret*. Et quidem quis unquam sibi persuaderet per duos Abrahæ filios, quorum unus natus est de Ancilla, alter de Libera, duo Testamenta significari, unum quidem in monte Sina in servitutem generans; alterum vero in libertatem filiorum Dei, qua Christus nos donavit? Quis crederet per Sacerdotem Melchisedech æternum Pontificem Christum Dominum, per Tabernaculum Cælum, per sanguinem hircorum, & vitulorum Sanguinem ejusdem Christi Domini, per Sancta Sanctorum interius Cæli aditum adumbratum fuisse? Quis in animum suum induceret per animalia, quorum sanguis inferebatur pro peccato in Sancta per Pontificem, corpora autem cremabantur extra castra, indicatum esse Jesum, ut sanctificaret per suum sanguinem Populum, extra portam civitatis Hierusalem passurum esse; nisi hæc divina & admiranda Mysteria nobis Apostolus Paulus aperiret? Cujus in mentem unquam venisset, per Adam, qui, immisso a Domino sopore, & per Hevam, quam ex dormientis costa in mulierem Deus ædificavit, & de qua dictum est: *Quamobrem relinquet homo Patrem suum, & Matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*: Christum significari & Ecclesiam, quæ ex latere Christi Domini sanguine & aqua fluente obdormientis in Cruce, immisso voluntariæ mortis sopore, efformata est, & sanguine ipsius redempta, & aqua Baptismi sanctificata, ob quam reliquit (*a*) æternum suum Patrem, descendens Ipse de Cælo, ut humanam carnem susciperet, & deseruit Matrem, nempe ingratam & incredulam synagogam, unde originem, ut Homo, ducebat, ut scilicet adhæreret Ecclesiæ Fidelium, & ejus Caput existens mysticum illud Corpus efformaret; nisi idem Beatus Apostolus admiratione obstupefactus ad illa verba clamans diceret: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*. Quis hæc, & plurima alia, quæ in divinis Pauli literis continentur, unquam crederet, nisi ea nos Beatus Apostolus edoceret? neque ideo Origenes reprehenditur ab Eustathio Martyre Antiocheno, a Magno Basilio, Joanne Chrysostomo, Epiphanio, Theophilo, Hieronymo, aliisque, quod spiritalem Scripturarum sensum exposuerit, vel quod ingenii solertia caruerit, qua mysticos, quos revera complectitur scriptura sensus, investigaret; sed quod ea in re nimium ingenio suo indulserit, & spreto literali sensu allegorias quæsierit locis propemodum innumeris, a quibus prorsus alienæ sunt.

Ad Galat. IV. 22. 23. etc. *Ad Hebr. VII. VIII. IX.* *Ad Hebr. XIII. 11. 12.* *Genes. c. 2. 23. & 24.* *Ad Ephes. V. 32.* *Eustath. in sermon. de ventriloqua seu Pythonissa.* *Basil. hom. 3. in Hexaemeron. n. 9.* *Chrysost. hom. 13. in Genesim.* *Hieron. Ep. 38. ad Pammach. in Præfat. l. 5. comment. in Isaiam & Præfat. in Malach.*

XX. Et

(*a*) *Si ergo Christus adhæsit Ecclesiæ, ut essent duo in carne una, quomodo reliquit Patrem? quomodo Matrem? Reliquit Patrem, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Hoc est enim, reliquit Patrem, non quia deseruit & recessit a Patre; sed quia non ea in forma apparuit hominibus, in qua æqualis est Patri. Quomodo reliquit Matrem? relinquendo synagogam Judæorum, de qua secundum carnem natus est; & inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus Gentibus congregavit*. S. Aug. Tract. IX. in cap. II. in Joan. n. 10.

Tertullianus & Cyprianus aliique allegoricum & literalem scripturæ sensum approbant.

Tertul. de Oration. Dom. c. 6. Cypr. in expl. Orat. Dom.

XX. Et quidem veteres Ecclesiæ Doctores etiam ubi sacris scripturis explicandis literalem potius sensum, quam allegoricum sequuti sunt; spiritalem tamen ac mysticum agnoscunt ac probant, & primum corpori, alterum vero animæ comparant. Tertullianus agens de Oratione Dominica: *Quanquam*, inquit, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie, spiritaliter potius intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, & vita panis &c. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & individuitatem a corpore ejus. Sed & quia carnaliter admittitur ista vox, non sine religione potest fieri & spiritalis disciplinæ. Panem enim peti mandat, quod solum Fidelibus necessarium est; cætera enim nationes requirunt*. Ubi dictione illa *spiritaliter* allegoricum, & mysticum verborum sensum, illa vero *carnaliter* literalem significat. Nec dissimiliter sanctissimus Martyr Cyprianus Tertullianum, quem magistrum vocabat, sequutus, loquens de eadem Orationis Dominicæ petitione: *Quod potest*, ait, *& spiritaliter, & simpliciter intelligi: quia & uterque intellectus utilitate divina proficit ad salutem. Nam panis vitæ Christus est, & panis hic omnium non est, sed noster est &c. Potest vero & sic intelligi, ut qui sæculo renunciavimus, & divitias ejus, & pompas fido gratiæ spiritualis abjecimus, cibum nobis tantum petamus, & victum*. Quibuscum consentit Beatus Augustinus, qui loquens de Paradiso ab Origene ejusque discipulis non proprie, sed figurate intellecto: *Quasi propterea*, inquit, *non potuerit esse Paradisus corporalis, quia potest etiam spiritalis intelligi? Tanquam ideo non fuerint duæ mulieres, Agar & Sara, & ex illis duo filii Abrahæ, unus de ancilla, & alius de libera; quia duo testamenta in eis figurata dicit Apostolus; aut ideo de nulla petra, Moyse percutiente, aqua defluxerit, quia potest illic figurata significatione etiam Christus intelligi, eodem Apostolo dicente: petra autem erat Christus. Nemo itaque prohibet intelligere Paradisum, vitam Beatorum; quatuor ejus flumina, quatuor virtutes &c. hæc & si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritaliter Paradiso, nemine prohibente, dicantur: dum tamen illius historiæ veritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata teneatur*. His autem addi possunt cæteri omnes Patres quotquot in Ecclesia Dei floruerunt ab exortu Christianæ Fidei ad postrema usque & ætati nostræ propiora sæcula. Quamobrem tantum abest, ut nostra Psalmorum translatio, seu interpretatio, qua Psalmorum verba de Christo, & Ecclesia explicantur, Athanasio, cujus nomen inscriptum est, adimi debeat, vel tanquam inepta, ac puerilis a sensatis viris, & in Ecclesiasticis studiis, & Christiana pietate excultis eadem contemni: quin potius reor argumentum hinc recte sumi posse, ut sanctissimo Doctori adjudicetur.

August. l. 13. de Civitat. Dei c. 21.

Allegoricus Psalmorum sensus Christianorum proprius est.

XXI. Cardinalis Thomasius vir & eruditione, & morum sanctitate illustris allegoricos Psalmorum sensus *Christianos sensus* vocat in præfatinne ad Psalterium, quod cum latina interpretatione ab eo elaborata in publieam utilitatem emisit: *Porro*, inquit, *ne aliqua saltem deesset vel brevis manuductio ad secretiora mysteria, sensaque Psalmorum tum de Christo & ipsius Corpore Ecclesia universa, & particularibus hujus corporis, sive collegii membris, id est Fidelibus, tum etiam de cælesti patria, quos sensus recte appellaveris sensus Christianos, patefactos nobis, tanquam scisso templi velo, morte Christi, qui Apostolis aperuit sensum, ut intelligerent scripturas, & quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de ipso &c.* Ita recte ac sapienter pius, & doctus Cardinalis ex veterum Patrum doctrina de allegorico & spiritali Psalmorum & sacræ scripturæ sensu loquutus est. Nam Origenes in libro *de Principiis* arguens eos, qui ex circumcisione erant, quod in Salvatorem nostrum non crediderunt, sed in varios errores lapsi sunt, quia sacras scripturas non secundum spiritalem sensum, sed secundum literæ sonum interpretantes in via veritatis voluntario casu cæcutierunt: *Iis autem omnibus nulla*, inquit, *falsarum opinionum, nulla impietatis & stolidorum de Deo sermonum causa esse alia videtur, quam scriptura non secundum spiritualem sensum intellecta, sed secundum litteralem accepta. Quapropter iis, qui persuasum habent sacros libros non hominum esse commentarios, sed Sancti Spiritus afflatu, voluntate Dei Parentis universorum per Jesum Christum scriptos esse & ad nos pervenisse, qua via in eorum lectione insistendum esse nobis videatur, indicare conabimur, servata cælestis secundum successionem Apostolorum Ecclesiæ Jesu Christi regula. Et esse quidem mysticas quasdam dispensationes, quas divinæ scripturæ indicant, etiam simpliciores Fidelium credunt*. Ad hæc autem Origenis verba apposite subjicit Carolus de Larve: *Nihil his verbis accuratius. Generale illud principium, quod mysticos in veteri Testamento sensus ponit, Apostolicæ doctrinæ pars est, & veritas certa, quæ ministerio Pastorum ad nos usque pervenit*.

Orig. de Princ. l. IV. n. 9.

Car. de Larov. in Præfat. in 11. tom. Orig. art. 5.

Quæ in veteri testamento scripta vel gesta fuerunt, in figura fuerunt rerum, quæ in novo fieri vel evenire debebant.

XXII. Profecto dubitari nequit, omnia, quæ in veteri Testamento vel scripta, vel gesta fuerunt, in figura fuisse rerum, quæ in novo fieri, aut contingere debebant, eaque respicere personam Messiæ, ejusque passionem, Resurrectionem, & humani generis Redemptionem, Euangelicæ Doctrinæ propagationem, Gentilium conversionem, & quæcumque alia, quæ ad ejus Divinam Personam, & dispensationem seu οἰκονομίαν pertinent. Quare si in explicandis scripturis omnia ad Christum, ejusque Ecclesiam prudenter referantur, neque erroris, neque ineptiæ id accusari debet, quum illa hoc consilio, & hac mente, Spiritu Sancto dictante, scripta sint. Et quidem huc pertincre videntur verba illa Apostoli Pauli; omnia scripta fuisse ad nostram institutionem: *Quæcunque enim*, ait, *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*. Et de spiritali ac sublimiori scripturarum intelligentia non improbabiliter ab aliquibus accipiuntur verba S. Lucæ, quibus refert, Christum Dominum post Resurrectionem suam Apostolos ad scripturas intelligendas instituisse: *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas*. Ad hæc enim Euangelistæ verba respiciens S. Leo scribebat ad Flavianum in præclara illa epistola contra Eutychetem: *Donato intelligentiæ lumine, sacrarum scripturarum occulta pandebat*. Origenes autem in eumdem sensum interpretatur verba illa Joannis: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*. Respondens enim conviciis, ac calumniis Celsi impii Philosophi, sanctæque nostræ Religionis irrisoris, ad locum illum Euangelistæ hæc subjicit: *Hic quærimus, quænam fuerint multa illa, quæ Jesus Discipulis suis dicere habebat, & quæ tum portare non poterant. Et dico: forte quia Judæi erant Apostoli, & Mosaica lege secundum literam accepta innutriti,*

Epist. ad Rom. c. 15. n. 4.

Luc. XXIV. 39.

Joan. XVI. 12.

Orig. cont. Cels. l. II. n. 2.

hæc fuerunt, quæ illis dicere habebat: Quanam esset vera lex, quarum rerum cælestium umbra, signifque cultus judaicus constaret; quæ futura bona præscripti de cibo, & potu, de Festis, Neomeniis, & Sabbatis ritus adumbrarent. Et quoniam surciser ille affirmabat, scripturas nostras *non posse allegoriam pati*, reponit Origenes: *Fortasse probabile quid dici ab eo videretur, si scripturas allegoriis interpretari inventum esset recens. Cum autem id fecerint vel ipsi dogmatum Parentes & Scriptores, quid aliud cogitandum est, quam illa fuisse scripta sic, ut eorum præcipua mens in allegoriis continentur.*

Idem l. 4. n. 49.

Interpretatio Psalmorum de Christo Domino ejusque Ecclesia primis Christianæ Religionis sæculia probata ac recepta est non solum in Orienta, sed atiam in Occidente.

XXIII. Quod vero propius rem nostram attingit, nempe rationem interpretandi Psalmos de Christo Domino, & Ecclesia primis Christianæ Fidei temporibus ubique receptam, & probatam fuisse, locupletissimum nobis testimonium perhibent non solum Ecclesiæ Orieotalis Scriptores; verum etiam multi inter Occidentales, sed omnium instar unus sit Hilarius doctrina & sanctitate rebusque gestis, scriptisque insignis Athanasio coævus, & amicitia, & fœdere adversus fidei hostes conjunctus, qui in præfatione commentariorum, quos io Psalmos composuit, talia scribit: *Non est vero ambigendum, ea, quæ in Psalmis dicta sunt, secundum Evangelicam prædicationem intelligi oportere; ut ea quæcunque licet persona prophetiæ spiritus sit loquutus, sit tamen totum illud ad cognitionem adventus Domini Nostri Jesu Christi, & Corporationis, & Passionis, & Regni, & ad Resurrectionis nostræ gloriam, virtutemque referatur*. Hilario, cæteris omissis, quia longum esset omnes referre, unum adjungam Augustinum, qui: *Vix est*, inquit, *ut in Psalmis invenias voces nisi Christi & Ecclesiæ, aut Christi tantum, aut Ecclesiæ tantum*. Itaque nemini dubium esse debet tam Orientalis, quam Occidentalis Ecclesiæ Patres, qui primis Christianæ Fidei sæculis floruerunt, spiritalem sacrarum scripturarum sensum potissimum sibi exponendum proposuisse, præsertim in Psalmorum libris, in quibus multa vix aliter quam de Christo, & Ecclesia explicari possunt. Qua in re exemplum habebant & Christi Domini, & Apostolorum, qui & in Euangelio, & in Canonicis Epistolis plura loca veteris testamenti in mysticum sensum, ut antea dixi, interpretati sunt.

S. Hilar. præf. in Psal.

Aug. ad Psal. 58.

Vetus synagoga sensum literalem & spiritalem in sacris scripturis agnovit.

XXIV. Et quidem ante Christi adventum synagoga ipsa utrumque sensum & spiritalem & literalem agnovit, quorum primo Pharisæi, alteri vero Sadducæi studuisse videotur, licet utrique scripturas falsis interpretationibus, divinæ veritati fabulas suas subjicieotes corruperint. Profecto plures doctissimi Viri in arcanis Judæorum disciplinis, ac literis versati, censuerunt fieri non potuisse, ut omni careret fundamento Kabala Judaica fœdissime licet corrupta, & adulterata. Antiquis enim fabulis vulgo concedi solet aliquid veri loco fundamenti subesse: neque verisimile esse e nihilo provenisse famam, & existimationem doctrinæ Kabalisticæ, a tot sæculis sermonibus hominum agitatæ. Quibus Auctor quidam rerum judaicarum peritus addit, si Kabala aliqua a sanctis Viris, & Prophetis exculta, & conservata sit, & si Sephiroth qua forma nunc pingi solent, vere fuerint illius Kabalæ compendium, non aliud fuisse ejus argumentum, quam doctrinam gratiæ Ecclesiæ a Deo revelatam: & Sephiroth, adjungit alius Scriptor Rabbinicis rebus eruditus, ea figura picta, qua delineari solent, exhibere speciem corporis humani, unde nobis Messiam Regem, & hominem Deum repræsentari, cujus divinas virtutes, & perfectiones in suo Regno, & Persona manifestandas summatim cootioeri decem illis Sephiroth, oempe coronam, sapientiam, intelligentiam seu bonitatem, magnificeotiam, severitatem, gloriam, victoriam, majestatem, fundamentum, regnum. Et Reuchlinus lib. II. Kabalæ: *Antiqui Hebræi*, inquit, *tres istas supremas Sephiras cognoverunt in* אין סוף en soph *in Deo reperiri coæternas & consubstantiales Deo, quas ob vocum indigentiam tres luces vocaverunt, de quibus aliquod vestigium habemus apud Joannem, qui de verbo æterno testatur vers. 9. quod erat lux vera &c.* Post hæc autem Reuchlini verba ita prosequitur Bartoloccius: *De his lucibus earumque reali distinctione inter se, & processione unius ab altera, & identificatione cum Essentia Divina conspicue, & diserte egit doctissimus Episcopus Marsicensis Joseph Ciantes in suo libella de Sanctissima Trinitate contra Judæos. Quibus rite intellectis* (loquitur de decem illis Sephiroth) *nihil video in ea doctrina aliquid contra sanam doctrinam, imo omnia consona esse Ecclesiæ Catholicæ, & cum iis, quæ docentur a Theologis convenire. Verum tamen est, quod moderni Kabalistæ, ut mysteriis Religionis Christianæ omni spiritu se opponunt, totam œconomiam Sephirarum suis vanis commentationibus, & chimericis atque inanibus nominibus inficiunt, quæ ex certis sacræ scripturæ locis, juxta artem, quam modernorum Hebræorum Kabalistæ tradunt, eliciuntur*. Verum quidquid sit de Rabbinicis hisce figuris, quas Sephiroth seu Sephiras, quod nomen numerationem seu personam significat, vocant, illud certum est hujus vocis Kabalæ, ut observavit Joannes Morinus, triplicem esse apud inferioris ætatis Hebræos significationem: Primo sumitur pro traditionibus, quas vocare solent legem Oralem, quæ Talmude continetur (*a*): Secundo pro Rabbinorum, & Doctorum a Moyse in hæc usque tempora successione: Tertio Kabala dicitur doctrina quædam mystica ex variis nominum divinorum combinatiooibus, & resolutionibus literarum Alphabeti vario situ, permutatione, decussatione, decem Sephiroth, sive Dei attributis varie inter se comparatis, aliisque ejusmodi næniis orta, & eruta. Ita Morinus. Et quoniam Kabalæ nomen, ut dictum est, proprie significat legem seu doctri-

Hebraice הקבלה Hakabalà latine traditio.

Burnet Archeolog. Philosoph.

Auct. Kabal. denud. par. 11.

Vitring. obser. sac. l. I. dissert. 2. de Sephiroth Kabalist.

Bartolocc. Bibl. Rabbin. par. IV. pag. 232.

Morin exercit. lib. II. exerc. 9. cap. 5.

(*a*) Rabbenù Hakkadosc, qui temporibus Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, & Commodi Imperatorum inter suos maxime claruit, priscorum sapientum Judæorum, ut Rabbini tradunt, schedulas omnes, quibus memoriæ juvandæ causa הורת שבעל פה *Thorath Scebaal Pe* Oralis lex scripta erat, diligenter collegit, & ex iis circa annos Domini 189., & 194. volumen composuit, quod ab ipso משנה Miscnà, hoc est repetitio legis inscriptum est. Alia autem Opuscula, quæ a priscis Rabbinis post Rabbinum Hakkadosc composita sunt, veniunt sub nomine Misnayoth, & vocantur Barayethoth, nempe extraneæ traditiones, quarum lectionem una cum Misnà conjungunt Hebræi. Totum autem istud jus Judaicum, seu legis repetitio duabus partibus coalescit Misnà & Ghemarà. Miscna est purus & primarius tractus, quo summatim, & veluti per aphorismos hujusmodi lex repetita seu jus Judaicum exhibetur. גמרא Ghemarà vero, quæ ita dicta est tamquam legis oralis perfectio, absolutio & consummatio, est altera pars, quæ Miscnæ varias explicationes, & variarum opinionem discussiones continentur. Ex Ghemarà autem juncta Misnæ תלמוד Talmud, quæ vox doctrinam significat, constituitur. Talmud vero duplex est, alterum est Babylonicum, alterum vero Hierosolymitanum. Babylonici auctor fuit Raù Ascè Babylonicus, & quia morte præventus opus perficere nequivit, postea absolutum est a Marimar, & a Mar filio Raù Ascè circa annum Domini 500. aut 505. Hierosolymitanum vero, quod est commentarium super nonnullos, non autem super omnes Misnæ libros, ex diversis Rabbinorum sententiis collectum in terra Israelitica pro iis præsertim, qui eam regionem incolebant, circa annum Domini 362. scripsit Rabbi Jochanaù Dialecto Hierosolymitana; & ideo Hierosolymitanum dictum est. De utroque Talmud plura videri poterunt apud Bartoloccium in sua Bibliotheca Rabbinica, ubi fuse & multifaria eruditione hisce de rebus pertractat.

ctrinam a majoribus ore traditam, distingui etiam ea solet in veterem ac recentiorem. Recentior quidem, quæ in priscis Rabbinorum scholis ortum & principium habuit, nihil aliud est, ut aliqui putant, quam Phylosophia Pythagorica, quatenus Pythagoræ dogmata posteritati innotuere, sive Platonica de Deo, & rebus spiritalibus ex scriptura illustrata, & ænigmatice, ac symbolice proposita; vel potius sanctarum scripturarum Theologia symbolis Platonicorum, & Pythagoricorum ænigmatibus, & Rabbinorum fabulis, ac puerilibus tricis obscurata. Hæc Kabalistarum libris continetur, & ad eam illustrandam incubuerunt Joannes Carolus Saracenus, Picus Mirandulanus, Joannes Reuchlinus, Paulus Riccius & Auctor anonymus librorum Kabalæ denudatæ; cui & alia Kabalæ species posteriorum Rabbinorum propria adjungenda videtur, si non tempore æqualis, certe non multo illa inferior, de qua præter Morinum a me nuper laudatum, aliosque Scriptores Bartoloccius pluribus in locis suæ Bibliothecæ Rabbinicæ meminit, eamque detestatur his verbis: *Auctores infamis illius artis, quam Kabalisticam appellant, & per quam profani homines, qui Kabalistæ inter Judæos dici voluere, totam sacram scripturam literarum permutationibus, valoribus numericis pro elementis alphabetariis acceptis, dictionibus integris in numeros resolutis, & in alium omnino usum diversum, & quandoque contrarium, & diametrice oppositum ipsi sacræ scripturæ, ausu prorsum temerario, & omnino damnando, eamdem sacram paginam deturpare conati sunt.* Altera vero antiquior est, quæ ante Christum natum inter Viros vera scripturarum scientia instructos obtinuit, quæque versabatur in intelligendo mystico scripturarum sensu, & longe sublimiori illo, qui ex literali, & naturali verborum intellectu legenti occurrit: & hanc quidem scientiam fuisse, ajunt, Prophetarum, & Sanctorum veteris testamenti a Moyse, & a Deo ipso Servis suis traditam, quæ non solum versabatur circa allegoricos, & mysticos sacrarum scripturarum sensus, sed etiam complectebatur dogmata præcipua fidei Judaicæ de veneranda in Deo Trinitate, de adventu Messiæ, atque humani generis redemptione, animarum immortalitate, atque aliis hujusmodi, quæ difficile ex verbo divino non adhuc aperte tradito, intelligi poterant.

Bartoloc. Bibl. Rabb. Part. I. pag. 227.

Rich. Sim. cr. vet. testam. & in lit. resp. ad animadversion. Claud. de Veil. Cunæus de Republ. Hebr. lib. 3. cap. 8.

XXV. Profecto Christus Dominus, & Apostoli quibusdam veteris testamenti locis usi sunt ad confirmandam veritatem, qui licet ex proprio literali sensu ad probandum id, quod intendebant, suam vim haberent atque auctoritatem, longe tamen majus eis pondus accedebat ex traditione Prophetarum, & Sanctorum veterum, unde constabat, illos ad Messiam respicere, atque in illis de Redemptore agi. Quæ quidem, traditione seclusa, minoris ponderis, & levioris auctoritatis apud eos fuissent, & nunc hujusmodi esse forte quibusdam videri poterunt, qui non satis animum intendunt ad tempus, & locum, & personas, quibus illa prolata sunt. Profecto, quæ de mystico, & allegorico scripturarum sensu, & doctrina apud veteris testamenti Patres per manus, ut ita dicam, tradita dicta sunt, fidem, ac probationem accipere videntur, ex verbis Hilarii: *Qui Moyses*, ait, *quamvis veteris testamenti verba in literis condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus, qui Doctores deinceps manerent, intimaverat. Cujus doctrinæ etiam Dominus in Evangeliis meminit dicens: Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: omnia quæcumque dixerint vobis servate, & facite, secundum vero facta eorum nolite facere. Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso Scriptore legis accepta in hoc seniorum officio, & numero conservata est* (a).

Apud Patres veteris testamenti aliqua traditio fuit de mystico scripturarum sensu.

S. Hilar. com. in Psal. 2. n. 2.

XXVI. At vero si rem totam præ oculis positam attentius intueamur, & quæ in veteri testamento scripta, & quæ in novo, & quæ a majoribus accepta nobisque tradita sint, diligentius consideremus, nemo erit, ut puto, qui facile animum suum inducat, ut credat, Moysen, Prophetas, atque alios veteris legis Magistros & sanctitate, & scientia præstantes aliquam certam scripturas allegorice interpretandi rationem, seu doctrinam a Deo accepisse, quæ Kabala nominanda sit; sed potius generatim eis compertum fuisse in simplicioribus sacrarum scripturarum verbis arcanos & sublimiores sensus reconditos esse, quos quantum in se erat, rimati sunt, atque investigaverunt. Illis autem non tam suo labore atque industria, quam summa Omnipotentis Dei benignitate magis, minusque pro personarum conditione, Spiritu Sancto edocente, qui spirat ubi vult, aliqua revelata fuisse, alia vero per manus quodammodo accepisse ex traditione Majorum, qui similiter cælestia mysteria velamine verborum occultata ex parte aliqua assequuti sunt. Cæterum intueri, sublato velamine, divina & superna mysteria, & dispulsis figurarum tenebris, arcanos scripturarum sensus introspicere, ad id tempus servatum est, quo Splendor Patris, Lux mundi Populis jacentibus in tenebris, & umbra mortis exoriretur in terris. Huc autem spectare videntur verba Apostoli in Epistola ad Corinthios: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros novi testamenti, non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem vivificat*; Et paulo inferius: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non revelatum (quoniam in Christo evacuatur,) sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum ..... Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem* trans-

Moyses, Prophetæ, aliquique Sancti veteris testamenti non Judaicam Kabalam a Deo edocti fuerunt, sed aliqua ex parte cælestia mysteria & arcanum scripturarum sensum agnoverunt.

Ep. ad Corinth. III. 5.

Eodem loco vers. 13.

(a) Verum enim summopere cavendum est a recentiorum Rabbinorum commentis, qui hujusmodi historia, & traditione, quam nobis prodit Hilarius, abutuntur in suas nugas, & fabulas confirmandas, & ad eas simplicioribus obtrudendas. Fabulantur enim Rabbinici Doctores, Deum in monte Sina præter legem scriptam alia plura oretenus Moysi tradidisse, quæ *legis Oralis* nomine complectuntur; Moysen autem Josue, Josue vero septuaginta senioribus, seniores Prophetis, Prophetas viris synagogæ magnæ, quorum ultimum Simeonem cognomento Justum, non tamen illum, qui Puerum Jesum in ulnis suscepit, sed alium multo antiquiorem, tempore Alexandri Magni, Antigono Sochæo, & aliis subsequentibus viris Synedrii Magni, & sic deinceps usque ad Rabbenû Hakkadosc, qui, ne omnino oblivioni traderentur, ac perirent, schedulas priscorum sapientum, ut ipsi affirmant, huc illuc dispersas collegit, librumque Miscnà confecit, a quo cum Ghemarà conjuncto Talmud componitur. Talmud autem Hebræi æque ac sacram scripturam magni faciunt; imo etiam præferunt. Est autem liber plenus ridiculis, & putidis fabulis, superstitionibus, blasphemiis, & impietatibus refertus, ut merito pluries fuerit a Romanis Pontificibus proscriptus, & igni damnatus, & longe antea ab Imperatore Justiniano ejus lectio Hebræis interdicta videtur in novella 146. *tit. de Hebræis* verbis illis: *Quæ vero Deuterosis, quasi secundaria eruditio ab ipsis dicitur, in universum interdicimus, ut quæ sacris libris comprehensa non sit, neque desuper tradita per Prophetas, sed excerpta quædam virorum contineat, qui terrena dumtaxat loquantur, neque quidquam in se divini habeant numinis &c.*

transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu. Ad illa autem Apostoli verba de velamine super cor Judæorum, quum legitur Moyses, ita commentatur Origenes refellens Celsum, qui, Judæorum sensus eosdem esse ac Christianorum in sanctis scripturis interpretandis, temere affirmabat. *Dicemus*, inquit, *in confesso esse apud utrosque libros Divino Spiritu fuisse scriptos: de illorum autem librorum interpretatione nos cum Judæis dissentire. Quippe non ut Judæi vivimus, negamusque mentem legis contineri sensu, quem legum litera præfert. Quinimo affirmamus, cum legitur Moyses, velamen positum esse super cor eorum, eam ob causam, quia legis Mosaicæ mens occultatur iis, qui viam a Jesu Christo monstratam ingredi recusarunt. Scimus autem, quando se quis ad Dominum, qui Spiritus est, converterit, velamen auferri, eumque* retecta facie Domini gloriam, velut in speculo, intueri *in illis sensibus, quos litera legis abscondebat, & in suam ipsius gloriam gloriæ divinæ participem fieri. Nam id, quod hic per figuram vocatur facies, aperte loquenti est intellectus, in quo est interioris hominis facies, quæ, perspecto vero legum sensu, tota lumine, & gloria resplendet*. Quamobrem juxta verba B. Apostoli spiritalis sacrarum scripturarum intelligentia, & sublimioris illarum sensus perfecta prorsus atque absoluta cognitio revera solis Apostolis, sanctisque Patribus, & Ecclesiæ Dei vivi, quæ est columna, & firmamentum veritatis, & ad quam ex Apostolica traditione dimanavit, tribui debet. Nam ex iis, quæ circa Christum Dominum contigerunt, magna lux sacræ scripturæ, & præcipue propheticis oraculis allata est. Præterea Christus postquam in Cælum ascendit, Spiritum Sanctum, quem promiserat Apostolis, misit, qui doceret eos omnem veritatem, ideo docente spiritu veritatis pervenire Apostoli potuerunt ad allegoricum, seu spiritalem sacrarum scripturarum sensum percipiendum, & eo pertingere, quo Patribus veteris testamenti, & magnis Prophetis penetrare non licuit. *Orig. con. Cels. lib. 5. num. 60.*

Cur antiqui Orientis Ecclesiæ Patres spiritalem ac mysticum scripturarum sensum potius, quam literalem exposuerint.

XXVII. Apostolorum igitur exemplo excitatos, eorumque vestigiis, & doctrinæ inhærentes vetustissimos Orientalis Ecclesiæ Patres mystico scripturarum sensui aperiendo potissimum studuisse, fidem faciunt, ut superius dixi, præter Origenem, & Clementem Alexandrinum epistola, quæ Barnabæ adscribitur; commentaria in quatuor Euangelia Theophili Episcopi Antiocheni, vel alterius antiqui Scriptoris, qui Euangelium mystica interpretatione explicat, tum etiam hebraica nomina, quæ in novo testamento continentur, diligenter interpretatur, & allegoricum sensum pie, ac solerter exponit; tum alia ejusdem Theophili, aliorumque veterum Ecclesiæ Patrum opuscula, quæ ad nos pervenerunt. Cur autem antiqui Orientis Patres in perscrutando mystico, seu spiritali scripturarum sensu adeo diligentes, & assidui fuerint, duplici ex causa evenisse, quisque, ut reor, judicabit. Prima, quia hujusmodi interpretationem aptiorem existimabant ad alendam Fidelium pietatem, & magis accommodatam Christianæ Religioni, quæ adoratores exigit in spiritu, & veritate; tum etiam quia omnino necessariam esse censebant rectam scripturarum intelligentiam, quum quædam in veteri testamento occurrant, quæ nisi spiritalis interpretatio adhibeatur, in absurdum sensum accipi possunt. Altera autem haud dubie ea est, quia per id tempus exorta erat heresis Gnosticorum, qui Catholicorum Magistros, & Doctores, veluti rudes, atque imperitos traducentes specie quadam sublimioris scientiæ ad se alliciebant Christianos, & novis allegoricis interpretationibus adulterantes scripturas, fabulas suas pro nova quadam, reconditaque doctrina venditabant, & non secus ac Pharisæi in veteri lege errores suos, ac deliramenta simplicioribus obtrudebant. Profecto Gnosticorum hæresis a Pharisæorum fermento, a quo ut caverent, Apostolos monuit Christus Dominus, originem suam ducebat. Neque enim Gnosticorum pseudo-Theologia aliud erat, ut etiam alii observarunt, quam Philosophia Pythagorica, atque etiam Platonica, ut ab Hebræis Kabalistis exposita & interpolata est, & pluribus additis, inversis, amputatis, non parum immutata. Nam Judæorum Kabala, de qua plura superius dixi, quemadmodum & primis Ecclesiæ sæculis a Rabbinis tradebatur, atque etiamnum a nonnullis Rabbinicarum traditionum Magistris traditur, agit potissimum de rerum origine, & ratione, ac modo generationis, seu progressionis & fluxus rerum a primo *ente*, & de earumdem rerum gradibus, descensuque a summis ad ima. Non autem dissimile fuit Gnosticæ pseudo-Theologiæ argumentum, ut videre licet apud Irenæum, & apud Epiphanium, aliosque veteres Ecclesiæ Scriptores. Nam tam Gnosticos, quam veteres Kabalistas circa duo potissimum versatos fuisse, ex veterum scriptis, quæ ad nos pervenerunt, comperitur. Primum, ut fabulosis suis commentis exponerent, quo ordine, & qua serie res omnes a Deo sint, tanquam a prima causa, quæ necessario existit: Secundum, ut ostenderent causam primam, & originem mali. Quod de Gnosticis manifesto constat ex ejusdem S. Irenæi libris adversus hæreses, ubi refert impii Valentini errores. De Kabalistis vero ex eorum libris, qui ad nos pervenerunt, & quibus explicandis non solum ipsi Judæi, sed etiam aliqui eruditi Viri ex Christianis inanibus variæ scientiæ promissis decepti, & ænigmaticis sensibus ac præstigiis illusi adlaborarunt. Profecto primi Gnosticorum hæresis auctores Judæi fuerunt, ac proinde in Kabalisticis fabulis, & ænigmatibus versati. Itaque nil mirum est, si Gnostici suorum magistrorum ænigmatica doctrina imbuti, sacras scripturas ænigmatibus, atque ambagibus verborum, mysticis, atque alienis sensibus interpretarentur, & Dei Verbum fabulosis suis commentis corrumperent. Quamobrem antiqui illi primorum sæculorum Patres, ut Gnosticorum impietatem, & audaciam in adulterina, ac perversa Verbi Dei interpretatione rudibus ac simplicibus obtrudenda coercerent, & pestiferæ eorum doctrinæ clanculum serpenti obviam irent, investigando potissimum sacrarum scripturarum mystico sensui studium omne, ac diligentiam adhibuerunt, & summopere curarunt, quod pastoralis eorum muneris præcipuum erat, ut scripturarum allegorico sensu juxta Ecclesiæ ab Apostolis acceptam doctrinam, & Prædecessorum regulas exposito, Gnosticorum commentis, ac fabulis spiritalis interpretationis veritatem opponerent. Quæ cum ita sint, ut paucis concludam, neminem esse puto, qui non intelligat, explicationem Hebraicorum nominum, & allegoricam scripturarum interpretationem, & patriæ, atque instituto Athanasii, tum etiam ejus ætati, ac doctrinæ admodum consentaneam esse, minimeque adversari.

Burnet. Archæolog. Philos. c. 7.

Vitring. observ. sacr. Dissert. 2. lib. 1. cap. 2. in not.

Ariana, aliæque hæreses postea

XXVIII. Verum per eadem tempora, quibus claruit Athanasius, exorta impii Arii hæresi, necesse fuit, accuratius literalem scripturarum sensum excutere, atque explicare; quoniam Ariani contextum

tum scripturarum subdole interpungentes, vel vim verborum astute, ac subtiliter exponentes sacrarum scripturarum auctoritate ad suæ impietatis confirmationem ebutebantur. Itaque novis subinde enascentibus erroribus, & inter Christianos effervescente disputatione, cum alii pro veritate, alii contra starent, & utrique in humanis disciplinis, & dialectica facultate, & scripturarum lectione apprime verseti essent, accurateque proprium scripturarum sensum ad grammeticæ leges expenderent, atque exigerent, in causa fuit, cur deinde disputationis necessitate suadente, literalis scripturarum expositio usu recepta in Oriente sit, in qua inter Catholicos Doctores excelluit S. Joannes Chrysostomus. Nam, ut memoriæ traditum est, & Patrum scripta, quæ ad nos transmissa sunt, ostendunt, in literali sacrarum scripturarum interpretatione maxime floruit Schola Antiochena. Siquidem Eusebius Emisenus, qui magistros habuit Patrophilum Scytopolitanum & Eusebium Cæsariensem, Antiochiæ diu versatus est, ibique etiam, ut puto, docuit, familiariter usus Euphronio & Flacillo ejusdem urbis Episcopis. Exemplo autem & institutione Eusebii historiam, hoc est sensum literalem (ita enim intelligenda videntur verba Hieronymi, quæ inferius afferam) studiose prosequutus est Diodorus Tarsensis Magister S. Joannis Chrysostomi, Theodori Mopsuesteni, Maximi Seleuciensis, & Nestorii, quem tamen potius Theodorum, a quo etiam errorum suorum virus hausit, vel certe utrumque audivisse crediderim. Joannes quidem Chrysostomus a B. Hieronymo vocatur *Eusebii Emiseni, Diodorique sectator*. Theodorum vero Mopsuestenum inauspicato Magistrum habuit Theodoretus Episcopus Cyri, qui & S. Joannem Chrysostomum audivit, ejusque eloquentiam imitatus est; amborum autem meminisse videtur in præfatione suorum commenteriorum ad epistolas Pauli, ubi ait: *Sed fortasse me arrogantiæ, & temeritatis accusabunt, quod post hunc, & illum, qui totius Orbis sunt lumina, audeam Apostolicam interpretationem aggredi.* Ἀλλ' αἰδοῦμαί με τυχὸν, ὡς θρασύτερον γράψαντα, μετὰ τὸν δεῖνα, καὶ τὸν δεῖνα τοὺς τῆς οἰκουμένης φωστῆρας, τῆς Ἀποστολικῆς ἑρμηνείας κατατολμήσαντα. Et Theodori quidem Mopsuestiæ Episcopi, & Magistri sui errores etiam scriptis adversus S. Cyrillum libellis infeliciter tutetus est, laudibusque immodicis in sua Ecclesiastica Historia ornavit. De Diodoro autem Tarsensi hæc memoriæ tradidit Hieronymus: *Extant ejus in Apostolum commentarii, & multa alia ad Eusebii magis Emiseni characterem pertinentia: cujus cum sensum sequutus sit, eloquentiam imitari non potuit propter ignorantiam secularium literarum.* Cum Hieronymo consentiunt Socrates, ac Sozomenus, quorum primus: *Diodorus*, inquit, *ad Episcopatum Tarsi promotus multos conscripsit libros, simplicem duntaxat, atque obvium scripturarum sensum inquirens, allegoricam vero earum interpretationem refugiens.* Διόδωρος δὲ ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. Alter vero non absimilia tradidit scribens: *Diodorum, qui & Tarsensis Ecclesiæ Episcopus fuit, multos, audivi, libros posteris scriptos reliquisse, & sacra volumina ad literam exposuisse, repudiatis allegoriis.* Διόδωρον τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας· ὃ ἐπιδήμων ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφυγόντα. Quin etiam eumdem Diodorum refert Suidas inter alios plures librum composuisse, cui hunc titulum fecit: τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας; *Quæ differentia sit inter Theoriam, & Allegoriam?* Ludolpho Kustero, qui nitidissimam Suidæ editionem adornavit, aqua hæret, nec facile se expedit in assignando discrimine inter Theoriam, & Allegoriam. In notis enim, quibus Suidæ opus illustravit, ad verba illa Suidæ talia scribit: Θεωρία *Theoria igitur quid significet hinc patet. Ab ea differt Allegoria, quod hæc in inferioribus subsistat, nec in eam sublimi argumente versetur, quam Theoria: quæ ratio est, quare Diodorus, ut Suidas hic testatur, de differentia Theoriæ & Allegoriæ scripserie.* Ego vero mendum puto esse in textu, & pro θεωρίας seu ἀλληγορίας legendum ἱστορίας, adeo ut titulus libri fuerit: Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἱστορίας, vel τίς διαφορὰ ἱστορίας καὶ ἀλληγορίας. *De differentia sensus allegorici, & literalis.* Nam apud Græcos Ecclesiasticos Scriptores Theoriæ nomine significari consuevisse sensum spiritalem & allegoricum manifestum fit tum ex allatis verbis Socratis & Sozomeni, aliorumque plurimorum Scriptorum, tum ex multis locis hujusmet commentarii S. Athanasii. E diverso ἱστορίας seu historiæ nomine sensum literalem & historicum Græcos Scriptores nuncupasse, res notior est, quem ulla probatione indigeat, cum plura veterum Auctorum loca ad id probandum omnibus in promptu sint. Sed redeo ed Hieronymum, ejusque verba de Eusebio Emiseno afferam. Sanctissimus igitur Doctor in catalogo Virorum illustrium de eodem Eusebio, quem Diodorus sibi sequendum, imitandumque proposuit, hæc literis mandavit: *Eusebius Emisenus Episcopus elegantis, & rhetorici ingenii innumerabiles, & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam sequutus, ab his, qui declamare volunt, studiosissime legitur.* Verum hac de re haud plura, quum ad rem propositam perum pertinere cuiquam videri possint. Ac vero a me hæc omnia hactenus eo consilio disputata sunt, ut ostenderem, modum ac rationem sacras scripturas in allegoricum exponendi sensum, non solum Athanasio æqualem, sed etiam ejus ætate antiquiorem fuisse. Præterea, ut manifestum facerem, quibus Auctoribus, & quo tempore utraque sacros libros explicandi ratio tum allegorica, seu mystica, tum historica, seu literalis cœperit, ac floruerit. Nam id magnopere intererat, ut nostrum Commentarium jure merito Sancto Athanasio, cujus nomen præfert, vindicaremus.

XXIX. Profecto inter cætera sacrarum scripturarum volumina potissimum Psalmorum libro allegoricum convenire sensum testimonio veterum Patrum, qui in eo aperiendo operam suam collocarunt, allatis Hilarii, & Augustini verbis, a nobis supra ostensum est, & latius si opus esset, facile demonstrari posset: sed inane, ac superfluum est in re minime dubia testibus uti non necessariis. Clavis autem aperiendi mysticos sacrorum Canticorum sensus, & janua penetrandi arcana Davidicorum Psalmorum adyta, est titulus cujusque Psalmi, teste veteri Scriptore, cujus commentarii in Psalmos sub nomine Hieronymi editi sunt: *Quid est titulus*, inquit, *nisi clavis? Ut ita dixerim in domum non ingreditur, nisi per clavem: ita & uniuscujusque Psalmi intellectus, per clavem, hoc est per titulum intelligitur, in cujus persona cantatur, aut in persona Christi, aut in persona Ecclesiæ, aut in persona Prophetæ.* Et S. Augustini titulum Psalmi præconem totius Psalmi vocat in expo-

Socr. Hist. Ecclef. lib. II. c. 9. Sozom. Hist. Ecclef. lib. III. cap. 6. Socr. Hist. Ecclef. lib. VI. c. 3. Sozom. Hist. Eccl. l. 8. c. 2. Socr. loc. cit. l. VII. c. 29. Hier. in Catal. Vir. illustr. Niceph. l. 4. cap. 54. Theod. Histor. Eccl. lib. V. c. 40. Hieron. catal. vir. illust. capite 119. Socr. lib. 6. Hist. Eccl. cap. 3. Sozom. l. c. cap. 2.

enatæ in causa fuerunt, cur deinde Patres ad literalem scripturarum sensum explicandum animum appulerint: qua in re maxime floruit Schola Antiochena.

Suid. in voc. Διόδωρος.

Vid. Lexicon Suiceri in verbis Θεωρία, Ἱστορία, Ἀναγωγὴ, Ἀλληγορία. Hier. loc. cit. cap. 91.

Allegorica interpretatio maxime convenit libro Psalmorum: clavis autem spiritalis & allegorici sensus in Psalmis est cujusque Psalmi titulus.

Præfat. in Comment. Psalm.

expo-

expositione Psalmi 134. & idem Augustinus de titulo Psalmi 53., quem in allegoricum sensum de Christo exponit: *inde enim*, inquit, *pendes omnis versus, qui cantatur. Si quis itaque agnoscat, quod in domus fronte præfixum est, securus intrabit; nec cum intraverit, errabit; hoc enim in ipso poste prænotatum est, quomodo interius non erretur*. Et rursus in Commentario ad Psalmum 64., cujus titulum in allegoricum sensum sanctissimus Doctor interpretatur: *agnoscenda est*, ait, *vox sanctæ Prophetiæ ex ipso titulo Psalmi*. Titulos autem inscriptos fuisse potius ad intelligendum, percipiendumque Psalmorum sensum allegoricum, & spiritalem, quam literalem, & historicum, ideoque ad eum potissimum respicere, & ad illum pertinere, testimonio sunt, quæ scribit idem Augustinus in locis nuper a me laudatis, tum etiam in expositione Psalmi 59., ubi monet, qua mente, & consilio, Spiritu Sancto dictante, tituli Psalmis inscripti sint: *Verumtamen sicut solet propheticus spiritus in Psalmorum titulis recedere aliquantulum ab expressione rerum gestarum, & aliquid dicere, quod in historia non invenitur, & hinc potius admonere non propter cognoscendas res gestas esse hujusmodi titulos inscriptos, sed propter futura præfiguranda &c.* Augustino in hac eadem sententia de titulis Psalmorum præivit S. Hilarius, qui ad Psalmum 63. *Psalmi*, ait, *superscriptio historiam non continet, simplex est, & prophetali spiritu editus .... cum enim illi ipsi Psalmi, qui secundum titulorum inscriptiones res gestas continere creduntur, in plurimis a tituli sui & rerum, ac personarum proprietate dissentiant, magisque per editiones nominum, atque gestorum, spiritualium operationum significent effectus*. His autem addi debet Cassiodorus, qui in præfatione ad Psalmos sententiam Magni Augustini more suo secutus, hæc habet: *Quasdam superscriptiones Psalmorum per allusionem consimilem constat spiritualiter intuendas: quia si literam consideras, extraneum est, cum non ea invenias in Psalmis, quæ continentur in titulis; si vero trahantur ad tropicum intellectum nimis videntur accommoda*. Quare paraphrasis nostra, in qua Psalmorum cujusque titulus in allegoricum sensum exponitur, ac deinde totus Psalmus in eumdem sensum allegoricum, seu mysticum de Christo, & Ecclesia, ejusque membris mira brevitate explicatur, sanctissimo Episcopo Athanasio, cujus nomen inscriptum præfert, non solum digna reputanda est, sed etiam multo in pretio, atque existimatione ab omnibus habenda videtur, cum veterum Ecclesiæ Patrum menti ac sententiæ in recte exponendis intelligendisque Psalmis maxime conveniens sit, & consentanea.

Ex antiqua divisione Psalmorum per versiculos vetustas nostræ interpretationis probatur.

XXX. Cæterum inter alia argumenta, quæ ad vetustatem nostræ translationis seu interpretationis comprobandam afferri possunt, illud non minimi ponderis est, quod interpretatio versiculis respondet, in quos membratim distincti per cola, & commata Psalmi antiquitus scribi solebant, non autem per versus longiores, ut in recentioribus codicibus reperiuntur, & in editis libris, quibus Ecclesia, & omnes vulgo nunc utuntur, retinentur. Profecto de divisione librorum sacræ scripturæ per versiculos, seu στίχους nos docet Hesychius Hierosolymitanus, qui, ut quidam putant, sæculo sexto vixit, id inventum, atque institutum fuisse a Sanctis Patribus majoris perspicuitatis gratia, ut legens periodum per sua membra distinctam facilius orationis intellectum assequeretur (a). Imo vero jam ante Christi Domini adventum comperitur, usu receptum fuisse apud Hebræos, ut Psalmorum, aliique sacræ scripturæ libri versiculis distincti scriberentur; & fortasse inde mos iste ad Christianos devenit. Veterem versuum distinctionem sequutus est Origenes in suis exaplis, quem imitatus est Hieronymus, qui Psalterium, aliosque sacræ scripturæ libros per versus breviores disposuit, providens, ut ipse inquit, utilitati legentium; nam per cola scripti, & commata manifestiorem legentibus sensum tribuunt. *Hier. in Præf. in Ezechiel.* Antiquiores utique Codices Græci mille & plus annos ante scripti versuum distinctionem retinent; & non solum Græca, sed etiam vetustiora latina exemplaria hujusmodi descriptionem per cola, & commata habent. Et quidem Psalterium ex antiquo Codice Vaticano versiculis brevioribus distinctum ad publicam utilitatem, & fidelium pietatis incrementum in lucem edidit ven. mem. Cardinalis Thomasius, qui etiam ex Divo Augustino in enarratione secunda in Psalmum 20. observat, eandem versuum distinctionem adhibitam fuisse in Ecclesia, dum cantor ex ambone Psalmum particulatim præcinebat; quod autem ipse pronunciabat, reddebatur a Dei plebe. Verba Augustini talia sunt: *Putas ibi ponunt aures, quando lector ipsorum dicit*: Commemorabuntur, & convertentur ad Dominum universi fines terræ? *Eja forte unus versus est: aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit: attende, quia repetis, & surdos pulsas*; & adorabunt in conspectu ejus universæ patriæ gentium. *Adhuc surdus est, non audit: pulsetur iterum*: Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. *Tres istos versus tenete fratres &c.* Quibus clarissimus Cardinalis hæc subjicit: *Ex quo loco apparet in cantu Psalmi responsorii olim tum in Oriente, tum in Occidente usitatiore, in quo Lector præcinebat versus, & Populus eosdem ipsos respondendo repetebat, usurpatam fuisse antiquam illam versuum distinctionem, qui breviores erant; non alteram sequentis ævi versuum paulo prolixiorum .... Nam præterquamquod id postulabat ratio ejusmodi institutionis, nempe ut rudis populus Psalmos caneret, quos nec de libro legeret, nec memoria teneret; unde & necesse erat verba ei pauca præberi repetenda, ut membratim, cæsimque totum Psalmum percurreret*. Sed de hujusmodi divisione per στίχους pluribus erudite differunt idem Cardinalis Thomasius, & Henricus Valesius, & Pater Martiane, aliique, quos consulere poterit, qui hac de re plura scire desiderat. *Card. Thomas. in præfat. ad Psal. vers. distinct.* Quod enim pertinet ad rem, de qua agitur, illud est, quod præter antiquissimum Vaticanum Codicem, quo laudatus Cardinalis Thomasius usus est, etiam Codex Alexandrinus eodem modo habet Psalterium versiculis distinctum. *Mart. Proleg. 4. in Bibl. Sancti Hier. tom. 1.* Codex autem Alexandrinus scriptus est, ut fertur, manu Theclæ nobilis fœminæ Ægyptiæ paulo post Concilium Nicænum, ætate scilicet Athanasii, quem Alexandria, unde Alexandrinus dictus, secum Constantinopolim detulit Cyrillus Lucary primum in illa, post in hac Urbe Græcorum schismaticorum Patriarcha, a quo deinde Carolo I. Anglorum Regi dono missus est. *Vales. in not. ad Euseb. Hist. Eccl. lib. 6. capite 16.* Quare quum translatio nostra versuum distinctioni Codicis Alexandrini apprime respondeat, & vetustatem, & auctorem esse Athanasium, cujus nomen præfert, etiam ex hac parte quodammodo demonstrat. *Joan. Ern.* Non autem parvi laboris fuit, cum id animadvertissem, ita disponere sanctissimi Episcopi

(a) Ες: μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς Θεοφόροις τὸ [illegible], στιχηδὸν εἰς τὸ κοινὸν, τοῖς τῶν [illegible] ἀντιθέσθαι. *Hesych. in lib. Στιχηρὸν 12. Prophetarum Tom. VIII. crit. sac. pag. 26.*

Grab. Prol. ad vet. Testam. 70. Interp. ex Cod. Alex. cap. 1. §. 1.

piscopi translationem, ut singulis Psalmorum versiculis subjecta ejusdem Athanasii interpretatio responderet. Erat enim confuse scripta, sæpe commixtis Psalmorum cum ipsius expositionis verbis, & ita disposita, ut potius cum recentiori longiorum versuum distinctione, quæ nunc in usu apud omnes Ecclesias est, conveniret. Plura præterea aderant, ot jam a principio monui, menda & errata; sed de textu quidem nihil immutare ausus sum; meas vero conjecturas, notulas, & emendationes in margine, apposito asterisco, seu literula, adscripsi.

Mentio Rubricæ Titulorum vetustatem interpretationis comprobat.

XXXI. Ut vero rem mihi propositam prosequar; hanc interpretationem aut græcum Psalmorum commentarium, quem in lucem damus; recentioris usus aut temporis haud quisquam fuisse autumet, quia in eo legitur, inscriptiones seu titulos Psalmorum rubro colore, seu cinnabari scriptos fuisse. Siquidem morem adhibendi purpureum colorem minio, vel cinnabari confectum in scribendis librorum, seu capitum, aut lectionum titulis longe ante Athanasii ætatem receptum fuisse tum apud Latinos, tum apud Græcos, & probant vetustissimi Codices, & pluribus ostendunt duo eruditissimi viri ejusdem Benedictinæ Congregationis Mabillonius, & Montfauconus. Et quidem in ipso Alexandrino Codice titulos Psalmorum rubro colore inscriptos esse testatur Joannes Ernestus Grabe his verbis: *Sequitur inde ipsum Psalterium, in quo cujuslibet Psalmi inscriptio, aut ubi nulla datur, veluti Psalmi primi, prima linea minio scripta est, nec non vox διάψαλμα, quandocumque occurrit, id, quod etiam de titulis Odarum, & orationum Psalmis subnexarum dicendum est.* Encausto autem, quod genus atramenti erat purpurei coloris ex cocti muricis, vel triti conchylii cruore confectum, ut nemini præter Imperatorem uti liceret, illudque habere, aut quærere, Lege cautum est a Leone Imperatore in Constitutione Hilariano Magistro Officiorum, & Patricio inscripta. Extant etiamnum in Archivo Castri Sancti Angeli Professiones Fidei Græcorum Imperatorum græce tantum, vel græce & latine in charta pergamena scriptæ, eorumque manu encausto subscriptæ, quas ad Romanam Sedem, tanquam ad Caput totius Catholicæ Ecclesiæ miserunt: sed eo revertor, unde digressus sum.

Mabill. de re dipl. lib. 1. capite 10. num. 3. Montfauc. Palæograph. lib. 1. cap. 1.

Leg. sacri affatus Cod. de divers. rescript.

Quod aliqua, quæ Athanasii nomine leguntur, non repertantur in nostra interpretatione, non ideo ea Magno Athanasio abjudicanda est.

XXXII. Neminem ad temere abjudicandam Magno Athanasio nostram metaphrasim, seu translationem ex eo commoveri velim, quod in ea non leguntur, quæ ex S. Athanasio laudat S. Germanus Patriarcha Hierosolymitanus in epistola ad Thomam in hunc modum: *Beatus Athanasius illud Psalmi dictum interpretans: qui sedes super Cherubim, appare: talem de illis tradidit intelligentiam: Et certe illorum Cherubim principalia ἀρχέτυπα ignota sunt omnimodis natura hominibus: spiritus enim & ignis existunt, & ab omni corporali formatione atque natura extranea.* Si autem hæc Germani verba considerentur, evidens est, eum minime affirmare, quæ ex S. Athanasio laudat, ab eo in commentario super Psalmos scripta fuisse. Itaque fieri potest, ut verba illa Davidica: *qui sedes super Cherubim:* in alio opere, quod B. Archiepiscopus scripserat, explanaverit, & quod illud ad nostram ætatem minime pervenerit; plura enim præter ea, quæ typis impressa sunt, S. Athanasium scripsisse, tum ex veteribus Scriptoribus, tum ex antiquis Græcis Codicibus manifestum est, & potissimum ex vetustissima catena Græcorum Patrum, quam fere totam mea manu descripsi ex alio antiquiori Codice annis ab hinc octingentis scripta, ubi fragmenta afferuntur ex aliis sanctissimi Episcopi operibus, præter ea, quæ a Patre Montfaucono, Guillelmo Caveo, Lambecio, Fabricio, Oudino, aliisque memorantur. Hadrianus etiam Papa hoc nomine Primus in epistola ad Carolum Magnum auctoritatem affert ex commentario S. Athanasii super Psalmos his verbis: *Item S. Athanasii de interpretatione Psalmorum inter cætera: Civitas enim Domini, quæ sursum Jerusalem: imago autem eorum terrestris. Quod enim dicit, tale est: Quoniam terrestris, inquit, induti sunt imaginem, & non cælestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore: nescio vos: utpote non indutos eadem Domini imagine.* Hadriano additur Chronicon Alexandrinum, cujus verba, tum etiam Hadriani non leguntur in nostra translatione, sed in commentario super Psalmos inveniuntur, quod editum est inter alia opera a P. Montfaucono, ejusque sociis. Sed haud difficile est respondere præter translationem, seu μετάφρασιν, quam edimus, S. Athanasium etiam illum commentarium, si ita aliquibus placet, composuisse; vel certe, quod ille esset Athanasii, quum ipsius nomen præferret inscriptione deceptum Hadrianum Papam, ut P. Montfaucono, aliisque ejus sociis contigisse videtur, crediderit. Quod sane, ot mihi persuadeam, eo magis inducor, quia in eadem epistola alia sunt, quæ eorum Sanctorum esse, quorum nominibus adscribuntur, nemo certo asserere ac præstare voluerit. Quæ vero in Chronico Alexandrino habentur, ut etiam de illo aliquid dicam, integra non extant in commentario Patrum Benedictinorum, & insuper Chronicon illud plura apocrypha, & supposititia continet. Demum animadvertendum est, quæ referuntur veluti ex S. Athanasio a S. Germano, & ab Hadriano, hujusmodi sunt, ut translationi, seu μετάφρασιν parum apta esse videantur, sed commentario potius, & fusiori Psalmorum expositioni magis conveniant, ac proinde validum inde argumentum sumi nequit ad quæstionem movendam de Auctore nostræ translationis, si in ea non reperiantur, quæ translationi minime congruunt; imo potius ab hujusmodi brevibus, & compendiosis expositionibus aliena videntur, ideo vel Athanasii non sunt, sed per errorem ei adscripta, vel in commentariis fusiori stylo scriptis, qui temporum forte injuria, ut plura alia deperierunt, quærenda sunt. Quæ quidem recte mea sententia dici possunt de omnibus aliis, quæ sub nomine Athanasii leguntur in catenis Patrum editis a Balthassarre Corderio, aliisque. Præterea pro commentario nostro seu interpretatione tuenda certe illud silentio prætermittendum non est; quod iis, quæ a S. Germano tanquam ex Athanasii scriptis allegantur, admodum consentanea sunt, quæ leguntur in nostra metaphrasi ad Psalmum 103. ubi ad verba illa: *qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam:* Hæc subjicitur interpretatio: *Manifestum quidem est, quod sancti ejus* (nempe Angeli) *spiritus sunt, & Virtutes ministrantes ei sunt ignis.* Levis etiam momenti sunt, & nullius fere ponderis, quæ in monito, quod præmittitur commentario Athanasii nomine inscripto, ab iisdem Patribus Benedictinis tanquam ex Theodoreto afferuntur. Primum quia non sunt Theodoreti, ut ipsi innuunt, sed alicujus amanuensis ignoti nominis, & incertæ ætatis, ac proinde nullius auctoritatis: deinde, quia illa omnia, quæ de aliis di-

Epist. S. Germ. Ep. Constant. ad Thom. act. 4. Conc. Nic. II. tom. 4. Consil. Hard. pag. 258.

ctæ sunt, de hujus Scriptoris fragmento, seu testimonio dici possunt: Demum ut generatim ac breviter respondeam, & paucis ostendam quam infirmum sit argumentum, quod inde a clarissimis Patribus Benedictinis ducitur, ut commentarium, de quo agitur, S. Athanasio adscribatur, ex eo, quod unus vel alter locus veterum Scriptorum, qui Athanasii scripta laudarunt, in eo inveniatur; exemplo utar commentariorum in Psalmos, qui Hieronymi nomen inscriptum habent, in quibus etsi ea, quæ S. Augustinus, & Sanctus Gregorius VII., & ipse Hieronymus ex suis commentariis in Psalterium allegat, inveniantur; tamen nunc omnes fere eruditi unanimi consensu conveniunt, non esse illos B. Hieronymo adscribendos, sed alteri scriptori, qui aliquanto post Sancti Doctoris ætatem scripsit.

Neque etiam aliquod in contrarium colligi potest ex eo, quod B. Maria Θεοτόκος dicatur.

XXXIII. At vero alius quispiam fortasse erit, qui ad denegandam Magno Athanasio nostram metaphrasim, inde sibi non levem conjecturam, & argumentum suppetere putabit, quod Auctor ejusdem translationis Beatam Virginem Θεοτόκον, hoc est, Deiparam nuncupet, quum Joannes Meursius in suo glossario affirmet: *inditum esse hoc nomen Matri Domini, ac Salvatoris nostri Jesu Christi a Synodo V. Constantinopolitana tempore Justiniani*. Enim vero si quis ita sibi persuaderet, longe a veritate aberraret. Quippe multo ante Athanasii ætatem ea voce usos esse veteres Patres, indubitatum est. Quare Socrates inscitiæ arguit Nestorium, qui hanc vocem Θεοτόκον tanquam novam rejiciebat: quoniam eadem usum fuisse affirmat Origenem, & Eusebium Cæsariensem. Profecto eadem vox legitur in epistola Dionysii Alexandrini, quam adversus Paulum Samosatenum scripsit, & in epistola, quam adversus Arii hæresim Alexander Alexandriæ Episcopus, & Athanasii in Alexandrina Sede Prædecessor ad Episcopum Constantinopolitanum cognominem suum, aliosque Episcopos adversus Arium, ejusque errores misit; quæ utique, quantum ego censeo, scripta est ab ipso Athanasio, quo defensore, &, ut ita dicam, Catholici dogmatis Advocato & Patrono in Nicæna Synodo ipse Alexander usus est; quum enim Archidiaconi munus in Ecclesia Alexandrina obtineret, verisimile est etiam scribendarum epistolarum curam ei, qui, teste Ruffino, Alexandri Episcopi consiliis aderat, demandatam fuisse. Profecto epistolam illam auctorem habere Athanasium, eam attente consideranti, & cum aliis Athanasii operibus conferenti facile persuadebitur. Sed demum hac de re nulla in cujuspiam animo dubitatio insidere potest, si edita S. Episcopi opera inspexerit; pluribus enim in locis Mariam Virginem Θεοτόκον nuncupat Beatissimus Athanasius; ita in oratione tertia, & quarta contra Arianos, in libro de Incarnatione, & in libro contra Apollinarium.

Soc. Hist. Eccl. lib. 7. cap. 32.

Ap. Theod. Histor. Eccl. lib. 1. cap. 4. Socrat. Histor. Eccle. lib. 1. cap. 8. Sozom. l. 1. cap. 17. Histor. Eccl. Theod. Hist. Eccles. l. 1. Ruffin. Histor. Eccles. lib. 1. cap. 5.

Ex mystica interpretatione tituli Psalmorum pro Octava ad Athanasium commentarium potius pertinere quam adimi debere ostenditur.

XXXIV. Si quis vero mihi negotium facessere velit, persuadens sibi commentarium, seu interpretationem, qua de agitur, sequiori ætate scriptam fuisse ex iis, quæ adnotata occurrunt in argumentum Psalmi 6., & alibi in hunc modum: *Titulus præpositus continet: In finem in hymnis pro octava Psalmus David. Hoc autem significat: In sæculorum consummatione Sancti rogabunt, ut liberentur a judicio, & digni fiant æternæ mercedis retributione: Sexto enim sæculo consummatur mundus: Septimo autem Orbem terræ judicat Dominus: Octavo vero hi abeunt in vitam æternam, & hi in supplicium æternum. Propterea dictus est Psalmus: In finem in hymnis pro octava: eo quod liberentur Sancti in octava*: id a me responsum ferat, tantum abesse, ut hinc aliquid contra ea, quæ de Auctore commentarii disserui, colligi possit, quin potius ejusdem antiquitas adstruatur. Neque enim veteres Patres alia ratione loquuti sunt de Sabbato, & de Octava, & de Psalmis, qui pro octava inscribuntur. Ita quidem S. Barnabas in sua Epistola Catholica §. 15. ubi loquitur de Sabbato, ejusque sanctificatione; & in notis ad verba ejusdem epistolæ Cotelerius affert ex Codice manuscripto fragmentum græcum S. Irenæi, cujus verba cum admodum similia sint iis, quæ in nostro commentario leguntur, non alienum erit a re nostra latine reddita hoc loco afferre. In eo quidem, allatis scripturæ verbis ex capite secundo Genesis, hæc subduntur: *Hoc autem est & antefactorum narratio & futurorum Prophetia. Est enim dies Domini quasi mille anni. In sex igitur diebus consummata sunt, quæ facta sunt. Manifestum ergo est, quoniam consummatio ipsorum sextus millesimus annus est. Et septima die Orbem judicat: & octava, quæ est futurum sæculum, alios quidem tradit in pœnam æternam, alios in vitam. Propter hoc dicti sunt Psalmi pro octava*. Eadem leguntur in antiqua interpretatione latina libri quinti adversus hæreses ejusdem Irænei: in eamdem sententiam verba facit Origenes in libro contra Celsum; Hippolytus apud Photium; Auctor quæstionum, & responsionum inter opera Justini Martyris, & Lactantius libro septimo Institutionum; quibus addendi sunt ex latinis S. Hieronymus in epistola ad Cyprianum; S. Augustinus de Civitate Dei, & in expositione Psalmi sexti; Cassiodorus in libro Variarum: ex Græcis autem S. Gregorius Nazianzenus in oratione in S. Pentecostem, quæ est quadragesima quarta inter editas; Eusebius Cæsariensis in commentario in Psalmos; Auctor expositionis in Psalmos a Patribus Benedictinis S. Athanasio adscriptæ in argumento Psalmi sexti; S. Joannes Damascenus in homilia de Transfiguratione Domini, & de fide Orthodoxa, aliique Scriptores tum Græci, tum Latini. Horum autem verbis omissis, ne longior sim, quam oportet, solum hoc loco afferam, quæ eadem de re scribit S. Jacobus Nisibenus Episcopus, qui ætate major quidem Athanasio fuit, sed cum eo, dum adhuc Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconus esset, in Nicæna Synodo interfuit. Ejus opera digna quidem, quæ in lucem prodeant, non adhuc typis impressa sunt, & a pluribus clarissimis Scriptoribus tanquam perdita deplorantur; sed apud me, & alibi fortasse manuscripta existunt lingua Armena. Operum autem S. Jacobi ex antiquis Scriptoribus, ut id obiter admoneam, meminit Gennadius, qui ideo putat in Catalogo Ecclesiasticorum Scriptorum de illis B. Hieronymum mentionem non fecisse, quia nondum e Syro sermone in aliam linguam versa fuerant. Verba autem Gennadii talia sunt: *Hunc Virum B. Hieronymus in libro χρονικῶν, velut magnarum virtutum hominem nominans, in Catalogo Scriptorum cur non posuerit, facile excusabitur: si consideremus, ipsos tres, vel quatuor Syros, quos posuit, interpretatos in Græcum se legisse, testatum; unde constat eum ignorasse illo tempore Syram Linguam, vel literas. Et ideo hunc, qui nec dum in aliam versus est linguam, nescisse Scriptorem*: Ita Gennadius. At vero quo tempore Hieronymus librum de Ecclesiasticis Scriptoribus composuit, optime jam callebat linguam Syriacam. Siquidem eum librum absolvit, ut ipse testatur, anno decimo

S. Iren. l. V. adver. hæres. cap. 28. & c. 29. Orig. lib. II. contr. Cels. Phot. Biblioth. Cod. 202. Auct. Quæ. & Resp. 71. int. op. Just. Lact. lib. VII. Instit. cap. 14. S. Aug. lib. XX. de Civit. Dei c. 7. & l. XXII. c. 30. Cassiod. l. I. var. lect. ep. X. Euseb. Cæsar. in Com. in Psal. VI. nov. coll. PP. tom. II. S. Joan. Dam. lib. IV. cap. 23. de Fid. Orthod.

cimo

In Catal. Vir. Ill. in fin. Marcell. in Chron.

cimo quarto Imperii Theodosii, hoc est anno Domini CCCXCII. in Bethlehemico secessu, cum jam esset provectus ætate, annum agens sexagesimum circiter. Itaque tum vel linguam Syrorum didicerat, vel nunquam, quod certe falsum est, didicit. Ad hæc accedit, quod plures annos antequam Opus de Ecclesiasticis Scriptoribus absolveret, cum Hebraicæ Linguæ notitiam adeptus esset, Chaldæorum quoque ediscendæ operam sedulo dedit. Lingua autem Chaldaica, & Syriaca, veluti ejusdem linguæ diversæ dialecti adeo inter se affines sunt, ut si characterum diversitatem, seu literarum formam & figuram, quibus in scribendo Chaldæi, & Syri utuntur, & nonnullas vocum terminationes, & pauca quædam alia parvi momenti excipias, eædem pene sint, adeo ut qui alteram ex his novit, facile utramque intelligat. Insuper posito etiam, quod Linguam Syriacam Hieronymus ignoraret, tamen id minime impedimento esse poterat, quo minus de operibus S. Jacobi Nisibeni aliquid literis traderet, quemadmodum de S. Ephrem, ejusque libris Syriace scriptis in laudato Catalogo illustrium Virorum mentionem fecit in hunc modum: *multa*, inquit, *Syro sermone composuit*. Neque enim cum inter Syros degeret, opera S. Jacobi Nisibeni, si lingua Syrorum scripta fuissent, ac proinde ob Auctoris celebritatem omnibus vulgo nota essent, ignorare eum potuisse, verisimile est. At vero non solum Hieronymi ætate, sed etiam postea temporis apud Syros, & Syriacarum rerum Scriptores nulla mentio est de S. Jacobi Nisibeni operibus, quippe quæ ab ipso non Syriaca, sed Armena lingua, qua utebatur S. Gregorius Illuminator, a quo rogatus ea composuit, scripta fuerunt. Itaque vel mendum irrepsit in textum Gennadii, & pro Syro sermone legendum est Armeno, vel potius, ut reor, & probabilius etiam videtur, memoria lapsus est Gennadius scribens Syriaca lingua, non autem Armena opera S. Jacobi scripta fuisse, aut conjecturam faciens ex patria Jacobi, quæ Syrorum urbs erat, qua lingua scripta fuissent opera, quorum, ut verisimile est, in Massiliensi Monasterio vel solam versionem latinam, vel aliqua excerpta, vel catalogum seu indiculum dumtaxat habebat. Locus autem S. Jacobi Nisibeni, qui ad rem, qua de agitur, pertinet, in sermone secundo de dilectione, ubi verba facit de postrema Hierusalem eversione & captivitate, talis est: *Non videantur tibi difficilia, Charissime, quæ scripsi, quod in dimidio diei suæ dimisit Deus Hierusalem: quia ita scribit David in Psalmo octogesimo nono:* mille anni ante oculos Domini tanquam dies hesterna, quæ præteriit: *quam sententiam explicantes Doctores nostri sapientes dicunt, quod in similitudine septem dierum positus est hic mundus a Deo, & in consummatione sex mille annorum solvetur mundus hic, & erit Sabbatum Dei in similitudinem dierum Sabbati, quod est post sex dies*. Imo vero hujusmodi persuasio de duratione mundi, & Sabbatismo laudatis supra a me Patribus antiquior est, eamque ex veteri Hebræorum traditione originem sumpsisse, crediderim. Siquidem ex iis, quæ cap. xxv. Levitici præcipiuntur de sabbatizando Sabbato, colligunt veteres Rabbini mundum dumtaxat per sex millia annorum duraturum, & quod septimus millenarius futurus sit Sabbatum Domini. Mille autem annos numerant pro uno die, quia in Psalmo dictum est: *Mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna, quæ præteriit*. Et quidem in Sanhedrio ita scriptum habetur: *Sex millibus annorum durabit mundus, & uno millenario desolatus erit. Duobus millibus durabit devastatio ejus*, (idest inculta hominum vita) *& duobus millibus lex, atque duobus millibus dies Messiæ*. Unde duo inferuntur, ut id obiter moneam, contra ipsos Hebræos: nempe jampridem Messiam venisse, & legem Mosaicam duraturam non fuisse, nisi usque ad adventum ipsius Messiæ. Sed relictis Rabbinicis traditionibus reditum faciamus ad Athanasium.

XXXV. Præter hactenus a me allata, Archiepiscopo Alexandrino expositionem Psalmorum, quam nunc primum in publicum edimus, alia quoque non parvi momenti vindicant. Ac primum vetustatem Scriptoris commentarii, ejusque natale solum, vel domicilium Alexandriæ fuisse, aut certe non procul ab ea urbe manifesto, ut mihi videtur, indicant, quæ in expositione ad Psalmum 125. leguntur: Ibi enim loquitur de Rhinocurura, seu Rhinocolura (*a*) tanquam de urbe, quæ propius aberat e loco, unde ipse scribebat. Erat autem Rhinocolura urbs in finibus Ægypti posita, hoc nomine nuncupata, ut inquit Strabo: *Ab iis, qui nares truncati eo fuere translati: nam Æthiopum quidam Ægyptum invadens non nece, sed nasi mutilatione maleficia coercens eos ibi collocavit, ut propter oris deformitatem redire domum non auderent*. Saracenos autem (quos Arabas Scenitas fuisse, vel ex hoc commentarii loco probari potest) in tabernaculis, seu tentoriis, vel sub pellibus adhuc habitantes, & nondum urbibus potitos, sed latronum instar in proxima Ægypti loca, & urbes suetos excurrere, prædasque inde avertere non dissimiles eorum, de quibus Poeta cecinit:

Ex interpretatione Psalmi cxxv. aliud argumentum affertur pro adjudicando commentario, de quo agitur, Magno Athanasio:

Strab. lib. 16. Geograph.

. . . . *semperque recentes*

Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

Virgil. lib. IX. Æneid.

Tales eos nobis exhibet Auctor commentarii, quales ætate sua fuisse repræsentat Ammianus Marcellinus, qui: *Saraceni tamen nec amici*, ait, *nobis unquam, nec hostes optandi ultro citroque discursantes quidquid invenire poterant, momento temporis parvi vastabant, milviorum rapacium similes, qui si prædam despexerint celsius, volatu rapiunt celeri, aut nisi impetraverint, non immorantur*. Quispiam autem Saracenorum nomen audiens, nolim eum in suspicionem adduci, ut existimet, commentarium scriptum fuisse posteriori tempore, quo Saracenorum nomen cum eorum imperio late propagatum est, quod utique, regnante Heraclio Imperatore, & post ejus obitum volvente sæculo septimo contigit. Siquidem Saracenorum mentio occurrit & apud Ammianum Marcellinum, quem supra laudavi, & apud Ælium Spartianum in Pescennio Nigro, & apud Flavium Vopiscum in Aureliano, & apud Procopium de bello Persico: Saracenorum meminerunt etiam Julianus in epistola ad S. Basilium,

Ammian. Marcel. lib. 14. c. 5.

Procop. de Bell. Persic. lib. I. c. 19. Ruffin. lib. 2. cap. 6. Socrat. lib. 4. cap. 36. Sozom. l. 6. cap. 38.

(*a*) Ῥινοκόλουρα Rhinocolura dicitur a Strabone *in Geograph. loc. cit. & alibi*, & a Plinio *lib. V. c.* 13. a Ptolomæo *in Geograph.* Ῥινοκόρουρα Rhinocurura autem ab Eusebio, & Hieronymo *in lib. de situ, & nomine locorum Hebraic.* & ab eodem *Hieron. in cap.* 10. *Ezech.* tum quoque a Sozomeno *lib. VI. Hist. Eccles. cap.* 31. qui etiam refert, plures ibi Ascetas, seu Monasticæ Professionis Viros floruisse, & Clerum Ecclesiæ Rhinocururensis communem domum, & mensam, & reliqua omnia communia habuisse. Torrenti autem, qui Rhinocoluram alluebat, nomen fuisse videtur *Torrens Besor*, I. *Reg. XXX*, 9. 10. sive *Torrens deserti*, *Amos VI*. 14.

lium, S. Augustinus quæstione vicesima in Numeros, Socrates, & Sozomenus in Historia Ecclesiastica, aliique Scriptores, adeo ut nulla inde oriri possit dubitatio.

Item ex iis, quæ dicuntur in expositione Psalmi CXXXIII. de majori diei longitudine:

XXXVI. His autem ad commentarium nostrum Magno Athanasio asserendum addantur illa, quæ scripta leguntur in expositione Psalmi 133. ubi Auctor notos suos ae populares alloquens: *Non ignoratie*, inquit, *Dilecti*, *quod cum nox ad summum deficit*, *dies est quindecim borarum*. Nonne hæc quasi intento digito aperte demonstrant, Scriptorem expositionis esse vel civem vel incolam Alexandrinum? Nam Alexandriæ Ægypti latitudo est graduum 31., minutorum primorum 11., (*a*) secundorum 20., in ea autem latitudine dies longissimus, computatis horis a solis ortu ad ejusdem occasum, est horarum 14. minutorum 4., quibus si hora una addatur propter crepuscula, habebitur dies loogissimus horarum 15., qualem nobis exprimit ae designat Auctor expositionis.

Similiter ex aliis pluribus indiciis & argumentis:

XXXVII. Præterea multa alia occurrunt, quibus tanquam notis, & vestigiis Athanasius operis auctor esse deprehenditur. Et quidem ubi occasio sese offert, ut Christi Divioitatem comprobet, ostendatque Verbum ab æterno fuisse, & Patri consubstantiale, adstruere non prætermittit, & disertis verbis constanter asserere; unde haud obscure innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo hujusmodi controversiæ agitabantur. Quin etiam assiduas Auctori fuisse cum hæreticis pugnas, & quotidiana certamina, qualia cum Arianis habuit Athaoasius, aperte nos docent, quæ leguntur in expositione Psalmi 118., & alibi sæpius. Quid vero illa, quæ extant in commeotario Psalmi 21., ubi ad ea verba: *Tu autem Domine*, *ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice*, alia explicatione eorumdem verborum primum proposita, deinde hæc insuper adjungitur: *possunt etiam bæc dici ex persona ipsius Domini*, *qui exemplum nobie præbuit utendi bie verbis tempore martyrii?* Quid vero illa alia, quæ ad versiculum Psalmi sequeotis: *Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortie*, *non timebo mala*, *quoniam tu mecum ee:* subjiciuntur in hunc modum: *Cum ego tormenta pro te sustinuero*, *nullus me cruciatus eerrebit*, *quoniam tu vires mibi præbes*, *ut illos perferam?* Nonne manifesto iodicant, Auctorem vel eodem tempore, quo Tyrannorum persecutio adhuc in Christianos sæviebat, vel non longe ab eo fuisse?

Demum id evincitur ex collatione nostri commentarii cum aliis operibus Beati Athanasii.

XXXVIII. At enim agedum, quæ in nostro commentario scripta sunt cum iis, quæ in aliis libris, quos nemo dubitat, Magni Athanasii esse, conferamus, ut ex hujusmodi comparatione, si utrobique Psalmorum verba eodem modo, & in eumdem sensum intellecta, atque explicata comperiantur, eertius ae dilucidius appareat, eumdem, non autem diversum & commentarii nostri, & aliorum operum, quæ S. Athanasio ab omnibus concordi suffragio adscribuntur, auctorem esse. Rem propositam brevius, quoad fieri potest, expediam.

Verba Psalmi XXIII. (vers. 20. juxta antiquam, quam secutus sum, divisionem:) *Attollite portas principes vestras*: in libro de Incarnatione Verbi Dei S. Athanasius interpretatur dicta fuisse de reditu Christi in Cælum his verbis: *quemadmodum pro omnibue corpus morti eradidit; sic etiam per idem illud iter in Cælum aperuit:* in lib. de Incarn. hujus edit. pag. 26.	In nostro autem Commentario ad eumdem versiculum 20. & sequentes Psal. XXIII. hæc adnotantur: *de ipsiue reditu* (hoc est Christi) *loquitur*, *quem fecit in Cælos*.
In eodem libro de Incarnatione verba psalmi CVI. vers. 39. *Misit Verbum suum*, *& sanavit eos*. & psal. CXVII. vers. 52. *Deus Dominus*, *& illuxit nobie:* explicat de adventu Verbi Dei in mundum in hunc modum: *Negligunt videre Dominum*, *quem Scripturæ prædixerunt orbi terrarum illuxisse*, *& corpore induium apparuisse:* Ita etiam in Oratione secunda contra Arianos pag. 192. lib. de Incarnat. pag. 12.	In nostro autem Commentario ad versum eumdem 39. Psal. CVI. hæc leguntur: *Misit Deum Verbum Pater*, *& transfixo ejus latere noe omnee sanati sumus*: & ad vers. 52. psalmi CXVII. *Quandoquidem cum Deus esset Jesus Dominus apparuit in terra*.
Ad verba illa psalmi LXXI. vers. 1. Deus judicium tuum Regi da: *Supplicant*, ait, *ut judicium mortis contra nos prolatum Filio detur:* In tract. in illud: *Omnia mibi tradita sunt:* p. 39.	In Commentario ad verba ejusdem Psalmi hæc subjiciuotur: *Filio tuo*.
In epistola de decretis Nicænæ Synodi contra Arianos verba faciens: *Verum*, inquit, *falsa bæc sunt*, *quæ propugnatie: siquidem ipse fecit nos*, *& non ipsi nos*. *Ipse est*, *qui per suum Verbum omnia & parva*, *& magna fecit*.	In nostro Commentario ad eadem verba psalmi XCIX. hujusmodi apponitur adnotatio: *Ipse nos fecit*, *& non ex nobie sumus*, *ut aliqui dicunt*.
Verba psalmi II. vers. 15. *Ego bodie genui te:* & illa alia psalmi CIX. vers. 7. *Ex utero ante Luciferum genui te:* De æterna Verbi generatione contra Arianos explicat in ep. de Decret. Nicænæ Synodi pag. 88. item pag. 91., & in ep. de Sententia Diooysii pag. 98., & in Orat. II. contra Arianos pag. 200., & in Orat. IV. contra Arian. pag. 235.	In Commentario ad vers. 13. & 14. ejusd. psal II. hæc habentur: *E cælis audire fecit vocem suam clamane ad me: Tu es Filius meus dilectus*; & ad sequen. vers. 15. hæc alia: *Qua die Te manifestavi*. *Nam ante sæcula absconditus eras in me Patre tuo*, *quemadmodum de ipso scriptum est: existens in sinu Patris*. Ad vers. vero 7. psal. CIX. talia leguntur: *In me eras semper*, *ex quo cœpi creare omnia per Te*, *manifestavi Te*, *quod babebam*, *& babeo Filium in me ipso*.
In eadem epistola pag. 91. scribit nomen virtutis	In Commentario ad eumdem Psalmi versiculum:

(*a*) Ex libro, cui titulus: *Connoissance des tems publiée par l' ordre de l' Academie des sciences*, *& calculée par Monsieur Meraldi de la meme Academie*.

tutis diversis rebus tribui, deinde addit: *Aliæ item sunt cælestes virtutes. Nam inquit: Dominus virtutum nobiscum.* psal. xlv. vers. 13.

In epistola de sententia Dionysii pag. 100. scribit: *Nos enim quantum ad corpus ejusdem generis sumus ac Dominus, propterea ipse dixit: narrabo nomen tuum fratribus meis.* psalm. xxi. vers. 45.

In oratione prima contra Arianos pag. 165. ad probandam æternitatem Filii cum Patre utitur verbis psalmi xxxv. versiculi 20. *In lumine tuo videbimus lumen;* & psalmi lxxxix. versic. 17. *& sit splendor Domini super nos:* & psalmi cxliv. versiculi 20. *Regnum tuum Regnum omnium sæculorum.*

In eadem oratione prima ad probandam immutabilitatem Verbi affert Athanasius, quæ dicuntur a Sancto Davide in psalmo ci. vers. 48. *Initio tu Domine &c.*, & vers. 53. *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficiens.*

In eadem pariter oratione allatis verbis psalmi lxxxviii. vers. 32. 33. *& in Justitia tua exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorum Tu es:* talia subjicit. *Si porro Filius justitia est: non ergo ille exaltatione opus habet, sed nos sumus, qui in justitia exultamur, quæ nempe ipse est.* pag. 174.

In eadem similiter Orationa prima contra Arianos pag. 176.: *Hæc*, inquit, *verba sacri Cantoris: Sedes tua Deus in sæculum sæculi.* (versic. 15. psal. xliv.) *Virga directionis virga Regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis:* Deinde ita prosequitur: *Attendite, o Ariani, saltemque ex hoc loco agnoscite veritatem. Consortes Domini nos omnes Psalmista appellat. Quod si ex nihilo et una e rebus factis esset Filius, ipse quoque inter consortes numeraretur. Cum autem illum Deum æternum his verbis cecinerit: Regnum tuum Deus etc.*

In Oratione quarta Arianos temere afferentes in veteri Testamento nullam Filii, sed solius Verbi fieri mentionem refellit his verbis: *Sed etiam revera in veteri Testamento multa de Filio occurrunt, ut in Psalmo secundo: Filius meus es tu: ego hodie genui Te. Et in nono inscripto: In finem pro occultis Filii, Psalmus David. Et in quadragesimo quarto: In finem pro iis, qui commutabuntur, Filiis Core, ad intellectum, Canticum pro dilecto &c. ...... Quis autem dilectus est præter Filium Unigenitum &c.*

In epistola prima ad Serapionem pag. 250. *Spiritus Domini universum Orbem replevit. Ita enim David cecinit: quo ibo a Spiritu Tuo?* (psalmo cxxxviii. vers. 11.)

In epistola de Synodis pag. 281. *Et de Patre quidem scriptum est: Dominus Deus tuus unus Dominus est.* (Deut. 6. 4.) *De Filio autem: Deus Dominus & illuxit nobis* (psal. cxvii. vers. 52.) *& videbitur Deus Deorum in Sion.* (psalm. lxxxiii. vers. 14.)

lum: *Dominus*, ait, *omnis supercælestis militiæ nobiscum est.*

In Commentario eadem Psalmi verba ita exponit: *Populo*, inquit, *narrabo nomen tuum: quemadmodum dixit in Evangelio: manifestavi nomen tuum hominibus.*

In Commentario ad eumd. versic. psalmi xxxv. subjicitur: *In ipso Filio tuo videbimus lucem:* ad v. 17. psal. lxxxix. *Gratia ipsius;* ad v. 20. psal. cxliv. *Regnum sempiternum, & dominatio tua super credentes verbo Evangelii, & super non credentes.*

In Commentario ad verba illa vers. 53. hæc adnotantur: *Tu autem et factus homo idem es, qualis eras, et sicut dierum principium non habes, ita neque vitæ finem.*

In Commentario versiculus ille 32. ejusdem Psalmi ita exponitur: *Et in Filio Tuo glorificabuntur:* & subsequens versiculus 33. *Quoniam in Te gloriantur, & corroborantur.*

In Commentarin ejusdem psalmi xliv. hujusmodi brevis expositio contra eorumdem Arianorum sententiam adscribitur: *Regnum tuum sempiternum;* (ad vers. 16.) *Potestas æterna Regnum tuum* (ad versic. 17.) *Dilexisti Sanctos tuos, et odisti inventores iniquitatis, Diabolum nempe, et Angelos ejus;* (ad vers. 18. 19.) *Propterea renunciavit te Pater per Spiritum Sanctum, Regem jam existentem: Quandoquidem semper extitisti Rex supra eos, qui participes fuerunt gratiæ tuæ.*

In Commentario, quæ habentur ad verba psal. II. supra attuli. Psalmi autem noni inscriptio ita explicatur: *In novissimo die pro incomprehensibilibus mysteriis Filii Dei.* Interpretatio tituli psalmi xliv. deest in Codice, sed eam consentaneam fuisse iis, quæ in Orat. 4. contra Arianos dicuntur, nempe inscriptionem ibi quoque de Verbo Dei Filio expositam fuisse, aperte indicat explicatio totius Psalmi, cujus prima verba sunt: *Pater dicit manifestasse Filium suum Deum Verbum.*

In Commentario ad eumd. vers. psal. cxxxviii. *Ubi enim abscondere me possum a Sancto tuo Spiritu, qui noscit omnia?*

In Commentario similiter utriusque Psalmi verba de Filio ita exponuntur. (Psal. cxvii.) *Quandoquidem cum Deus esset Jesus Dominus apparuit in terra.* Et Psalm. lxxxiii. *Videbitur Dei Filius Deus Deorum, qui tales gratia sunt, in adventu suo.*


Restaret modo, ut commentarium, seu metaphrasim nostram cum epistola ad Marcellinum compararem. Quæ enim in ea Beatus Athanasius affirmat a Sancto Propheta dicta fuisse in Psalmis de Salvatoris adventu, & de ejus æterna generatione a Patre, eumque Patris Verbum esse, & Sapientiam §. 5. quæ de Messia, ejusque æterno Regno §. 6., de Judæorum insidiis, pravisque consiliis adversus eumdem Christum Dominum, deque ejus acerbissima Passione §. 7.: Item de gloriosa ejusdem in Cælum Ascensione, tum etiam sessione ad dexteram Patris, de pœnis ac punitione Diaboli §. 8.: demum de futuro judicio, de vocatione omnium Gentium, & in fine etiam ipsorum Judæorum: hæc quoque in nostro commentario cum in eumdem sensum exposita legantur, inde magis magisque comprobatur, eumdem Athanasium commentarii nostri, seu metaphrasis auctorem fuis-

fuisse, æque ac epistolæ ad Marcellinum, quam S. Athanasii esse nemo dubitat, eamque Sanctum Doctorem operi suo de titulis Psalmorum præponi voluisse, posteritatis memoriæ traditum est. Sed quoniam res longius procederet, quam oportet, & epistolam sanctissimi Archiepiscopi integram paulo post exhibeo, id studioso Lectori faciendum relinquo.

Causa, & occasio exponitur, cur opus Beatissimi Athanasii nunc in publicum edatur.

XXXIX. Etenim ne majori tædio legentem afficiam ad finem dicendi propero; sed priusquam id faciam, & institutum sermonem absolvam, illud a me omittendum non est, cum latinam hujus metaphrasis, seu commentarii versionem quatuor, aut quinque ab hinc annis cum eruditissimo P. Blanchino Congregationis Oratorii Presbytero, qui alia etiam sanctorum Patrum opuscula in lucem edere parabat, communicassem, ipse in publicum emittendi curam in se suscepit, promisitque in opere, cui titulus: *Vindiciæ Canonicarum Scripturarum:* Postea autem quum ei scribendæ Ecclesiasticæ historiæ munus a suæ Congregationis Sodalibus delatum fuisset, clarissimus Vir, (quem ego pluribus hoc loco jure merito laudarem, easque referrem laudes, quas immerito in me contulit, ni vererer ejus modestiam offendere, & merito censeri, alios importune laudando indebitas mihi laudes velle aucupari) fidem publico datam exsolvere nequivit. Itaque ne expectatione sua fraudarentur rerum Ecclesiasticarum amatores, & diutius desiderarent præclarum opus sanctissimi Patris, de cujus operibus recte ajebat Abbas ille Cosmas, & sanctitate morum, & monastica professione illustris: *Si inveneris aliquid ex opusculis S. Athanasii, nec habueris chartam ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud:* quod ille promiserat, id ego præstare, quoad per occupationes licebat, constitui. Cunctanti autem stimulos addidit singularis benignitas Excellentissimi Prænestis Principis Julii Cæsaris, qui ex nobilissima Columnensi domo in Barberinam Familiam adscitus spectatissimam fœminam Principem Corneliam Barberinæ stirpis unicum superstes germen in Matrimonium duxit, & universas Barberinorum opes, ac facultates possidendas, custodiendasque accepit. Ipse enim, qui vetustissimi generis nobilitatem virtutum præstantia æmulatur, vereque germanus Frater est non solum natalibus, sed etiam moribus Eminentissimi Cardinalis Prosperi, cujus magnanimitas, humanitas, probitas, & præclara ingenii indoles ad dignitatem & virtutem nata, haud satis laudari pro meritis potest; ipse, inquam, præstantissimo Fratri haud dissimilis Codicem Græcum, quo commodius in lucem edere possem, domum deferendum tradidit. Utinam vel Codex doctiorem me interpretem nactus esset, vel ego codicem correctiorem. Erat enim, ut superius dixi, mendosus, mancus, oscitanter scriptus, permixtis sæpe psalmorum, & interpretationis verbis, minimeque interpretatio, ut a me factum est, in versiculos juxta veterem Psalmorum divisionem distincta. Quare si quæ Lectori occurrant, quæ forte abscura, inepta, aliena, & minime inter se consentanea videantur, id vel Codicis vitiositati vel typographi incuriæ, vel potius inscitiæ meæ in Græcis vertendis, supplendis, corrigendisque, ut tribuat, velim.

Abbas Cosmas ap. Joan. Moschum lib. 10. cap. 40.



SANCTI PATRI NOSTRIS

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

Ad Marcellinum, in Interpretationem Psalmorum.



Miror (a) tuum in Christo propositum, dilecte Marcelline. Nam & præsentem tentationem, quamvis plurima in ea passus, probe toleras, & ascesin, seu exercitationem non negligis. Sciscitatus enim ex tuo Tabellario, qua ratione post ægritudinem versaris; didici, Te omnibus quidem Divinis Scripturis vacare, potissimum tamen Psalmorum librum evolvere, maximeque studere, ut cujusque Psalmi veram sententiam assequare. Quamobrem Te summopere laudo, cum magno eumdem librum, totamque Scripturam studio prosequar. Hoc itaque modo affectus, incidi olim in quemdam senem studiosissimum, voloque Tibi, quæ mihi ille de sacro Psalterio, quod manu tenebat, sermocinabatur, perscribere: habent enim quamdam gratiam, & probabilitatem cum enarratione veri simillima conjunctam. Ita enim loquutus est.

Psalmorum liber omnia pertractat ea, quæ in aliis Scripturæ libris habentur. 2. Tim. 3. v. 16.

II. Omnis nostra, o filii, scriptura, cum veteris, tum nova divinitus inspirata, utilisque ad doctrinam est, ut scriptum habetur. Attamen psalmorum liber quædam observatu digna habet iis, qui attendere voluerint. Quilibet enim liber suum, quod præfert, argumentum tractat, & prosequitur: verbi gratia. Pentateuchus mundi originem, gesta Patriarcharum, exitum Israelis ex Ægypto, & legis traditionem: Triteuchus, sortium distributionem, Judicum acta, Davidis genealogiam. Libri Regum, & Paralipomenorum, gesta Regum. Esdras, captivitatis solutionem, reditum Populi, Templi & Urbis constructionem. Prophetæ, Prophetias de adventu Salvatoris, de præceptis servandis monita, prævaricantium reprehensiones, Prophetias de Gentibus. At liber Psalmorum, omnium reliquorum fructus quasi insitos in se continens, cantus edit, & proprios insuper cum ipsis inter psallendum exhibet.

III. Nam quæ Genesin spectant, psallit Psalmo decimo-octavo: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat Firmamentum:* Et Psalmo vigesimotertio: *Domini est terra, & plenitudo ejus: Orbis Terrarum, & universi, qui habitant in eo. Ipse super maria fundavit eam.* Quæ vero ad Exodum, Numeros, Deuteronomium pertinent, pulchre canit in septuagesimo septimo, centesimo-decimo-tertio, his verbis: *In exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de Populo barbaro, facta est Judæa sanctificatio ejus, Israel potestas ejus.* Ea ipsa psallit in centesimo-quarto: *Misit Moysen servum suum Aaron, quem elegit ipsum: posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras & obscuravit, & exacerbaverunt sermones suos. Convertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum. Edidit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipsorum. Dixit & venit cœnomya, & ciniphes in omnibus finibus eorum.* Atque integrum omnino Psalmum istum, & centesimum-quintum de iisdem rebus conscriptum esse deprehendere est. Quæ vero Sacerdotium, Tabernaculumque spectant, refert in exitu Tabernaculi, vigesimo-octavo Psalmo: *Afferte Domino Filii Dei, afferte Domino filios arietum, afferte Domino gloriam, & honorem.*

IV. Res vero Jesu, Nave, & Judicum tangit Psalmo centesimo-sexto, sic: *Et constituerunt Civitates habitationis, & seminaverunt agros, & plantaverunt vineas.* Nam sub Jesu Nave tradita illis fuit Terra promissionis. Cum autem in eo ipso Psalmo frequenter dicat: *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitati-*

bus

(a) Textus græcus hujus Ep. exstat in prolegomenis Tomi IV. veteris Testamenti juxta versionem septuaginta Interpretum, quam ex Codice Alexandrino accurate edidit Joannes Ernestus Grabe, qui inter alia hæc de eadem Epistola admonet: *Cæterum licet in pluribus S. Athanasii editionibus, ac in postrema celeberrimi Montfauconi omnium optima Tom.* * *I. par. II. pag. 982. usque 1003. Iste ad Marcellinum libellus græce ac latine sit excusus; cum tamen in antiquissimo, ac S. Patri fere coævis membranis nostris haud parum correctiorem, ac pleniorem, ut conferenti patebit, hic denuo edere placuit absque latina tamen versione.* Versio isthæc latina sumpta a me est ex laudata Patris Montfauconi editione Operum S. Athanasii; ad Textum autem Græcum Codicis Alexandrini, ubi ei non respondebat, pluribus in locis accommodata. Hac autem versione antiquiorem aliam edidit clar. mem. Card. Thomasius in libro, cui titulus: *Psalterium juxta duplicem editionem &c.* & in præfatione ad Lectorem: *Hanc*, inquit, *latinam repertam in libro ms. licet non admodum vetusto Bibliothecæ Vallicellanæ proferimus, ad Græcum tamen Exemplar utrumque recensitam & emendatam*. De hac epistola idem clarissimus Cardinalis: *Celebre*, ait, *apud veteres omnes Opusculum Beati Athanasii Episcopi Alexandrini de libro Psalmorum, quod Beatus Hieronymus appellare videtur in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum: De Psalmorum Titulis*. Sed cum adhuc lateret in tenebris & in publicam lucem editum non fuisset verum opus B. Athanasii de titulis Psalmorum, quod modo in publicam emittimus, haud mirum est, si doctissimus Vir cum aliis pluribus deceptus est, ac erravit ratus idem opus esse librum de titulis Psalmorum ac epistolam seu libellum ad Marcellinum. Quod sane cum animadvertissent Patres Benedictini in admonitione, quam præposuerunt eidem epistolæ ad Marcellinum, ita præfati sunt: *Opinantur nuper Scriptores quidam, epistolam ad Marcellinum esse illud opus de Titulis Psalmorum, quod ab Hieronymo inter Athanasiana scripta numeratur: at cum de titulis seu inscriptionibus Psalmorum, ne verbum quidem hac in epistola compareat, propalam mihi est, alium ab Hieronymo laudari librum &c.* De præstantissima hac epistola præter Synodum Nicænam secundam, cujus verba superius attuli, ita meminit Cassiodorus in libro de institutione divinarum literarum. *Legendus est etiam libellus Athanasii Alexandrinæ Civitatis Episcopi, quem Marcellino post ægritudinem in locum refectionis dulcissimæ destinavit, qui inscribitur: de libro Psalmorum; ubi diversa commonens, virtutem Operis ipsius minutissima discussione patefecit, diversos hominum casus cum suis remediis suaviter introducens*. Argumentum ejusdem epistolæ laudati Patres Benedictini paucis verbis exhibent in hunc modum: *Primo ad ponitur discrimen Psalmos inter, & alios Scripturæ sacræ libros, ut qui alios legit, verba non ut sua, sed eorum, quorum libri sunt, vel eorum, qui loqui exhibentur, proferat; qui autem Psalmos recitat, verba proferat quasi sua, & ad se proprie pertinentia. Hinc dividuntur Psalmi in varia genera, orandi scilicet, confitendi, & his similia: deindeque indicatur, quo quisque Psalmus casu, qua conditione, qua opportunitate cani debeat. In hisce tota versatur epistola.*

* T. 1. part. II. pag. 784. hujus Edit. Gr. Lat.

bus eorum liberavit eos: librum Judicum indicat. Tum enim ipsis clamantibus, variis temporibus Judices excitabat, liberabatque Populum ab iis, qui ipsum adfligerent. Regnorum quoque historias quodammodo canit in decimo-nono dicens: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Ipsi impediti sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus. Domine salvum fac Regem, & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.* Quæ porro Esdram spectant in centesimo-vigesimo-quinto graduum decantat: *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Et rursum in centesimo-vigesimo-primo: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Hierusalem, quæ ædificatur ut Civitas, cujus participatio ejus in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini, testimonium Israel.*

V. Quæ autem Prophetarum sunt, in singulis pene Psalmis significat. De adventu Salvatoris, & quod Deus cum sit, venturus sit, ita in Psalmo quidem quadragesimo-nono, ait: *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebis:* In centesimo-decimo-septimo: *Benedictus, qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini, Deus Dominus et illuxit nobis.* Quod autem ipse sit Patris Verbum, ita canit in centesimo-sexto: *Misit Verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.* Deus enim, qui venit, est ipsum Verbum, quod missum fuit. Hoc porro Verbum cum sciret esse Dei Filium, vocem Patris canit in quadragesimo-quarto: *Eructavit cor meum Verbum bonum*; & iterumin, centesimo-nono: *Ex utero ante Luciferum genui Te.* Quid enim aliud, quis dixerit, prolem Patris, quam Verbum, & Sapientiam ipsius? Cum sciret igitur ipsum esse, in quo Pater dixit:

Genes. 1, v. 3. &c.

Fiat lux, & firmamentum, & omnia, etiam liber hic Psalmorum idem continet dicens: in trigesimo-secundo: *Verbo Domini Cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

VI. Quin & Christum ipsum venturum minime ignoravit; imo ea de re mentionem facit Psalmo quadragesimo-quarto: *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga directionis, virga Regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit Te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Et ne quis eum secundum phantasiam, venisse arbitretur, significat eum ipsum hominem futurum, illumque esse, per quem omnia facta sunt; cum dicit in Psalmo octogesimo-sexto: *Mater Sion dicet, homo, & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus:* Hoc enim perinde est ac si diceret: *Et Deus erat Verbum: omnia per ipsum facta sunt; & Verbum caro factum est.* Quare cum ex Virgine nasciturum sciret, nequaquam id siluit, sed statim hujus rei indicium dedit in quadragesimo-quarto: *Audi Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere Populum tuum, & domum Patris tui, quia concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus tuus.* Hoc quippe simile est huic Gabrielis dicto: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Nam ubi eum Christum dixisset, humanam statim generationem ex Virgine factam declaravit his verbis: *audi Filia.* Et Gabriel quidem ex nomine *Mariam* appellat, quod genere ab illa alienus esset: at David ipsam ex suo semine oriundam *Filiam* merito vocat.

De Christo in Psalmis agitur.

Joan. 1. v. 1. 2. 14.

Luc. 1. v. 28.

VII. Ubi autem, dixit Psalmorum liber, hominem eum futurum esse, consequenter illum carne passibilem significat. Dum autem videt futuras Judæorum insidias, canit in secundo Psalmo: *Quare fremuerunt gentes, & Populi meditati sunt inania? Adstiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* In vigesimo autem primo ipsam mortis rationem ex persona Salvatoris loquitur: *In pulverem mortis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Quod ait autem, manus, & pedes suos confossos esse, quid aliud quam Crucem significat? Hæc omnia postquam docuit, adjicit, non sui causa, sed propter nos id pati Dominum, aitque rursum e Persona ejus in octogesimo-septimo: *Super me confirmatus est furor tuus:* in sexagesimo autem octavo: *Quæ non rapui, tunc exsolvebam.* Non enim ideo mortuus est, quod reus esset, sed pro nobis passus est, iramque adversum nos conceptam ob prævaricationem in se sustinuit, dicente per Isaiam: *Infirmitates nostras ipse suscepit*; & dicentibus nobis in centesimo-trigesimo-septimo: *Dominus retribuet pro me.* Spiritu quoque dicente in septuagesimo-primo: *Et salvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem, quia liberavit pauperem a potente, & pauperem, cui non erat adjutor.*

VIII. Quapropter ejus quoque in cælos adscensum prædicit, aitque in vigesimo tertio: *Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* In quadragesimo autem sexto: *Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ.* Sessionem quoque annuntiat, aitque in centesimo-nono: *Dixit Dominus Domino meo; sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* In nono autem Psalmo perniciem quoque Diaboli addit, & clamat: *Sedisti super Thronum, qui judicas justitiam: increpasti Gentes, & periit impius.* Nam quod omne judicium a Patre acceperit, id minime celavit, sed ipsum omnium Judicem venturum prænuntiat in septuagesimo-primo: *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam Filio Regis, Judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio.* In quadragesimo autem nono ait: *Advocabit Cælum desursum, et terram, discernere Populum suum. Et annuntiabunt Cæli justitiam ejus, quoniam Deus Judex est.* Et in octogesimo-primo: *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* Quin & vocationem Gentium ex eo ipso libro pluribus ediscere licet, præsertim ex quadragesimo-sexto: *Omnes Gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exsultationis.* In septuagesimo autem primo: *Coram illo procident Æthiopes, et inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis, et insulæ munera offerent; Reges Arabum, et Saba dona adducent: Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Gentes servient ei.* Et hæc quidem in Psalmis canuntur, in singulis autem aliis libris annuntiantur.

De futuro Judicio.

De vocatione Gentium.

IX. Cæterum se non ignorare ajebat, in singulis Scripturæ libris eadem de Salvatore potissimum significari, esseque illud omnium ipsorum commune argumentum, eamdemque Spiritus con-

cor-

cordiam. Etenim sicut ea, quæ in aliis extant libris, in hoc reperire licet; ita quæ in hoc sunt, in aliis sæpenumero inveniuntur. Nam & Moyses Canticum conscribit, & Hesaias canit, & Ambacum cum Cantico precatur. Rursum in quolibet libro videre est, Prophetias, legislationes, & historias; idem namque Spiritus est in omnibus, & secundum divisionem ejus in singulis factam, unusquisque datam sibi gratiam administrat, & implet; sive Prophetia sit, sive legislatio, sive historiæ commemoratio, sive Psalmorum gratia. Cum autem unus atque idem sit Spiritus, cujus sunt omnes divisiones, & qui secundum naturam indivisus est; ideo in se totus atque integer est: sed secundum subministrationem, manifestationes, & divisiones Spiritus singulis fiunt, ac deinceps juxta præsentem necessitatem Spiritu edoctus quisque sermonem administrat, ita ut, quemadmodum supra dixi, legislator Moyses aliquando prophetet, & canat, & Prophetæ, dum vaticinantur, præcepta tradant: *Lavamini, mundi estote*; &, *ablue malitiam cordis tui Hierusalem:* aliquando historias perscribant, ut Daniel Susannæ, Hesaias Rabsacis, & Sennacherim. Eadem quoque ratione Psalmorum liber, cui proprium est Cantica canere, quæ in aliis libris obiter dicuntur, hæc ille fuse loquitur cum Cantico, uti dictum est. Leges tamen ipse tradit: *Desine ab ira, et derelinque furorem. Declina a malo, et fac bonum, inquire pacem, et persequere eam.* Interdum historiam habet de itinere Israelis, & prophetat de Salvatore, uti supra dictum est.

Esai. 1. 16. Jerem. 4. v. 14. cap. 1. juxta lxx. cap. 36. & 37.

Psalm. 36. juxta lxx. v. 8. Psalm. 33. v. 15.

X. Communis quidem talis Spiritus gratia sit apud omnes, & in singulis facta inveniatur, & apud omnes eadem, ut necessitas postularit, & Spiritus voluerit. Neque enim refert sive plus sive minus quis habuerit ejusmodi necessitatis, ut unusquisque teneatur sine defectu proprium, perfectumque ministerium implere. Psalmorum autem liber etiam sic gratiam quamdam habet singularem, eximiumque aliquid observatu dignum. Nam & alia, quæ cum cæteris libris habet affinia communiaque, hoc sibi proprium & admirandum habet, quod etiam uniuscujusque animi motus, eorumque mutationes, & castigationes in se descriptas & expressas contineat, ut qui ex ipso voluerit quasi ex imagine eas accipere, & intelligere, ita semetipsum efformare possit, ut illic scriptum habetur. In aliis quippe libris legem solum quis audit præcipientem quid facere oporteat, quid secus: Propherias item audit, ut solum sciat venturum Salvatorem: historiisque attendat, unde edifcere potest Regum Sanctorumque acta. At in Psalmorum libro præterquam quod ea ipsa potest quivis audiens edifcere, motus insuper animæ suæ ibi deprehendit, edifcitque; ac deinde secundum ea, quæ patitur, & a quibus detinetur, potest ex eo ipso libro exemplar quoddam sermonum eligere; ita ut non solum qui audierit, non (sine fructu) pertranseat, sed edoceatur quid dictu factuque opus sit ad eurandum morbum. Sunt quidem & in aliis libris sermones, qui mala prohibeant; in hoc vero qua ratione a malis sit abstinendum exprimitur: exempli causa, præcipitur pœnitentia; pœnitentia autem est cessatio a peccato; in hoc autem libro qua ratione sit pœnitendum, & quibus in pœnitentia verbis uti oporteat, edocetur. Rursum ait Paulus: *Tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit.* In Psalmis vero scriptum expressumque est, quomodo tolerare oporteat tribulationes, quid tribulatum dicere par sit, quid post tribulationes, qua ratione quisque probatur, quinam sint sermones eorum, qui sperant in Dominum. Præceptum item est in omnibus gratias agere; at docent Psalmi, quid, qui gratias agit, loqui debeat. Deinde cum ab aliis audiamus: *Quicumque pie volunt vivere in Christo persecutionem patientur*, a Psalmis edocemur, quid fugientes dicere oporteat, quales in persecutione, quales post persecutionem erepti Deo sermones proferre debeamus. Jubemur Domino benedicere, Domino confiteri, at in Psalmis informamur, qua ratione Deum laudare oporteat, quibusque verbis decenter confiteamur. Quin & singulis in rebus quisque reperiet divina Cantica ad nos nostrosque motus, motuumque temperationes accommodata.

Rom. 5. v. 3. 4. 5.

1. Thes. 5. v. 18.

2. Timoth. 3. v. 12.

XI. Etenim hoc quoque rursus in Psalmia admirandum, quod in aliis quidem libris, quæ Sancti de quibusdam dicunt, hæc ipsa, qui legunt, ad eos, de quibus dicuntur, referant; & qui audiunt, sese alios existiment ab iis, de quibus sermo habetur, ita ut quæ gesta dicuntur, admirationi solum habeant, & imitanda sibi proponant. At librum istum qui sumit, Prophetias quidem de Salvatore, ut in aliis Scripturis more solito cum admiratione, & adoratione percurrit: alios vero Psalmos, quasi proprios sibi sermones legit; qui autem audierit, quasi hæc eadem ipse proferret, compungitur, atque ita canticorum verbis afficitur, quasi sua essent. Explicationis causa, ne gravemur, exemplo Beati Pauli Apostoli, idipsum repetere. Plurima sunt Patriarcharum verba, ipsis propria: nam Moyses loquebatur, & Deus respondebat: Elias & Elisæus in Carmelo Monte sedentes Dominum invocabant, dicebantque semper: *Vivit Dominus, in cujus conspectu adstiti hodie.* Aliorum item Sanctorum Prophetarum verba, in primis quidem de Salvatore sunt: deinde plurima dicta sunt Gentibus, & Israeli. Attamen nemo unquam Patriarcharum verba, ut sibi propria loquutus fuerit: neque Mosis verba, ut propria imitari, proferreque ausus fuerit, nec Abrahami de verna, & de Ismaele, & de magno Isaaco, quamvis eadem ipsa necessitate prematur. Nec si quis patientibus compatiatur, aut rei melioris desiderio teneatur, unquam dixerit ut Moyses: *Ostende mihi teipsum:* vel, *si quidem remittis eis peccatum eorum, remitte; sin minus, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Sed nec quisquam, Prophetarum verba ut propria usurpans, his reprehenderit, vel laudaverit eos, qui similia fecerint, quibus ipsi reprehenderunt, laudaveruntque: neque illud: *Vivit Dominus in cujus conspectu hodie sto:* ut proprium sibi sermonem imitari præsumpserit. Etenim legenti libros perspicuum est, se illa verba non ut propria, sed ut Sanctorum, & eorum, qui per ista significantur, proferre. At qui Psalmos legit, res mira, post prophetias, quæ de Salvatore, & de gentibus sunt, reliqua tanquam sibi propria verba loquitur, & ea quasi de se scripta essent, quisque psallit, nec quasi alius ea dicat, vel quasi alium significent, ea accipit, & percurrit; sed perinde afficitur atque si ipse de se loquatur: & quæ dicuntur, quasi ipse egerit, & ex se ipse loquatur, Deo refert. Nequaquam enim illa ceu Patriarcharum, aut Moysis, aliorumve

Verba Psalmorum quisque ut propria sibi recitat.

Reg. 3. 17. v. 1. & 4. Reg. 3. v. 14.

Exod. 33. v. 13. Ibid. c. 32. v. 32.

rumve Prophetarum verba usurpare reformidat: sed quam maxime ut propria, & de seipso scripta hæc dicere psallens confidit. Nam Psalmi tam ejus, qui præcepta servavit, quam ejus, qui prævaricatus est, utriusque gesta continent. Necesse autem est quemvis hominem alterutrius conditionis esse, atque ita verba de utrisque posita loqui, vel si præcepta servarit, vel si prætergressus sit.

XII. Atque mihi quidem videtur, psallenti, Psalmos esse instar speculi ut & seipsum, & proprii animi motus in ipsis contempletur, atque ita affectus eos recitet. Etenim qui legentem audit, ita canticum suscipit, ac si de se diceretur: & vel propria coovictus conscientia, compunctus resipiscet; vel de spe in Deum audiens vel de auxilio credentibus exhibito, quasi sibi præberetur, gaudio exsultabit, atque gratias Deo agere incipiet. Cum itaque tertium Psalmum quispiam canit, suas perpendens ærumnas, quasi sua reputat illius verba: undecimum vero, & decimumsextum quasi io propriam fiduciam, & orationem pronuntiat: quinquagesimum autem, quasi propria pœniteotiæ suæ verba profert. Cum vero psallit quinquagesimum-tertium, quinquagesimum-quintum, ceotesimum, quadragesimum-primum, non quasi alius, sed quasi ipse persequutionem pateretur, sic afficitur, & sic ista verba, quasi propria sibi, Deo canit. Ac demum quisque Psalmus ita a Spiritu dictatus, atque compositus est, ut in eo, quemadmodum supra dictum est, aoimi nostri motus deprehendantur, omnesque quasi de nobis prolati, & velut nobis proprii sint, ad recordationem motuum nostrorum, & ad vitæ nostræ emendationem. Quæ enim psallentes dixeruot, hæc pro forma nobis esse possunt.

XIII. Hæc porro rursus gratia est Salvatoris; homo quippe propter nos factus, proprium corpus pro nobis in mortem obtulit, ut omnes a morte redimeret. Quin & cælestem, probatissimamque suam vivendi rationem nobis exhibere volens, in semetipso illam expressit, ne quis postea ab inimico facile deciperetur, cum ad securitatem pignus habeat, nempe victoriam, quam ipse de Diabolo pro nobis reportavit. Quapropter non solum docuit, sed & fecit quæ docuit, ut unusquisque audiat quidem ipsum loquentem, simulque in illum quasi io imaginem respiciens exemplum agendi ab ipso accipiat, dum audit: *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde*. Perfectiorem porro virtutis doctrinam nemo invenerit ea, quam Dominus expressit in semetipso. Nam sive injuriarum tolerantiam, sive humanitatem, sive clementiam, sive fortitudinem, sive misericordiam, sive justitiam spectes, omnia in ipso peracta reperies, adeo ut nihil ei ad virtutem desit, qui humanam Domini vitam contemplatus fuerit. Quod cum nosset Paulus ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*. Græcorum siquidem legislatores verborum solum tenus gratiam habeot: Dominus autem, ut revera omnium Dominus, qui sua curat opera, non modo leges condidit, sed semetipsum exemplar tradidit, ut qui voluerint, agendi rationem notam habeant. Quapropter ante illius in nos adventum, idipsum in Psalmis insonuit, ut quemadmodum in semetipso terrenum, & cælestem hominem exhibuit, sic ex Psalmis motus affectionesque animorum, qui voluerit, perdiscere valeat, cum in ipsis cujusque

Matth. 11. v. 29.

1. Cor. 11. v. 1.

motus curationem, emendationemque inveniat.

XIV. Quod si aliquid ad persuadendum aptius loqui oportuerit; omnis quidem Scriptura sacra virtutis est, veræque fidei magistra; liber autem Psalmorum præfert quamdam imaginem institutionis vitæ animarum. Quemadmodum enim, qui Regem adit, habitum, verbaque sua componit, & adornat, ne statim atque loquendi initium faciet, ut rudis & imperitus ejiciatur; ita divinus hic liber eum, qui ad virtutem properat, & Salvatoris in corpore vitæ institutum nosse cupit, primum per hanc lectionem admonet de motibus animi: atque ita deinceps informat, docetque legentes. Sunt igitur (ut hoc primum in isto libro observetur) Psalmi, alii sub forma narrationis, alii Prophetiæ, alii admonitionis, alii precationis, alii confessionis.

Divisiones Psalmorum ex argumento.

In forma narrationis hi sunt, 18. 43. 48. 49. 72. 76. 77. 88. 89. 106. 113. 126. 136.

In forma vero orationis sunt, 16. 67. 89. 101. 131. 141.

Qui colloquii, precationis, & obsecrationis modo, 5. 6. 7. 11. 12. 15. 24. 27. 30. 34. 37. 42. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 60. 63. 82. 85. 87. 137. 139. 142.

Qui in forma alloquii, & gratiarum actionis, 138.

Qui colloquii tantum forma, 3. 25. 68. 69. 70. 73. 78. 79. 108. 122. 129. 130.

Sub forma confessionis, 9. 74. 91. 104. 105. 105. 107. 110. 117. 135. 137.

Qui conjunctam habent confessionem cum narratione, 9. 74. 105. 106. 117. 137.

Qui conjunctam habeot cum confessiooe, & narratione laudem est 110.

Sub forma admonitionis, est 36.

Qui prophetiam habent, sunt 20. 21. 44. 46. 75.

Annuntiationem cum prophetia junctam habet, 109.

Adhortationis vero & quasi præceptionis modum habent, 28. 32. 80. 94 95. 96. 97. 102. 103. 113.

Hortatorius cum cantico est, 149.

Qui vitam virtute ornatam describunt, sunt 104. 111. 118. 124. 132.

Qui laudem annuntiant, sunt 90. 112. 116. 134. 144. 145. 146. 148. 150.

Qui gratiarum actionis sunt, 8. 9. 17. 33. 45. 62. 76. 84. 114. 115. 120. 121. 123. 125. 128. 143.

Qui beatitudinem prædicant, sunt 1. 31. 40. 118. 127.

Est qui alacritatem exhibeat cum cantico, ut 107.

Alius ad fortitudinem hortatur, scilicet 80.

Sunt qui impios, & iniquos redarguant, ut 2. 13. 35. 51. 52.

Invocationis est, 4.

Sunt, qui vota faciant, ut 19. & 63.

Glorificationis in Domino verba continent, 22. & 26. 38. 39. 41. 61. 75. 83. 96. 98. 151.

Objurgandi causa scripti sunt 57. 81.

Qui hymni verba continent, hi sunt, 47. 64.

Jubilationis, & de Resurrectione est, 65.

Et alius jubilationis tantum verba profert, scilicet 99.

XV. Cum

XV. Cum igitur Psalmi tali ordine dispositi sint, licet deinceps legentibus in singulis deprehendere, uti supra dixi, motus, & constitutionem animæ suæ, atque singulis in rebus formam, doctrinamque: quidve dicendo placere possit Domino, cujusmodi verbis sese possit corrigere, Dominoque gratias agere; ne si præter illa quidpiam proferat, in impietatem delabatur. Non
Matth. 12. v. 36. enim de operibus tantummodo, sed de omni verbo otioso rationem Judici sumus reddituri. Si igitur quempiam Beatum prædicare volueris, habes qua ratione, & in quo, & quæ dicere debeas, Psalmum scilicet 1. & 31. & 40. & 111. & 118. & 127. Si reprehendere volueris insidias Judæorum adversus Salvatorem, habes secundam Odam. Si a tuis persecutionem patiaris, multique adversum te insurgant, dicito tertium Psalmum. Quod si afflictus invocaveris Dominum, & exauditus gratias agere velis, psalle quartum & 74. & 114. Si improbos insidias parantes conspiciens, orationem tuam auribus percipi volueris, psalle matutinis horis quintum. Si Domini comminationem senseris, teque ea de causa conturbatum videris, potes dicere 6. & 37. Si adversum te quispiam consilium dederint, quemadmodum Acbitophel adversus Davidem, & hoc tibi aliquis renuntiet, psalle 7. & Domino confide, qui te liberabit.

XVI. Cernens Salvatoris gratiam ubique diffusam, redemptumque genus humanum, si alloqui Dominum velis, octavum psallito. Si rursum pro torcularibus gratias agens Domino canere volueris, habes eumdem 8. & 83. Pro victoria de inimico, & creaturæ liberatione, ne in te ipso glorieris, sed gnarus hoc fuisse præclarum facinus Filius Dei, recita supradictum psalmum nonum. Et si te quis metu conturbare voluerit, habe tu fiduciam in Domino, & psalle decimum. Cum multorum superbiam videris, improbitatemque modum excedere, ita ut nihil sanctum io hominibus reperiatur, confuge tu ad Dominum, & dic undecimum. Quod si diuturnæ sint inimicorum insidiæ, ne animo deficias quasi Dominus sit tui oblitus, sed invoca Dominum canens decimum secundum. Quum autem quosdam audieris blasphemantes adversus providentiam, noli eorum impietati communicare; sed Domino supplicans, recita 13. & 52. Quod si postea ediscere cupis, qualisnam sit civis Regni Cælorum, psalle 14.

XVII. Oratione opus est tibi propter adversarios tuos, & eos, qui circumdant animam tuam, cane 16. 85. 87. & 140. At vis scire quomodo Moyses oraverit, habes octogesimum-nonum. Liberatus es ab inimicis tuis, & servatus a persequentibus te, cane & tu decimum-septimum Psalmum. Miraris naturæ ordinem, & providentiæ gratiam in illa, legisque sacra præcepta, psalle 18., & 23. Cum videris afflictos, consolare illos bene precando, ac dicendo illis verba decimi-noni psalmi. Vides te a Domino pasci, ac dirigi, hac in re gaudens psalle 22. Invadunt te inimici tui, at tu animam erigens ad Dominum dic 24., & videbis, *Inique agentes supervacue*. Expectant inimici, nihil habentes aliud quam manus sanguine plenas, ac quærentes te vexare, ac perdere, ne deferas homini judicium, suspecta enim sunt omnia humana; sed Deum Judicem postulans, (solus enim ille Judex,) dic 25. 34., 42. Si acrius instent, & præ multitudine quasi exercitus fuerint inimici, te tanquam nondum unctum despicientes; ideoque oppugnare velint; ne formides, sed cane vigesimum sextum psalmum. At quoniam imbecilla est hominum natura, si impudenter insistant insidiatores, ne attendas ipsis, sed ad Dominum clama, dicens verba vigesimi-septimi. Quod si gratias agendo ediscere velis, quomodo oporteat offerre Domino, spiritualiter intelligens psalle vigesimum-octavum. Et demum cum domum tuam dedicas, hoc est animam tuam, quæ Dominum excipit, imo sensibilem domum, in qua corporaliter habitas, gratias age, & dic vigesimum-nonum, & ex gradualibus 126.

XVIII. Cum autem te ab omnibus amicis, & cognatis propter veritatem odio haberi perspexeris, ne ejus rei causa, animum despondeas, neque notos, qui te aversantur, reformides, sed ab illis te segregans, & futura respiciens, psalle trigesimum. Baptizatos autem & a corruptibili generatione redemptos cum videris, Dei clementiam admirans, cane illorum gratia trigesimum-primum. Quando cum multis psallere volueris, justos viros, & probe viventes congregans, psalle trigesimum-secundum. Cum in hostes incideris, & prudenter illos effugeris, atque declinaveris ab eorum insidiis; si velis gratias agere, viros mansuetos congregans, psalle cum iis trigesimum-tertium. Et si videris iniquorum erga malitiam studium, ne existimes malitiam io ipsis naturalem esse, ut hæretici ajunt, sed dic trigesimum-quintum, videbisque ipsos sibi peccandi auctores esse. Si improbos videris multa inique perpetrare, atque adversum pusillos insurgere, & volueris aliquos admonere, ne ipsis attendant, neque æmulentur illos, quia brevi futurum est, ut extinguantur, tam tibi ipsi, quam aliis dic trigesimum-sextum.

XIX. Cum porro tibi attendere statueris, si irruentem videris hostem: nam adversus hujusmodi homines acrius ille insurgit, teque volueris adversus illum excitare, dic trigesimum-octavum psalmum. Si irruentibus inimicis, ærumnas patiaris, voluerisque ediscere quanta sit in patientia utilitas, psalle trigesimum-nonum psalmum. Cum multos vides pauperes, & mendicos, optasque eorum misereri, poteris quidem eos, qui jam illos miserati sunt, laudare, cæterosque ad idipsum cohortari, dicendo psalmum quadragesimum. Deinde si magno Dei desiderio flagrans, audieris inimicos exprobrantes tibi, ne turberis; sed cogitans immortalem ex tali desiderio fructum, tuam spe io Deum consolare animam, & sic allevans, demulcensque dolores, quibus illa premitur in hac vita, dic 41. psalmum. Cum assidue meminisse volueris beneficiorum Dei, quæ Patribus collata sunt, & exitus ex Ægypto, necnon commorationis in solitudine, & quam scilicet bonus sit Deus, quam autem ingrati homines sint, habes 43. 77. 88. 104. 105. 106. 113. Cum autem ad Deum confugeris, liberatus ab ærumnis, quæ tibi acciderunt, si volueris Deo gratias agere, atque enarrare ejus erga te clementiam, habes quadragesimum-quintum.

XX. Sed peccasti, & pudore affectus pœnitentiam agis, & misericordiam flagitas, habes confessionis, & pœnitentiæ verba in psalmo quinquagesimo. Quod si apud Regem iniquum calumniam passus es, videsque superbe insultantem calumniatorem, secede tu, & dic ea, quæ

in 51. habentur. Et quum te aliqui persequuntur, & calumniantur te, velut Ziphæi, & Allophyli Davidem, ne mœstus sis, sed Domino confidens, eumque laudans, recita 53. & 55. Quod si ingruat persequutio, & imprudens persecutor in eam speluncam incidat, in qua tu absconderis, ne reformides; Habes enim & in tali necessitate perutiles ad consolationem, & Tituli inscriptionis sermones in psalmo 56. & 141. Si autem jusserit persequutor custodiri domum tuam, & tamen effugeris, Deo refer gratiam, eamque in anima tua quasi in cippo inscribe, ut memoriale sit tuæ incolumitatis, & dic ea, quæ sunt in 58. Si autem exprobrent tibi, qui te affligunt inimici tui, & qui videntur amici esse tui, obloquentes detraxerint, & in exercitatione tua ad modicum temporis contristeris, & potes sane teipsum consolari hymnis Deum celebrando, ac recitando 54. psalmum. Adversus hypocritas, & in faeie gloriantes, dic ad confusionem eorum psalmum 57. Adversus eos autem, qui in te atrociter irruunt, & capere volunt animam tuam, tu opponas illis tuam erga Deum obsequentiam, & confide: quanto enim illi vehementius institerint, tanto magis te Domino submittas, & dic verba 61. Si persecutionem passus in solitudinem recesseris; ne formides quasi solus ibi degas, cum adsit tibi Deus, ad quem diluculo cane Psalmum 62. Si terreant te inimici, nec finem faciant insidiarum, imo adversum te omnia scrutentur, etiamsi multi fuerint, nequaquam cedas, nam sagittæ parvulorum erunt plagæ eorum, canente te psalmos 63. 64. 69. 70.

XXI. Quando Deum celebrare volueris recita sexagesimum-quartum. Si aliquos de resurrectione instituas, recita 65. Postulans a Domino miserationes, lauda illum, psallens 66. Cum videris impios in pace prospere agentes, & libenter viventes, justos autem afflictos, ne scandalizeris, neque commovearis, sed dic psalmum 72. Cum iratus fuerit Deus adversus Populum, habes ad consolationem illius verba prudentiæ in 73. Quando confessione tibi opus erit, psalle 9. 74. 91. 104. 105. & 106. & 107. & 110. & 117. & 125. & 137. Vis gentilium & hæreticorum opiniones confundere, & commonstrare, non apud illos esse Dei cognitionem, sed in sola Ecclesia, potes, considerans, canere, atque dicere, quæ in septuagesimo-quinto habentur. Inimicis autem effugia præoccupantibus, ac te summopere afflicto, licet perturberis ne animum despondeas, sed ora: & si clamando exaudiare, gratias Deo age, recitans septuagesimum-sextum. Si persistentes inimici irruperint, & domum Dei profanaverint, Sanctosque trucidarint, illorumque corpora volucribus Cæli projecerint, ne his perculsus reformides eorum crudelitatem, dole quidem miserorum vicem, ora autem Deum dicens septuagesimum-octavum Psalmum.

XXII. In solemni die volens Domino canere, advocatis Dei Servis, psalle octogesimum, & nonagesimum-quartum. Inimicis iterum undique congregatis, & domui Dei minas intentantibus, fœderaque contra pietatem facientibus, ne animo deficias ob eorum multitudinem, & potentiam, habes quasi anchoram spei verba octogesimi-secundi psalmi. Quod si videris domum Dei, & æterna ejus tabernacula, atque eorum desiderio tenearis, quemadmodum Apostolus, dic octogesimum-tertium psalmum. Cessante tandem ira, solutaque captivitate, si volueris Domino gratias agere, habes 84. & 125. Et si cognoscere velis quid intersit discriminis Catholicam inter Ecclesiam, & schismata, atque schismaticos confundere, dicere potes octogesimum-sextum. Si velis tibi, aliisque addere fiduciam ad Dei cultum, & ostendere, quod spes in Deum non confundat, sed intrepidum animum reddat, lauda Deum recitans nonagesimum. Psallere vis in Sabbato? habes nonagesimum-primum,

XXIII. Vis gratias agere Dominico die? habes 23. Vis secunda Sabbati psallere? dic, quæ sunt in 47. Canere vis in Parasceve? laudem habes in 92. Tunc enim peracta crucifixione, domus ædificata est, licet inimici prohibere niterentur: quare triumphale carmen Deo canere convenit, ea scilicet, quæ tunc dicta sunt in nonagesimo-secundo. Si captivitate facta, excisa fuerit domus, ac rursum ædificata, cane quæ sunt in 95. Terra a bellatoribus quiescente, atque demum in pace degente, & Domino regnante, si ea de re canere velis, habes nonagesimum-sextum. Vis quarta Sabbati psallere? habes nonagesimum-tertium; tunc enim traditus Dominus ultionem de morte sumere cœpit, deque ea confidenter triumphare. Cum igitur legens Euangelium, videris quarta Sabbati consilium imisse Judæos adversus Dominum: cernens tunc ipsum confidenter agere, ut pro nobis de Diabolo vindictam sumat, psalle verba 93. psalmi. Rursum quando videris Domini in omnia providentiam, & dominium ejus, atque volueris nonnullos in fide ejus, & obedientia instituere, suadens illis ut primo confiteantur, psalle 99. Et ubi cognoveris ejus judicandi potestatem, quod scilicet misericordia judicium temperando judicat Deus, si ad eum accedere volueris, habes ad eam rem verba psalmi centesimi.

XXIV. Cum infirma sit natura nostra, si propter vitæ angustias, quasi inops factus animo deficias, volueris que consolationem accipere, habes 101. psalmum. Et quoniam decet nos per omnia, & in omnibus gratias Deo agere, cum volueris ipsum benedicere, habes ad animum tuum excitandum, 102. & 103. Vis laudare Deum, atque nosse, quomodo, & qua de causa laudandus sit, & quænam laudantem proferre deceat? habes 104. & 106. & 134. & 145. & 146. & 147. & 148. & 150. Habes fidem, sicut Dominus dixit, & credis ea, quæ orando loqueris? dic centesimum decimum-quintum. Sentis te operibus tuis ascendere, ita ut dicere possis: *Quæ retro sunt obliviscor, ad ea, quæ ante sunt, extendo meipsum?* habes ad dicendum in singulis profectubus quindecim graduum cantica.

XXV. In captivitatem redactus es ab alienis cogitationibus, atque sensisti te seductum, & pœnitentiam egisti, in posterum desine, atque gradum sistens ubi te peccantem deprehendisti, sede, & plora, & prout fecit olim populus, dic verba 136. psalmi. Tentationes probationem esse tuam ratus, si post tentationes velis gratias agere, habes 138. Ab inimicis iterum teneris, & liberari cupis? dic verba 139. Vis supplicare, & orare? psalle quintum, & 142. Inimicus tyrannus insurrexit in populum, & in te, sicut in David Goliath, ne timeas: sed tu quemadmodum David crede, & psalle verba 143. Deinde admirans beneficia Dei in omnes, memorque ejus erga te, & erga omnes bonitatis, si pro-

si propterea volueris Deo benedicere, dic Davidis verba, quæ & ipse dixit in 144. psalmo. Vis Domino canere? quæ dicas suppetunt in 92. & 97. Si cum pusillus esses prælatus sis ad usum quempiam fratrum tuorum, ne adversus illos extollare: sed gloriam Domino, qui te elegit, tribuens, psalle & tu 151. qui proprius est Davidis. Sed canere vis psalmos resonantes laudem Dei, seu habentes titulum Alleluja, habes 104. 105. 106. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150.

XXVI. Cum volueris ea, quæ Salvatorem proprie spectant, psallere, in singulis pene psalmis hæc invenies, præcipue autem habes 44. & 109. qui præcipuam ejus ex Patre generationem, ejusque in corpore adventum significant; 21. & 68. qui de divina Cruce prænuntiant, quantas pro nobis sustinuerit insidias, & quam multa passus sit; & secundum, & 108. indicantes Judæorum insidias, malitiamque, & Judæ Iscariotæ proditionem; & vigesimum, item 49. & 71. significantes Regnum ejus & judicandi potestatem, nec non secundum ejus in carne ad nos adventum, & vocationem Gentium. Et decimus-quintus declarat ejus a mortuis Resurrectionem: vigesimus-tertius, & quadragesimus-sextus, annuntiant ejus ad Cælos adscensum. Cum autem legeris nonagesimum-secundum, & 95. & 97. & 98. beneficia Salvatoris per cruciatus ejus nobis collata poteris contemplari.

XXVII. Talis est character libri psalmorum ad hominum utilitatem accommodatus; quos quidem psalmos alios ad emendationem motuum singularum animarum conscriptos esse, reliquos vero de adventu in corpore Domini nostri Jesu Christi frequentiores habere prophetias, superius diximus. Quid causæ autem sit, quod ejusmodi sermones cum modulatione, & cantu psallantur, nequaquam prætermittendum est. Quidam enim inter nos simpliciores, tametsi credunt verba esse divinitus inspirata, arbitrantur tamen ob soni suavitatem, voluptatemque aurium psalmos cani. At nequaquam ita se res habet; non enim suave, aut demulcens quæsivit scriptura: sed id quoque ad animæ utilitatem constitutum est, omnibus, sed duabus maxime de causis; primo, quia decuit divinam scripturam, non compresse, sed in latitudine vocis Deum hymnis celebrare. Continua igitur oratione dicuntur legis, & Prophetarum verba, necnon historiæ omnes, cum novo Testamento; fusius autem efferuntur psalmorum, odarum, & canticorum verba, atque ita servatur illud, ut homines totis viribus, & tota virtute diligant. Secundo, quemadmodum harmonia tibias apte componens unum concentum efficit, ita cum in anima varii sint motus, insitque vis cogitandi, concupiscendi, irascendi, ex quorum motione membrorum corporis operatio exoritur, ratio postulat, hominem secum non dissentire, nec a semetipso diffidere; ita ut optima quidem cogitet, pessima vero faciat, ut Pilatus, (Joan. 18. v. 38.) qui dixit quidem: *Nullam causam mortis invenio in illo*: attamen cum Judæorum sententia convenit: aut prava concupiscat, non possit autem perpetrare, ut senes in Susannam: aut rursum a fornicatione abstineat quidem, sed furetur; aut non furetur quidem, sed occidat; aut non occidat, sed blasphemet.

XXVIII. Ne itaque aliqua hujusmodi perturbatio in nobis sit, ratio postulat, ut anima, (1. Cor. 2. v. 16.) quæ ut ait Apostolus Christi mentem habet, ea duce utatur, atque per illam animi affectus cohibeat, & corporis membris imperet, quo rationi obsequantur; ut sicut in harmonia plectrum, ita ipse homo quasi psalterium effectus, & spiritui omnino intentus, omnibus membris, motibusque suis obediat, inserviatque Dei voluntati. Istiusmodi autem imperturbati, & sedati animi imago typusque est harmonica illa psalmorum lectio. Quemadmodum enim verbis, quæ proferimus, animi cogitationes prodimus, atque indicamus; sic cum spiritualem in anima harmoniam, verborum modulatione, quasi symbolo significari velit Dominus, jussit, ut cum modulatione psalleretur, atque psalmi cum cantu recitarentur. Et illud est animæ * desiderium, ut recte affecta & composita sit, ut scriptum est: *Lætatur quis in vobis? psallat*. (* gaudium. Jacob 5. v. 13.) Hoc modo si quid in ea turbulentum, asperum, & incompositum est, psalmodia mitigatur; Tristitia vero levatur psallentibus nobis: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?* (Psalm. 41. v. 6. 12. & 42. 5.) Errorem vero suum agnoscet dicendo: *Mei autem pene moti sunt pedes*. (Psalm. 72. v. 2.) Metum autem spe confirmabit dicens: *Dominus mihi adjutor, & non timebo quid faciat mihi homo*. (Psalm. 117. v. 6.)

XXIX. (Quid sit prudenter psallere.) Qui igitur hoc modo divina cantica non legunt, non prudenter psallunt, sed sese oblectant, culpandi sane, quia *non est speciosa laus in ore peccatoris*. (Eccl. 15. v. 9.) Qui autem prædicto modo psallunt, ita ut verborum modulatio ex animæ numeris, & ex consonantia cum spiritu proferatur, hi lingua quidem psallunt, psallentes autem & mente, non sibi solum, sed etiam audire eos volentibus magnæ sunt utilitati. Beatus igitur David, quum eo modo Sauli (1. Reg. 16. v. 23.) psalleret, non solum Deo placebat, sed & perturbationem & furoris morbum ex Saule abigebat, parabatque illius animæ tranquillitatem. Ita quoque Sacerdotes dum psallerent, populorum animos ad tranquillitatem advocabant, & ad concordiam cum iis, qui in Cælis choreas agunt. Quod itaque cum modulatione psalmi dicantur, id non fit ex suavis concentus studio, sed signum est harmoniæ cogitationum animæ. Harmonicaque lectio, indicium est animæ recte compositæ, atque tranquillæ. Etenim Deum laudare in cymbalis bene sonantibus, in cithara & decachordo psalterio, argumentum illud erat & signum membra corporis, instar chordarum, rite composita esse, cogitationesque animæ sicut cymbala esse, ac denique sono, & nutu spiritus hæc omnia moveri, & vivere; ac proinde, secundum quod scriptum est, *spiritu quidem hominem vivere, & facta corporis mortificare*. (Rom. 8. 13.) Quamobrem qui recte psallit, animam suam componit, & quasi ex inæqualitate, ad æqualitatem adducit; ita ut secundum naturam consistens a nullo perterreatur, quin potius phantasiis tranquilla evadat, & majori futurorum desiderio adficiatur. Sacrorum namque verborum modulatione recte composita, passionum suarum obliviscitur; & læta respicit ad intellectum eorum, quæ sunt in Christo optima quæque cogitans.

XXX. Oportet igitur, o fili, ut quisquis hunc librum legit, legat quidem sincere, & probo animo omnia, quæ in illo habentur, utpote divinitus inspirata, ac demum ex illis, veluti ex horti fructibus, eos decerpat, quos sibi utiles, & necessitatibus suis accommodos esse perspexerit. Existimo namque in hujusce libri verbis, omnem humanam vitam, animæque affectiones, cogitationumque motus contineri atque describi, nihilque iis amplius in hominibus reperiri. Nam sive pœnitentia sive confessione sit opus, si-

ve

ve tribulatio aut tentatio apprehenderit, ſive quis perſequutionem paſſus, ſive ab inſidiis liberatus, ſive mœſtus aut turbatus ſit, aut aliquid hujuſmodi patiatur, quemadmodum ſuperius dictum eſt: aut ſi videt ſe quidem proficere, hoſtem vero deſtrui, ſive laudare, ſive gratias agere, ſive Domino benedicere velit, habet horum doctrinam in divinis pſalmis. Licet enim illi in ſingulis, quod voluerit ex ſupradictis eligere, & quaſi de ſe dicta eſſent, ea recitare; ac perinde affectum atque ſcriptum eſt, ea ipſa Deo referre.

Pſalmi non ſæcularis eloquentiæ verbis ornandi.

XXXI. Ne quis autem ea ſæcularis eloquentiæ verbis exornare aggrediatur, neque conetur quiſpiam dicta tranſponere, aut ullatenus immutare; ſed ſine ullo artificio, prout dicta ſunt, ea recitet, & pſallat, ut ſancti Viri, qui ea ipſa nobis, ut Miniſtri, tradidere, ſua agnoſcentes verba, nobiſcum orent; imo potius ut Spiritus, qui in Sanctis loquutus eſt, ibi conſpiciens verba ſua illis inſpirata, nobis opituletur. Quanto enim præſtantior eſt Sanctorum vita aliorum vita, tanto excellentiora eorum verba ſermonibus noſtris, atque efficaciora eſſe jure quis dixerit. His enim Deo placuerunt, & hæc dicentes, ut ait Apoſtolus: *Vicerunt Regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos.*

Hebr. 11. v. 33. 34. 35.

XXXII. Unuſquiſque igitur hæc jam dicens confidat fore, ut per ea Deus ſupplicantes auditurus ſit: ſive enim tribulatur, qui hæc dicit, magnam percipiet in ipſis conſolationem; ſive tentatur, aut perſequutionem patitur, qui ita pſallit, probatior apparebit, atque a Domino protegetur, qui etiam hæc proferentem defendit; his Diabolum fugabit, dæmoneſque ejus abiget. Hæc porro dicens, ſi quidem peccaverit, ſeſe ad pudorem vertet, atque peccandi finem faciet; ſi non peccaverit, ſe lætum conſpiciet, quia iis, quæ ante ſunt, extenditur, atque oppugnatus ita pſalmorum vi prævalebit; non commovebitur autem in æternum a veritate: imo deceptores, & qui eum in errorem deducere tentaverint, coarguet; & hujus rei ſponſor non homo eſt, ſed ipſa divina ſcriptura. Deus enim præcepit Moyſi, ut magnam Odam conſcriberet, doceretque populum; atque eum, qui princeps conſtitutus eſſet, jubet ſcribere Deuteronomium, & illud præ manibus habere, ſemperque ejus verba meditari, quippe ſufficientia ſunt tum ad virtutis commonitionem, tum ad opem iis ferendam, qui ſincero animo meditati ea fuerint. Sane cum in terram promiſſionis ingreſſus eſt Jeſus Nave, conſpectis gentium caſtris, Regibus Amorrhæorum omnibus ad bellum congregatis, vice telorum, gladiorumque Deuteronomium legit ad aures omnium, verbaque legis in memoriam revocavit, atque quum iis populum ceu armis inſtruxiſſet, inimicos ſuperavit. Rex autem Joſias, invento libro, & ad omnium aures perlecto, non ultra inimicos reformidavit. Et ſi quando bellum populo ingrueret, arca, quæ legis volumina continebat, omnes præcedebat, & id illis æque ad ſubſidium ſufficiebat, ac quælibet acies, niſi quoddam inter bajulos ejus aut inter populum eſſet peccatum, aut hypocriſis, quæ prævaleret. Fide namque & probo ſinceroque affectu eſt opus, ut lex in iis, quæ in votis ſunt, ſuffragetur.

Deut. 31. v. 19.
Deut. 17. v. 18.
Joſue 8. v. 34. 35.
4. Reg. 22. v. 8. & ſeqq.

XXXIII. Ego certe, ajebat ſenex, audivi a prudentibus viris, quod olim in Iſraele ſola ſcripturarum lectione dæmones fugabant, & inſidias ab ipſis adverſum homines paratas deſtruebant. Quare omni damnatione dignos eſſe dicebat eos, qui his omiſſis, adſcitiſque aliunde verbis elegantibus, in iis ſeſe exorciſtas nominarent. Potius enim ludunt, ac ſe Dæmonibus ridendos offerunt; ſicut accidit Judæis filiis Scevæ, qui eo ipſo modo exorcizare tentaverunt. Hæc itaque cum audiunt ab ipſis Dæmones, eis illudunt; contra vero Sanctorum verba reformidant, nec poſſunt ea ſuſtinere. In Scripturarum namque verbis eſt Dominus, quem cum ferre non poſſent, clamabant: *Rogo te ne me ante tempus torqueas.* Urebantur ſiquidem cum præſentem Dominum tantum viderent. Ita & Paulus imperavit impuris Dæmonibus, ita & Diſcipulis ſubjiciebantur Dæmonia. Et ſuper Eliſæum Prophetam facta eſt manus Domini, quum tribus Regibus prophetavit de aquis: dum ſcilicet pſaltes juxta ejus mandatum pſalleret. Eodem modo etiam nunc ſi quis de patientibus ſollicitus ſit, iſta dicat, patientemque valde juvabit, ſuamque fidem veram, firmamque comprobabit; adeo ut illam Deus intuens, perfectam ſanitatem rogantibus tribuat. Id quum cognoſceret Sanctus ille, ajebat in centeſimo decimo-octavo pſalmo: *In juſtificationibus tuis meditabor, non obliviſcar ſermones tuos.* Et rurſum: *Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* In his enim etiam ſalutem conſequuti ſunt, dicentes: *Niſi quod lex tua meditatio mea eſt, tunc forte periiſſem in humilitate mea.* Unde & Paulus his ipſis confirmabat diſcipulum ſuum dicens: *Hæc meditare, in his eſto, ut profectus tuus manifeſtus ſit.* Hæc etiam tu meditans, atque ita pſalmos ſapienter legens, uniuſcujuſque ſenſum, *Spiritu duce*, conſequi poteris. Talem vero vitam tu quoque imitaberis, qualem habuerunt, qui hæc loquuti ſunt Deiferi Sancti Viri.

Actor. 19. v. 14. & ſeqq.
Luc. 8. v. 28. & Matth. 8. v. 29.
Actor. 16. v. 18.
4. Reg. 3. v. 15. & ſeqq.
Pſal. 118. v. 16.
Ibid. v. 54.
Ibid. v. 92.
1. Tim. 4. v. 15.

Quo-

Quoniam in Codice Alexandrino post epistolam Sancti Athanasii ad Marcellinum sequuntur argumenta Psalmorum Eusebii Pamphyli Episcopi Cæsariensis, quæ ad Psalmorum distributionem, atque intelligentiam pertinent, præsertim ad percipiendum mystagogicum cujusque Psalmi sensum: tum etiam Canones diurni, & nocturni Psalmorum; itemque matutini, & vespertini, quibus docetur, quinam Psalmi sint dicendi mane, ac singulis diei horis, quinam item vesperi, ubi lumina accenduntur, ac quacumque noctis hora: Hæc omnia quum non longis sermonibus, sed paucis verbis contineantur, haud ingratum futurum Lectori existimavi, si hoc loco adjungerem.

HYPOTHESES EUSEBII PAMPHYLI.

Libri Psalmorum hæc quidem posset esse divisio; sicut accurata continent exemplaria, ipsumque Hebraicum.
Non sic existimet aliquis, quod omnes sint Davidis Psalmi;
Sed etiam aliorum Prophetarum in psalmis prophetantium;
Propter quod hæc omnis scriptura apud Hebræos non Davidis inscribitur,
Sed indefinite liber Psalmorum nominatur.
In partes quinque hunc totum Psalmorum librum Hebræorum filii dividunt.
Primam; in eos, qui sunt a primo usque ad quadragesimum.
Secundam; in eos, qui sunt a quadragesimo-primo usque ad septuagesimum-primum.
Tertiam; in eos, qui sunt a septuagesimo-secundo usque ad octuagesimum-octavum.
Quartam; in eos, qui sunt ab octuagesimo-nono usque ad centesimum-quintum.
Quintam; in eos, qui sunt a centesimo-sexto usque ad finem libri.

Psalmi sine inscriptione	19.
Psalmi cum inscriptione	131.

Eorum, qui Inscriptionem habent, divisio.

Ipsius quidem David	72.
Filiorum vero Core	11.
Ipsius Asaph	12.
Æthan Israelitæ	1.
Salomonis	2.
Moysis	1.
Sine nomine	17.
Allelujatici	15.

Sunt autem sine nomine, quotquot Inscriptionem quidem habent; sed non indicant cujus sint.

Psalmi sine inscriptione	19.
Omnes simul	150.

58. Quando misit Saul, ut interficeret eum.
33. Quando David venit in Nomba ad Abimelec.
56. In speluncam Odollam.
51. Doec prodit David.
62. David fugit in eremum Judææ.
63. Ziphæi produnt David in spelunca.
55. Allophyli in Geth.
59. Post mortem Saul.
50. Quando venit ad eum Nathan Propheta.
3. Quando fugiebat a facie Abessalon filii sui.
7. Super verba Chusi filii Jemini.

Psalmorum Historia hanc habet seriem; immutata vero fuit inventionis tempore.

ARGUMENTA IN PSALMOS.

1. Exhortatio ad pietatem in Deum, & dehortatio a contrario.
2. Prophetia de Christo, & vocatione Gentium.
3. Prophetia bonorum, quæ ventura erant Davidi.
4. Prophetia Davidis de iis, quæ passus est.
5. Oratio ex persona Ecclesiæ.
6. Doctrina confessionis.
7. Confessio Davidis; & Prophetia vocationis Gentium.
8. Prophetia vocationis Gentium.
9. Mors Christi, & Resurrectio, & Regni assumptio, inimicorumque omnium destructio.
10. Triumphalis hymnus ejus, qui secundum Deum decertat.
11. Accusatio malignorum, & Prophetia adventus Christi.
12. Inimicorum insurrectio, & expectatio * Christi. (* adventus)
13. Accusatio malignorum, & Prophetia adventus Christi.
14. Restitutio ejus, qui secundum Deum perfectus est.
15. Ecclesiæ electio, & Christi Resurrectio.
16. Viri perfecti, vel ipsius Christi, & oratio pro iis, qui per ipsum salvandi sunt.
17. Gratiarum actio Davidis, & Prophetia Adventus, & Ascensionis Christi.
18. Theologia cum doctrina * divina. (* morali.)
19. Oratio eorum, qui justum adjuvant.
20. Postulatio (sive interpellatio) eorum, qui David adjuvabant.
21. Prophetia passionum Christi, & vocatio Gentium.
22. Doctrina introductionis novi Populi.
23. Prophetia vocationis Gentium, & consummatio eorum, qui salvantur.
24. Doctrina confessionis.
25. Postulatio (sive interpellatio) ejus, qui secundum Deum proficit.
26. Gratiarum actio, & petitio bonorum.
27. Obsecratio cum Prophetia.
28. Prophetia ænigmatica cum Theologia.
29. Gratiarum actio cum confessione.
30. Confessio cum supplicatione.
31. Prophetia de iis, qui per Christum salvandi sunt.
32. Adhortatio ad hymnologiam cum Theologia.
33. Doctrina gratiarum actionis.
34. Supplicatio justi, & propheria de Christo.
35. Accusatio impiorum cum Theologia.
36. Doctrina religiosæ vitæ.
37. Doctrina confessionis.
38. Postulatio (sive interpellatio) cum confessione.

39. Gratiarum actio ejus, qui a Deo salvatus est, & mentio de Ecclesia.
40. Prophetia de Christo, & de proditore.
41. Supplicatio Prophetarum super rejectione gentis Judæorum.
42. De eodem.
43. De eodem.
44. Christi apparitio & regnum.
45. Apostolorum prædicatio.
46. Vocatio Gentium.
47. Hymnus in Deum pro Ecclesia, & destructio persecutionum.
48. Divini Judicii doctrina.
49. Subversio de sacrificiis legis Moysis, & introductio Ritus novi Testamenti.
50. Doctrina confessionis.
51. Redargutio morum pravorum, & finis eorumdem.
52. Salvatoris apparitio, & atheismi abolitio.
53. Oratio ejus, qui propter Deum persecutionem patitur.
54. Manifestatio eorum, quæ contra Christum ausi sunt.
55. Gratiarum actio justi ab hostibus liberati.
56. Gratiarum actio Davidis, & Prophetia vocationis Gentium.
57. Doctrina de justo judicio Dei.
58. Vocatio Gentium, & Judæorum rejectio.
59. Rejectio gentis Judæorum, & vocatio Gentium.
60. Obsecratio cum gratiarum actione.
61. Doctrina de remediis morborum (animæ.)
62. Gratiarum actio ejus, qui secundum Deum est perfectus.
63. Doctrina de remediis morborum (animæ).
64. Vocatio Gentium.
65. Vocatio Gentium, & Apostolorum prædicatio.
66. De eodem.
67. Christi humanatio, & vocatio Gentium.
68. Passiones Christi, & Judæorum rejectio.
69. Supplicatio justi, vel & ipsius Christi.
70. Christi Passiones, & Resurrectio.
71. Prophetia Regni Christi, & vocationis Gentium.
72. Confessio humanæ infirmitatis super impiorum prosperitate, & Dei longanimitate.
73. Prædictio ultimæ Judæorum obsidionis per Vespasianum & Titum factæ.
74. Christi Theologia, & laudatio Tribunalis Dei.
75. Ultio judicii Dei contra impios.
76. De Dei longanimitate, & mirabilibus operibus ejus.
77. Expositio Christi ad Ecclesiam de prioris populi transgressione.
78. Prophetia eorum, quæ acciderunt Judæis per Antiochum, Historia in Maccabæis extat.
79. Prophetia obsidionis ab Assyriis, & obsecratio de apparitione Christi.
80. Vocatio Gentinm, & doctrina eorum, quæ acciderunt priori populo.
81. Redargutio Principum gentis Judæorum, & Prophetia de Gentibus.
82. Obsecratio pro Populo tristia patiente, & Prophetia de fine inimicorum Dei.
83. Prophetia de Christo, & de Ecclesiis ejus.
84. Prophetia in Christum, & eos, qui per ipsum sunt redempti.
85. Oratio Davidi, & Prophetia vocationis Gentium.
86. Christi humanatio, & vocatio Gentium.
87. Christi mortem prophetat.
88. Christi Regnum ex semine David.
89. Judæorum rejectio.
90. Christi victoria, & omnis, qui secundum eum perficitur.
91. De requie, quæ secundum Deum est.
92. Hymnus Regni Christi super primo ejus adventu.
93. De persecutionibus contra Ecclesiam.
94. Vocatio Judæorum, & reprobatio eorumdem.
95. Vocatio Gentium, & adventus Christi.
96. Hymnus Regni Christi super secundo ejus adventu.
97. Vocatio Gentium, & Christi adventus.
98. Hymnus Regni Christi.
99. Vocatio Gentium.
100. Hymnus ejus, qui secundum Deum perficitur.
101. Ejulatus super priori Populo, & Prophetia novi Populi, & vocatio Gentium.
102. Doctrina gratiarum actionis.
103. Doctrina confessionis.
104. Doctrina Gentibus de beneficiis Dei in priorem Populum.
105. Doctrina impietatis Gentium Judæorum.
106. Prophetia vocationis Gentium, * & bonorum petitio Dei assumptionis. * & illuminationis Verbi Dei in homines.
107. Vocatio Gentium.
108. Passiones Christi.
109. Victoria Christi.
110. Gratiarum actio Christi.
111. Novi Populi vocatio, & Christi doctrina.
112. Novi populi vocatio.
113. Novi populi doctrina.
114. Novi populi profectus.
115. Novi populi perfectio.
116. Vocatio Gentium.
117. Victoria eorum, qui in Christo decertant, & Prophetia Christi.
118. Institutio * introductionis ad ea, quæ secundum Deum sunt. * elevationis
119. Incolatus.
120. Reditus Babylonis, & dispersionis.
121. Bonorum promissio.
122. Orationis.
123. Gratiarum actionis.
124. Restitutionis.
125. Expectatio futurorum.
126. Ædificationis Ecclesiæ.
127. Vocatio Gentium.
128. Victoriæ exercitus Dei.
129. Orationis Martyrum.
130. De humilitate.
131. Oratio Davidis, & apparitio Christi.
132. De Populo perfecto.
133. De Populo venturo.
134. Doctrina introductoria.
135. Gratiarum actio perfecta redemptorum.
136. Sanctorum voces in captivitate.
137. Gratiarum actio cum Prophetia.
138. Postulatio (sive interpellatio) Justi cum confessione.
139. Vox decertantis secundum Deum,
140. Vox perfecti secundum Deum.
141. Vox ejus, qui propter Deum oppugnatur.
142. Oratio confitentis.
143. Gratiarum actio ejus, qui victoriam est consequutus.
144. Hymnus cum Theologia.
145. Hymnus cum Theologia.
146. Hymnus cum Theologia.

147. Hy-


147. Hymnus cum Theologia.
148. Hymnus cum Theologia.
149. Hymnus cum Prophetia.
150. Adhortatio generalis ad hymnum.

CANONES DIURNI PSALMORUM.

Matutini 3.	LXII. CXL. CXLI.
Hora I. Psalmus	VIII.
hor. II. Psalmus	XXIX.
hor. III. Psalmus	I.
hor. IV. Psalmus	XLI.
hor. V. Psalmus	L.
hor. VI. Psalmus	LXX.
hor. VII. Psalmus	LXIX.
hor. VIII. Psalmus	LXXXIV.
hor. IX. Psalmus	CXI.
hor. X. Psalmus	CXL.
hor. XI. Psalmus	CVIII.
hor. XII. Psalmus	CXX.

CANONES NOCTURNI PSALMORUM.

Lucernales 3.	CXXIX. CXL. XII.
Hora I. Psalmus	LXXIV.
hor. II. Psalmus	XXIX.
hor. III. Psalmus	LIV.
hor. IV. Psalmus	VI.
hor. V. Psalmus	IV.
hor. VI. Psalmus	XL.
hor. VII. Psalmus	LI.
hor. VIII. Psalmus	LXXX.
hor. IX. Psalmus	LXXXVII.
hor. X. Psalmus	XCV.
hor. XI. Psalmus	XXI.
hor. XII. Psalmus	LVI.



Moni-

Monitum ad Lectorem excerptum ex Antonelli præfatione Appendici præfixa.

POSTEAQUAM Commentarius, seu Interpretatio Psalmorum Magni Athanasii nomine insignita in publicum prodierat, forte fortuna contigit, ut Scriptores Bibliothecæ Vaticanæ, cum Codices, in quibus Psalterium, aliique veteris, novique Testamenti libri continentur, evolverent, in eum inciderent, quo & Psalmi, & Commentarius noster inerat. Qua de re statim admonitus ad Vaticanam Bibliothecam me contuli, & potestate mihi a Summo Pontifice BENEDICTO XIV. benigne facta, Codicem mecum domum retuli, eoque cum Commentario a me in lucem edito, quo citius per occupationes licuit, collato, varias lectiones ea majori diligentia, qua potui, exscripsi, easque, ratus sum, me rem gratam Lectori facturum, si ad calcem Commentarii, seu Interpretationis jam typis impressæ adjungerem *. Siquidem plura, quæ in nostro Codice deerant, supplentur: multa ex conjectura a me emendata confirmantur: plurima prave, mendose, ac præpostero ordine scripta corriguntur. Demum divisionem Psalmorum in minores versiculos per cola & commata, ut veteres vocant, quam servatam fuisse a nostro Psalterii Interprete, ex antiquo more ac consuetudine verosimiliter conjeceram, veram esse & minime commentitiam manifesto ostenditur, & multa ita se habere, ut per conjecturam fuerant a me emendata, probantur.

Codex autem extat in Bibliotheca Vaticana inter Codices Palatinos numero 44. ea forma, quam vulgo in quarto vocant. Est quidem membraneus, non autem chartaceus, ut ille, quo in mea editione adornanda usus sum. Scriptus est sæculo nono exeunte, ut ex charactere, tum certius ex verbis constat, quæ in adnotatione ad calcem Codicis adscripta leguntur: Hæc autem in latinum versa talia sunt;

Ut dulcis navigantibus tranquillus portus
Ita & scribentibus ultimus versus.

Scriptus est liber iste interpretis Psalterii
manu Leonis Tabularii Monobasiæ
Mense Augusto 28. die 2. Ind....
* *anno 6045.*
Lector deprecare mihi, ut per Christum
liberer ab igne Gehennæ.

* An. 6405. a creatione Mundi apud Græcos, est a nativitate Christi 897.

Codicis inscriptio, ex qua nomen Auctoris Interpretationis Psalmorum certius nobis compertum fieret, majori ex parte deleta est. Literas vero, quæ adhuc supersunt, & quæ, præ vetustate quidem jam fugientes, aliqua tamen diligentia, & cura adhibita, legi poterant, cæteris omnino deletis, hoc loco adscribam

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΩΝ .... CΙΟΥ ΤΟΥ ....


eas autem sic legerem:

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

INTERPRETATIO PSALMORUM MAGNI ATHANASII

Post inscriptionem sequitur primus Psalmus cum interpretatione, quæ deerat in nostro Codice. Sed verba Psalmi, & interpretationis vel vetustate, vel humiditate, vel alio casu non minima ex parte obliterata, & corrupta non absque maxima difficultate legi potuerunt; ea autem quacumque potui diligentia a me descripta Lector reperiet.

* *Quæ vero Antonellus ad calcem Commentarii adjunxit, nos suis locis inseruimus.*





LIBER PSALMORUM.

Psalmus David sine titulo apud Hebræos. Psalmus I.

1. BEatus Vir, qui non abiit in consilio impiorum,
2. Et in via peccatorum non stetit,
3. Et in cathedra pestilentiæ non sedit.
4. Sed in lege Domini voluntas ejus,
5. Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
6. Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum,
7. Quod fructum suum dabit in tempore suo,
8. Et folium ejus non defluet;
9. Et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.
10. Non sic impii, non sic;
11. Sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
12. Ideo non resurgent impii in judicio,
13. Neque peccatores in concilio justorum.
14. Quoniam novit Dominus viam justorum,
15. Et iter impiorum peribit.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

Interpretatio.

Psalmus primus deest: ita scriptum legitur rubris litteris in margine paginæ Psalterii Græci & Latini typis impressi, & paginis nostri Codicis insertæ; in inferiori autem margine ad verba illa: ἡ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται, iter impiorum peribit: hæc adnotata sunt; τὰ ἐπιτηδεύματα τοῦ διαβόλου μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἔτι ἔσονται. Diabolica studia, & adinventiones non amplius erunt post resurrectionem.

Subjicimus iterum Psalmum Primum cum Interpretatione, prout exstat in Codice Vaticano. Vide Monitum supra.

INTERPRETATIO PSALMORUM MAGNI ATHANASII

Psalm. I.

1. BEatus vir, qui non abiit in consilio impiorum,
2. Et in via peccatorum non stetit,
Quam beati sunt, qui talia & ita faciunt.
3. Et in Cathedra pestilentiæ non sedit.
Joseph etiam ab Arimathæa non consedit cum Judæis.
4. Sed in lege Domini voluntas ejus,
(a) faciens. Explorans quod Deo placitum est, & illud (a)...
5. Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
6. Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum,
Die ac nocte meditans in lege, est veluti arbor (b) .... irrigata a (c) .... (d) ... in Paradiso (e) .... ita & (f) .. (g) ....

(b) semper bene vivens, & (c) dulci (d) fonte (e) indesinenter, (f) hi (g) a Domino

7. Quod fructum suum dabit in tempore suo.
Cum (h) .... tempestivum fructum præbebit. (h) advenerit Jesus,
8. Et folia ejus non defluent,
Et decor animæ non excidet.
9. Et omnia quæcumque faciet prosperabuntur.
Diligentibus autem Deum omnia (i) .... (i) cooperantur in bonum.
10. Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
(k) .... maledicti (l) .... æternum paratum (m) ....
11. Ideo non resurgent impii in judicio,
Ad Dei interrogationem.

(k) Cum dicet ipsis: abite (l) in ignem (m) diabolo & angelis ejus.

12. Neque peccatores in consilio Justorum.
In Congregatione Justorum inquit; separabit enim Justos a Peccatoribus.
13. Quoniam noscit Dominus viam Justorum,
Quia rectæ sunt actiones, in quibus ambulant.
14. Et via impiorum peribit.
Adinventiones Diaboli post resurrectionem non amplius erunt.

Sine titulo. Psalm. II.

1. QUare fremuerunt Gentes,
2. Et populi meditati sunt inania?
3. Astiterunt reges terræ,
4. Et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus.
5. Dirumpamus vincula eorum,
6. Et projiciamus a nobis jugum ipsorum.
7. Qui habitat in cælis irridebit eos,
8. Et Dominus subsannabit eos.
9. Tunc loquetur ad eos in ira sua,
10. Et in furore suo conturbabit eos.
11. Ego autem constitutus sum Rex ab eo.
12. Super Sion mootem sanctum ejus,
13. Prædicans præceptum ejus.
14. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu,
15. Ego hodie geoui te.
16. Postula a me, & dabo tibi geotes hæreditatem tuam,
17. Et possessionem tuam terminos terræ.
18. Reges eos io virga ferrea,
19. Et tamquam vas figuli confringes eos.
20. Et nunc reges intelligite,
21. Erudimini, qui judicatis terram.
22. Servite Domino in timore:
23. Et exultate ei cum tremore.
24. Apprehendite disciplinam,
25. Ne quando irascatur Dominus,
26. Et pereatis de via justa.
27. Cum exarserit in brevi ira ejus,
28. Beati omnes, qui confidunt in eo.

Psalmus David cum fugeret a facie Absalom filii sui. Psalm. III.

1. DOmine quid multiplicati sunt, qui tribulant me?
2. Multi insurgunt adversum me.
3. Multi dicunt animæ meæ;
4. Non est salus ipsi in Deo ejus.

* (*) *Diapsalma.* * *Ita Cod. Vatic.*

5. Tu autem Domine susceptor meus es,

6. Glo-

Titulus sive inscriptio, quæ huic Psalmo præmittitur cinnabari confecta continet: psalmum esse *sine titulo*, quod significat: psalmum, qui subjicitur, manifestare Gentium & Judæorum ignorantiam. Omne enim, quod titulum sive inscriptionem non habet, multis ignotum est. Subjectus igitur psalmus Gentium (*a*) & Judæorum ignorantiam accusat: ignorantiam quidem, quam
Jo. Ev. I. 10. I. ad Cor. II. 8. de Domino suo habuisse, ostenderunt, quemadmodum (*b*) scriptum est: *in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit;* si enim eum cognovissent, eum non crucifixissent. Quoniam igitur psalmus illorum increpat ignorantiam, ideo (*c*) nullus in eo inscribitur titulus. Ut magis feriat, seipsum Psalmo intendens, *Quare*, ecepit dicere.

1. Quid enim insurrexerunt contra Deum,
2. Et adversus eum deliberaverunt, quæ non potueruot perficere?
3. Herodes Rex,
4. Pootius Pilatus, Annas, & Caiphas.
5. Vinculum dilectionis, quo Angeli cum eis conjungebantur.

Act. VII. 53. 6. Accipientes enim legem in dispositione Angelorum, non eustodiverunt eam, sed servi facti sunt peccato.

7. 8. Nam in die judicii contemnet eos,
9. In Judicio loquetur ad eos in ira sua,
10. Et projiciet eos a facie sua.
11. Ego enim declaratus sum Rex a Patre cum (*d*) ea, quæ hic subjiciuntur, dixit: *tu es Filius meus dilectus.* *Matth. III. 17. XVII. 5. II. Petr. I. 17.*
12. *Sion* interpretatur *locus*, ubi tabernaeulum. Rex igitur declaratus est a Patre io Sion, hoc est in Cælis, ibi verum tabernaculum, quod ædificavit Dominus, non autem homo.
13. 14. E cælis audire fecit vocem suam (*e*) clamans ad me: *Tu es Filius meus dilectus.*
15. Qua die (*f*) te manifestavi. Nam ante sæcula absconditus eras io me Patre tuo, quemadmodum de illo scriptum est: *existens in sinu Patris.* *Joan. Ev. I. 18.*
16. 17. Ideo dixit in Euangelio: *Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint.* *Joan. Ev. XVII. 24.*
18. 19. In potestate valida omnes, qui tibi non obediunt comminues & domabis.
20. Cognoscite, hunc esse Deum.
21. Si cognoscere non potestis, erudimini e diviois scripturis, quod ipse est Deus noster.
22. Servite, *inquit*, ei in timore, & tremore,
23. Et io regno ejus exultate.
24. Confirmamini in doctrina Domini,
25. Ne quando vobis eam negligentibus ac despicientibus, irascatur,
26. Et vos statione Sanctorum, quæ a dextris est, indignos existimet.
27. Cum igois ultionis ante eum præcedet,
28. Beati omnes, qui in eo spem habent.

Titulus, qui Psalmo præmittitur, cinnabari scriptus continet: *Psalmus David cum fugeret a facie Absalomi filii sui.* Hoc autem est, quod psalmus sigoificat: cum chorus prophetarum persecutionem pateretur a populo Judaico. *David* enim ioterpretatur, *desideratus*, quo (*a*) nomine Prophetarum ehorus designatur. Quemadmodum igitur Absalom se erigere tentabat contra Patrem suum, nempe Davidem, ita etiam Judæi insurrexerunt contra Patres suos Prophetas, non admittentes Dei præcepta, sed illis resisteotes.

1. Cogitationes Deo inimicæ,
2. De Dæmonibus loquitur,
3. Dæmones dicunt animæ meæ, (*b*)
4. Noo potest Deus te liberare e nostris cupiditatibus;
5. Dæmones enim in animam meam irruentes impugnas,

6. Hoc

(*a*) Judaicæ Gentis ignorantiam &c.
(*b*) secundum ea quæ scripta sunt: *in mundo* &c.
(*c*) ideo illud *sine titulo* ei præpositum est. Quam maxime argumento confisus Psalmum aggressus instituit dicere: *Quare* &c.
(*d*) cum ipse diceret, quemadmodum illi olim audiverunt, quæ hic subjiciuntur: *Tu es* &c.
(*e*) suam *deest in Cod.*
(*f*) Nunc te &c.
(*a*) *desideratus*, qualis est chorus Prophetarum, qui accepti non fuerunt. Quemadmodum &c.
(*b*) ad animam meam.
(*) De Diapsalmate, quod apud Hebræos dicitur *sela* סלה, hæc S. Hieronymus in epistola ad Marcellam: *Quidam diapsalma,* *Epist. 138. ad Rom.*

6. Gloria mea, & exaltans caput meum.
7. Voce mea ad Dominum clamavi;
8. Et exaudivit me de monte sancto suo.
9. Ego dormivi & soporatus sum;
10. Et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.
11. Non timebo millia populi circumdantis me.
12. Exsurge Domine; salvum me fac Deus meus.
13. Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa;
14. Dentes peccatorum contrivisti.
15. Domini est salus;
16. Et super populum tuum benedictio tua.

In finem in carminibus Psalmus David. Psalm. IV.

1. Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ;
2. In tribulatione dilatasti mihi.
3. Miserere mei, & exaudi orationem meam.
4. Filii hominum, usquequo gravi corde?
5. Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?
6. Et scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum;
7. Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.
8. Irascimini, & nolite peccare;
9. Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.
10. Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino.
11. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona?
12. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine;
13. Dedisti lætitiam in corde meo.
14. A fructu frumenti, vini*, & olei sui multiplicati sunt. * frumenti & vini
15. In pace in idipsum dormiam & requiescam.
16. Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

In finem pro ea, quæ hæreditatem consequitur Psalmus David. Psal. V.

1. Verba mea auribus percipe Domine;
2. Intellige clamorem meum;
3. Intende voci orationis meæ,
4. Rex meus, & Deus meus.

5. Quo-

6. Hoc est, potestatem, quam prius habebam, dedisti mihi.
7. Clamavi ad eum: Domine salva me,
8. Et exaudivit me de monte (*c*) sancto suo, scilicet e Cælo.
9. Unusquisque Prophetarum dicit; nullus fui in mea prædicatione propter hominum incredulitatem,
10. Novissime autem meus sermo exsurrexit, quoniam Dominus per seipsum (*d*) mundum alloquutus est.
11. Tentationes, ait me aggredientes.
Joan. Ev. xx. 28. 12. Exsurge Domine, de quo dicturus erat Thomas: *Dominus meus & Deus meus.*
13. Quoniam tu crucifixus pro nobis (*e*) percussisti omnes Rectores mundi, hoc est peccati,
14. Eorum scilicet (*f*) doctrinas, quibus devorabant corda hominum, qui illis auscultabant.
15. Tui (*g*) quidem, qui natura ipsa Dominus es,
16. Et super Sanctos tuos gratia tua: omnis enim salus ab homine vana.

Diapsalma interpretatur *semper*. In eo igitur versu, in quo appositum est, notat dictum, quod eo versu continetur, semper esse, sive bonum, sive malum sit, quod versus dicit. Non id solum autem; sed, etiam significat in eo versu, in quo reperitur diapsalma, quod Psalmus loquuturus est de alia persona, & non de illa, de qua loquutus est usque ad diapsalma: Hæc autem est explicatio diapsalmatis.

Titulus, qui Psalmo præmittitur, cinnabari scriptus continet: *In finem in hymnis psalmus David.* Scilicet in hymnum hoc est in laudem psalmus dictus est pro Sanctis Dei (*a*) de immortalibus mysteriis, quibus Sancti Dei salvantur, & ob hymnum canunt Dei Filio, qui salvavit eos. *David* enim interpretatur *manupotens*, qualis est Dominus (*b*) Deus noster.

1. Veniens ad me opem mihi tulisti,
2. Animadvertens meam infirmitatem,
3. Non rejecisti deprecationem meam.
4. Corde lapidei,
5. Quæ in mundo sunt;
6. Intelligite (*c*) quoniam Dominus servum suum glorificavit;
7. Neminem enim despicit eorum, qui ad eum ingemiscunt.
8. 9. Sol non occidat super ira vestra,
10. Orate & psallite corde puro;
11. Filium tuum, & Spiritum tuum Sanctum,
12. Manifestatus est in nobis Filius tuus Domine,
13. Spiritum tuum Sanctum, ait.
14. Ex supercælesti pane, & vino, & gratia Patris (*d*) sancti;
15. Requiescam dicit,
16. Tu solus habitare me fecisti in regno tuo.

Titulus, qui Psalmo præmittitur, cinnabari scriptus continet: *In finem, Pro ea, quæ hæreditatem consequitur, Psalmus David.* Hunc igitur (*a*) psalmum dicit pro Ecclesia, quæ futura est hæres Regni Cælorum. Dicitur autem: *Psalmus David* scilicet Dei Filio. *David* enim interpretatur: *Hic dilectus*, quod dictum est a Patre ad Filium suum Unigenitum (*b*).

1. Ingrediantur verba mea in aures tuas:
2. 3. 4. Expende, quæ tibi a me afferuntur;

5. Quo-

psalma, inquit, *commutationem metri dixerunt esse: alii pausationem spiritus: nonnulli, alterius sensus exordium: sunt, qui rhythmi distinctionem: & quia, psalmi tunc temporis suncta voce ad organum canebantur, cujusdam Musicæ varietatis existiment silentium.* Harum nullam sententiam probat S. Doctor, sed sequitur Aquilam, qui verborum Hebræorum diligentissimus explicator *sela*, quod diapsalma reddiderunt Septuaginta & Theodution & Symmachus, *semper* transtulit. Convenit igitur cum nostro Psalterii Interprete, qui insuper illud addidit, hac voce significari etiam mutationem Personæ, de qua Psalmus loquitur. Theodoretus autem in præfatione commentarii in Psalmos talia scribit: *Diapsalma etiam variis modis exposuerunt: Nonnulli enim intermissionem operationis Spiritus Sancti suspicati sunt esse: alii vaticinationis commutationem: quidam vero cantus vicissitudinem. Unus autem Aquilæ interpretationem sequutus, pro* Diapsalmate *posuit semper cum præcedenti versu id cohærere pronuncians.*

(*c*) cælo sancto suo. *vel. desunt.*
(*d*) per seipsum locutus est eadem mundo.
(*e*) pro me.
(*f*) Horum ipsorum doctrinas &c.
(*g*) Tua enim salus, qui &c.
(*a*) Filii Dei.
(*b*) qui est Jesus.
(*c*) Facite.
(*d*) Spiritus.
(*a*) Hoc igitur est.
(*b*) a Spiritu de Filio suo Unigenito.

5. Quoniam ad te acceſſurus ſum.
6. Cum orietur lux tua in corde meo;
7. Mane aſtabo tibi, & videbis me,
8. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
9. Neque habitabit juxta te malignus,
10. Neque permanebunt injuſti ante oculos tuos.
11. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem,
12. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
13. Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus;
14. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam,
15. Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
16. Domine deduc me in juſtitia tua.
17. Propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.
18. Quoniam non eſt in ore eorum veritas;
19. Cor eorum vanum eſt.
20. Sepulcrum patens eſt guttur eorum;
21. Linguis ſuis doloſe agebant.
22. Judica illos Deus.
23. Decidant a cogitationibus ſuis;
24. Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos;
25. Quoniam irritaverunt te Domine.
26. Et lætentur omnes, qui ſperant in te;
27. In æternum exultabunt, & habitabis in eis.
28. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum;
29. Quoniam tu benedices juſto.
30. Domine, ut ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.

In finem in carminibus pro octava, Pſalmus David. Pſalm. VI.

1. DOmine, ne in furore tuo arguas me;
2. Neque in ira tua corripias me.
3. Miſerere mei Domine; quoniam infirmus ſum,
4. Sana me Domine; quoniam conturbata ſunt oſſa mea:
5. Et anima mea turbata eſt valde.
6. Sed tu Domine uſquequo?
7. Convertere Domine, & eripe animam meam:
8. Salvum me fac propter miſericordiam tuam.
9. Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui,
10. In inferno autem, quis confitebitur tibi?
11. Laboravi in gemitu meo,
12. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum:
13. Lacrymis meis ſtratum meum rigabo.
14. Turbatus eſt a furore oculus meus:
15. Inveteravi inter omnes inimicos meos.
16. Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem:

17. Quo-

---

5. Quoniam ad te orabo Domine,
6. Mane exaudies vocem meam.
7. Cum omnes tenebras diſpulero a me, cujus gratia me tibi ſiſtam (c), & tunc me inſpicies.
8. Non enim tu es Deus libenter videns tenebricoſas cogitationes in corde hominis.
9. Non erit tibi amicus, qui tibi benevolo & mundo corde non ſervit.
10. Non enim digni æſtimabuntur injuſti ſtare coram te in æternitate.
11. Qui facit peccatum, & injuſtitiam facit.
12. Projicies enim eos in ignem, ubi eſt Diabolus pater mendacii.
13. De Caino loquitur, & de reliquis ejus ſimilibus.
14. In ſupernam Hieruſalem.
15. In ſupercæleſti civitate.
16. Dedue me in Filio tuo, quia lux eſt.
17. Fac me incedere in luce tua propter inimicos meos, qui tenebræ ſunt;
18. In doctrina eorum;
19. Cogitatio (d) eorum.
20. Omnes enim devorant, qui peccatis moriuntur.
21. Adulando decipiunt.
22. 23. Non prævaleat conſilium eorum;
24. Quemadmodum ſeipſos elongaverunt a te tempore vitæ ſuæ, ita eos projice abs te in reſurrectione;
25. Quoniam viventes irritaverunt te.
26. Perpetuo lætabuntur, & exultabunt, qui credunt in te,
27. Videntes faciem tuam in æternum.
28. Qui gloriatur, in Domino glorietur:
29. Dicens illis: *Venite Benedicti Patris mei.* Matth. xxv. 34.
30. Per crucem tuam dignos nos feciſti (e) cæleſti Regno.

Pſalmo præpoſitus Titulus, cinnabari ſcriptus continet: *In finem in hymnis pro octava Pſalmus David.* Hoc autem ſignificat: in ſæculorum conſummatione Sancti rogabunt, ut liberentur a judicio, & digni fiant æternæ mercedis retributione. Sexto enim ſæculo conſummatur mundus: Septimo autem (a) Orbem terræ judicat Dominus: Octavo vero hi abeunt in vitam æternam; & hi in ſupplicium æternum. Propterea dictus eſt Pſalmus pro eo, quod liberentur Sancti in octava.

1. 2. Domine, ne extra miſericordiam tuam arguas me, & corripias me.
3. Mente corruptus;
4. Et non ſum firmatus (b) in mandatis tuis.
5. In peccatis commixtus ſum, inquit.
6. 7. Veni Domine, libera animam meam,
8. Quia (c) miſericors es:
9. Qui prorſum memor eſt tui, declinat (d) a peccato;
10. Mens enim, quæ dominatur a peccato, non confitebitur tibi.
11. Gravatus peccato ingemiſcam. (e)
12. Emundabo ab omni peccato (f) corpus meum:
13. Et in lacrymis (g) requiem meam; hoc eſt Dominum lacrymis rigabo, ut meretrix in Euangelio.
14. Pura eſt a ſuggeſtione Diaboli mens mea.
15. Perditus omnino ſum, & in nihilum redactus.
16. Dæmones antea me ducentes ad omnem improbam cupiditatem.

17. Ge-

(c) a me ipſo adſtabo tib .
(d) Cogitationes.
(e) dignos nos fac.
(a) & Septimo.
(b) confirmatus.

(c) Quia tu.
(d) ceſſat.
(e) ingemiſco.
(f) Emundabis a peccato.
(g) Et in lacrymis meis.

17. Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.
18. Exaudivit Dominus deprecationem meam:
19. Dominus orationem meam suscepit.
20. Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei:
21. Convertantur & erubescant valde velociter.

Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Gemini. Psalm. VII.

1. Domine Deus meus in te speravi:
2. Salvum me fac ex * omnibus persequentibus me, & libera me.

* ℣. 2. incipit ab Ex omnibus.

3. Ne quando rapiat ut leo animam meam,
4. Dum non est, qui redimat, neque qui salvum faciat.
5. Domine Deus meus, si feci istud,
6. Si est iniquitas in manibus meis,
7. Si reddidi retribuentibus mihi mala;
8. Decidam merito ab inimicis meis inanis.
9. Persequatur utique inimicus animam meam, & comprehendat,
10. Et conculcet in terra vitam meam;
11. Et gloriam meam in pulverem deducat.
12. Exsurge Domine in ira tua,
13. Et exaltare in finibus inimicorum tuorum.
14. Et exsurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti,
15. Et synagoga populorum circumdabit te.
16. Et propter hanc in altum regredere.
17. Dominus judicabit populos.

Diapsalma.

18. Judica me Domine secundum justitiam tuam,
19. Et secundum innocentiam meam super me.
20. Consumetur nequitia peccatorum,
21. Et diriges justum,
22. Scrutans corda, & renes Deus. *
23. Justum adjutorium meum a Domino,
24. Qui salvos facit rectos corde.
25. Deus, judex justus, fortis, & patiens;
26. Numquid irascitur per singulos dies?
27. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit;
28. Arcum suum tetendit, & paravit illum.
29. Et in eo paravit vasa mortis:
30. Sagittas suas ardentibus effecit.
31. Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.
32. Lacum aperuit, & effodit eum,
33. Et incidet in foveam, quam fecit.
34. Convertetur dolor ejus in caput ejus,
35. Et in verticem ipsius, iniquitas ejus descendet.
36. Confitebor Domino secundum justitiam ejus,
37. Et psallam nomini Domini Altissimi.

* Deus juste, *in marg.* ut Deus. ℣. 23. Adjutorium &c. corde. ℣. 24. Deus, judex justus. ℣. 25. Fortis, & patiens.

17. Gemitum cordis mei.
18. Hanc non aversatus est.
19. Eam enim adimplet.
20. Confundantur, quod non amplius me in captivitatem redigere possunt, qnia custodior a Domino, & hanc ob causam irascantur,
21. Et quam celeriter confusi recedant.

Titulus, qui Psalmo præponitur, cinnabari scriptus continet: *Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Jemini*. Hoc autem significat, quod psalmum David cecinit Filio Dei prophetans de populo, qui futurus erat, ut a peccatis liberaretur, & converteretur, & dignus fieret stare a dextris Christi. Chusi enim interpretatur *Æthiops*, hoc est, pro populo, qui erat niger a peccatis, cecinit psalmum Domino: Jemini autem interpretatur *dextera mea*; quoniam populus Æthiops, niger, inquam, ob peccata liberatus e sinistris stabit a dextris Dei.

1. Te constitui adjutorem meum omni tempore, salva me.
2. Ex Dæmonibus, ait.
3. Sanguipotor Diabolus;
4. Qui illi resistat pro me.
5. Qui dicturus est:
6. Rapina aliqua;
7. Si unquam ultus sum in ipsum; (*a*)
8. Excidam tua adoptione superatus a Dæmonibus:
9. Incidam in manus Diaboli; si quidquam eorum (*b*), quæ dicta sunt commisi.
10. Et scabellum pedum ejus ero omnibus annis meis;
11. Et cor meum in cupiditatibus suis concludet. (*c*)
12. In meum auxilium, in illorum autem exitium.
13. Glorificare in novissimis inimicorum tuorum;
14. De quo dixit Apostolis: *post tres dies resurgam*. Matth. xxvii. 63.
15. Apostoli post resurrectionem totum mundum in fidem congregantes.
16. De assumptione Domini (*d*) loquitur.
17. Corripiet, inquit.
18. Fac mihi Domine secundum justitiam tuam.
19. Secundum dilectionem meam, quam habeo erga te, & erga omnes, ita mihi fac.
20. Peribit, ait.
21. Illuminabis;
22. Intuens cogitationes, & uniuscujusque cupiditates.
23. Verum auxilium a Deo est, inquit, (*e*)
24. Judex utique justus in futuro sæculo; cuique enim retribuet secundum opera (*f*) ejus.
25. Fortis & longanimis: fortis quidem contra adversarias potestates: longanimis autem erga genus humanum.
26. Quemadmodum in eremo intulit iram suam in Judæos, non amplius facit. (*g*)
27. Minas suas (*h*) præparabit contra nos.
28. Prædicationem ejus significat:
29. Contra Diabolum, & potestates ejus;
30. Apostolos contra Dæmones.
31. 32. 33. 34. 35. De Diabolo loquitur. (*i*)
36. (*k*) 37. Et hymnum nomini Domini supercælestis emittam.

Titu-

(*a*) Si unquam me ipsum ultus sum.
(*b*) Si quid unquam aliquid eorum.
(*c*) eorum rursus includet.
(*d*) Christi.
(*e*) Verum auxilium meum dicit.
(*f*) opus.
(*g*) inducit.
(*h*) Iram suam.
(*i*) Hæc omnia de Diabolo dicit.
(*k*) Meipsam in servitutem Domino addicam secundum præcepta ejus.

In finem pro torcularibus, Psalmus David.
Psalmus. VIII.

1. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!
2. Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos:
3. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem
4. Propter inimicos tuos,
5. Ut destruas inimicum & ultorem.
6. Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum,
7. Lunam & stellas, quæ tu fundasti.
8. Quid est homo quod memor es ejus?
9. Aut filius hominis quoniam visitas eum?
10. Minuisti eum paulo minus ab Angelis:
11. Gloria & honore coronasti eum,
12. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.
13. Omnia subjecisti sub pedibus ejus,
14. Oves & boves universas,
15. Insuper & pecora campi,
16. Volucres cæli, & pisces maris,
17. Qui perambulant semitas maris.
18. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

In finem pro occultis filii, Psalmus David.
Psalm. IX.

1. Confitebor tibi Domine in toto corde meo;
2. Narrabo omnia mirabilia tua.
3. Lætabor & exsultabo in te;
4. Psallam nomini tuo Altissime,
5. In convertendo inimicum meum retrorsum;
6. Infirmabuntur, & peribunt a facie tua.
7. Quoniam fecisti judicium meum, & causam meam;
8. Sedisti super thronum, qui judicas justitiam.
9. Increpasti gentes, & periit impius;
10. Nomen ejus delesti in æternum, & in sæculum sæculi.
11. Inimici defecerunt frameæ in finem, & civitates destruxisti.
12. Periit memoria eorum cum sonitu;
13. Et Dominus in æternum permanet.
14. Paravit in judicio thronum suum;
15. Et ipse judicabit orbem terræ in æquitate;
16. Judicabit populos in justitia.
17. Et factus est Dominus refugium pauperi,
18. Adjutor in opportunitatibus, in tribulationibus.

19. Et

Titulus, qui Psalmo præponitur, cinnabari scriptus continet: *In finem pro torcularibus, Psalmus David*. Hoc igitur est, quod dicit: In novissimis temporibus pro iis, qui habent in se ipsis vinum lætificans corda (*a*), hoc est Dominum; idcirco enim eos dixit Torcularia. David igitur in eorum persona psallit Domino.

1. Domine Deus (*b*) noster quam gloriosum est nomen tuum apud omnes: quoniam cum Deus esses, passus es pro nobis.
2. Gratia tua in Apostolis.
3. Pueros significat in templo clamantes, & in Bethleem propter eum occisos.
4. 5. De Judæis, & de Diabolo loquitur.
6. Cælos vocat opera Spiritus Sancti.
7. Lunam vocat mundum, stellas autem Sanctos.
8. Nonne e terra unusquisque est secundum humanam naturam?
9. Cur ita eum dilexisti?
10. De Domino loquitur, & de passione ejus; quoniam Angeli quidem immortales sunt, Filium autem suum consubstantialem morti tradidit Pater pro nobis;
11. Hoc enim ei gloriæ fuit.
12. Omnes, quos creasti homines, fecisti ab eo custodiri.
13. Ipsi enim, cum potens sit, omne genu flectet Cælestium, Terrestrium (*c*) & Infernorum, confitentium, quod Jesus vere Filius tuus est secundum naturam tuæ essentiæ.
14. 15. Diversitatem significat hominum in eum credentium.
16. 17. Aves Cæli nominat eos, qui mentem in Cælestibus habent; pisces autem maris, qui in mundo conversantur.
18. Domine, qui redemisti nos pretioso Sanguine tuo, quam honorabile, & gloriosum est nomen tuum in omnibus gentibus!

Titulus, qui Psalmo præponitur, cinnabari scriptus continet: *In finem pro occultis filii, Psalmus David*. Hoc igitur significat: In novissimo die pro incomprehensibilibus mysteriis Filii (*a*) Dei, psalmum dicit esse David. (*b*)

1. Enunciabo Domine in toto corde meo,
2. Et narrabo omnia mirabilia tua recordatus eorum, quæ a te pro nobis facta sunt.
3. Lætabor, & exultabo in recordatione tui,
4. Et magnifice te laudabo.
5. Diabolum significat.
6. Ab adventu tuo.
7. Consumptis inimicis meis, me vindicasti.
8. Constituisti Apostolos tuos Magistros nostros docens nos operari justitiam.
9. * Admonuisti gentes, ne peccarent; & periit Diabolus.
10. Diabolum, ait, ex libro viventium.
11. Virtutes ejus, & principatus, & potestates significat.
12. Ita pereant, ut eorum ruina audiatur, neque ulla eorum memoria superfit:
13. Dominus autem æterna vita est.
14. Præfinivit thronum suum.
15. Ipse enim de unoquoque judicabit secundum opera ejus.
16. Recte & sine personarum acceptione.
17. 18. Adjutor in opportunitatibus in tribulationibus: In opportunitatibus dicit, veluti cum anima pauper esset, & sine adjutore, factus es ipsi adjutor.

19. Ete-

(*a*) cor.
(*b*) Dominus.
(*c*) siquidem potentia est, omne .... & Terrestrium &c.
(*a*) Filii, *deest in Cod.*
(*b*) dicit David.
* *Versiculus iste in Codice est ultimus versus pag. 8. a tergo.*

Quæ sequuntur paginæ novem scriptæ sunt alio charactere prorsus dissimili, & multo magis recentiori, & continent diversam omnino interpretationem & alio stylo scriptam. Hæc autem inserta videtur ad supplendum Codicis defectum, qui est, ut dixi, a versiculo decimo Psalmi hujus noni usque ad versiculum decimum nonum Psalmi XX.

19. Et sperent in te, qui noverunt nomen tuum;
20. Quoniam non dereliquisti quærentes te, Domine.
21. Psallite Domino, qui habitat in Sion;
22. Annuntiate inter gentes studia ejus;
23. Quoniam requirens sanguinem eorum, recordatus est;
24. Non est oblitus clamorem pauperum.
25. Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis;
26. Qui exsaltas me de portis mortis,
27. Ut annuntiem omnes laudationes tuas,
28. In portis filiæ Sion.
29. Exsultabimus in Salutari tuo:
30. Infixæ sunt Gentes in interitu, quem fecerunt.
31. In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.
32. Cognoscetur Dominus judicia faciens:
33. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.
34. Convertantur peccatores in infernum;
35. Omnes gentes, quæ obliviscuntur Deum:
36. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis.
37. Patientia pauperum non peribit in finem.
38. Exsurge Domine, non confortetur homo:
39. Judicentur gentes in conspectu tuo.
40. Constitue Domine legislatorem super eos:
41. Ut sciant gentes quoniam homines sunt.
42. Ut quid Domine recessisti longe?
43. Despicis in opportunitatibus, in tribulationibus?
44. Dum superbit impius, incenditur pauper.
45. Comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant.
46. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ,
47. Et iniquus benedicitur.
48. Exacerbavit Dominum peccator;
49. Secundum multitudinem iræ suæ non quæret.
50. Non est Deus in conspectu ejus:
51. Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.
52. Auferuntur judicia tua a facie ejus:
53. Omnium inimicorum suorum dominabitur.
54. Dixit enim in corde suo; non movebor a generatione in generationem sine malo.
55. Cujus maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo,
56. Sub lingua ejus, labor & dolor.
57. Sedet in insidiis cum divitibus,
58. In occultis, ut interficiat innocentem.
59. Oculi ejus in pauperem respiciunt:
60. Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.
61. Insidiatur ut rapiat pauperem,
62. Rapere pauperem dum attrahit eum.
63. In laqueo suo humiliabit eum:
64. Inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.
65. Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus:
66. Avertit faciem suam ne videat in finem.
67. Exsurge Domine Deus meus, exaltetur manus tua, ne obliviscaris pauperum tuorum.
68. Propter quid exasperavit impius Deum?

69. Di-

---

19. Etenim non cognoscentes eum, crucifixerunt.
20. Desiderantes te Domine,
21. Laudate Dominum, qui habitat in Sion, ubi visus est.
22. *Studia ejus*: justitias significat.
23. *Sanguinem* vocat animas eorum.
24. *Clamorem pauperum*, clamorem Sanctorum vocat.
25. De Diabolis, ait.
26. *Portas mortis* vocat, doctrinas Diaboli.
27. Ut prædicem omnes laudes tuas.
28. *Sion* quidem interpretatur specula: de superna Hierusalem loquitur.
29. Exsultabimus in passione tua, inquit.
30. 31. *Gentes* vocat potestates inimici in fine sæculorum infixas, & comprehensas in iniquitatibus, quas ipsi invenerunt; propterea dicit: *pes eorum comprehensus est*, hoc est eorum novissima; finis enim totius corporis pes est, propterea allegorice consideratur, & dicitur de sæculorum fine.
32. Cognoverunt omnes, quod potest vindictam facere.
33. Cordis sui, inquit.
34. 35. Omnes enim *peccatores*, qui nunc sunt, in terram revertentur; quoniam obliti sunt Dei, qui creavit eos, & descendent in profundum inferni.
36. 37. Pauperem, & inopem vocat justum.
38. Veni Domine, ne veluti jure suo quisque nostrum libere dominetur.
39. Demonstrentur, quod peccant.
40. Legislatorem Dominum vocat.
41. Cognoscant suam infirmitatem.
42. Sivisti nos voluntate nostra incedere.
43. In opportunitatibus dicit, videlicet cum essem omni auxilio destitutus.
44. Cum insurgit Diabolus adversus Justos, bellum eorum mentibus infert:
45. Et demum quisque hominum his cogitationibus tenetur, quæ a Propheta subjiciuntur.
46. 47. Unusquisque eorum, qui aliquid mali perpetrant, & divitiis abundant, qui se ipsos mundanis cupiditatibus tradunt, laudantur, & glorificantur ab ipsis.
48. 49. Vehementer quidem adversus peccatorem irascitur; rursum autem longanimis est cum eo.
50. 51. Ille autem non intelligens Dei longanimitatem, non sibi proponit Deum Judicem suum futurum; sed quidem in peccatum usquequaque spectat.
52. Secesserunt justificationes tuæ ab inimico.
53. Omnium hominum dnminabitur.
54. Dixit enim in corde suo Diabolus: non desistam a malo a generatione in generationem:
55. Nam perfractum, & jactantiæ plenum est os ejus.
56. In doctrina ipsius mors, & dolor.
57. Insidiatur in cordibus malorum, atque impiorum hominum, excitans eos contra Justos.
58. 59. Observat autem quomodo eum perdat.
60. 61. 62. Cupiditatibus, & iniquis cogitationibus quærit rapere justum.
63. 64. Et dum se deprimit, ut bellum adversus justos gerat, ipse cadet sub eorum pedes; quoniam Deus justis subvenit.
65. 66. Dixit enim in se ipso Diabolus: oblitus est Deus humani generis, nullam de eo curam gerit.
67. Ostendere velis providentiam tuam, quam de nobis habes: ne deponas memoriam eorum, qui se humiliant, & clamant ad te.
68. Quare irritavit impius Deum?

69. Di-

69. Dixit enim in corde suo, non requiret.
70. Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras;
71. Ut tradas eum in manus tuas,
72. Tibi derelictus est pauper:
73. Orphano tu fuisti adjutor.
74. Contere brachium peccatoris & maligni:
75. Quæretur peccatum illius, & non invenietur.
76. Regnabit Dominus in æternum, & in sæculum sæculi:
77. Peribitis gentes de terra illius.
78. Desiderium pauperum exaudivit Dominus:
79. Præparationi cordis eorum attendit auris tua.
80. Judica pupillo & humili:
81. Ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

In finem Psalmus David.
Psalm. X.

1. IN Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ;
2. Transmigra in montem sicut passer?
3. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum;
4. Paraverunt sagittas suas in pharetra,
5. Ut sagittent in obscuro rectos corde:
6. Quoniam quæ perfecisti, ipsi destruxerunt.
7. Justus autem quid fecit?
8. Dominus in templo sancto suo:
9. Dominus, in cælo sedes ejus.
10. Oculi ejus in pauperem respiciunt,
11. Palpebræ ejus interrogant filios hominum.
12. Dominus interrogat justum & impium;
13. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.
14. Pluet super peccatores laqueos:
15. Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.
16. Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit:
17. Æquitates vidit vultus ejus.

In finem pro octava Psalmus David.
Psalm. XI.

1. SAlvum me fac Domine; quoniam defecit Sanctus:
2. Quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum:
3. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum:
4. Labia dolosa in corde, & in corde locuti sunt mala.
5. Disperdet Dominus universa labia dolosa,
6. Et linguam magniloquam:
7. Qui dixerunt; Linguam nostram magnificabimus:
8. Labia nostra a nobis sunt:
9. Quis noster dominus est?
10. Propter miseriam inopum,
11. Et gemitum pauperum,

12. Nunc

---

69. Dixit enim Diabolus in se ipso: qui errarunt, non requiret Deus.
70. 71. Vides tu Domine *dolorem, & laborem*, hoc est, Diabolum, ut tradas eum in adventu tuo sub potestate Sanctorum.
72. Respicit in auxilium tuum.
73. Orphanum dicit eum, qui non habet humanum auxilium.
74. Dominationem Diaboli.
75. 76. Quæretur peccatum ejus, & non amplius ipse Diabolus invenietur; quoniam traditus est in ignem æternum: & demum Dominus solus regnabit.
77. Gentes, quæ ei non obtemperaverunt, a suo cælesti regno alienantur.
78. Desiderium pauperum exaudit Deus & Dominus, quoniam quæ ipsi grata sunt concupiscunt.
79. Clamorem eorum, qui contriti, & humiliati sunt corde, exaudivit auris tua.
80. Vindica eos, qui auxilium non habent;
81. Ne contra ipsos Diabolus, & qui ab eo sunt, superbiant in terris.

Titulus, qui Psalmo præponitur, cinnabari scriptus continet: *In finem Psalmus David*, hoc est in novissimis temporibus psalmus dicitur de Sanctis Dei. David enim interpretatur: *hos desideravi*, hoc est Sanctos.

1. In Deo speravi, quid suadetis?
2. Extolle oculos mentis tuæ ad cælestia, & nullam mundanarum rerum curam gere.
3. 4. 5. Quoniam Dæmones cupiditates, & ostentationes hujus vitæ immittunt inter tenebras mundi in corda justorum.
6. Justificationes Domini, quas ipse præparavit, ipsi subverterunt.
7. Justus autem quid horum fecit?
8. Dominus non in speluncis hæreticorum inhabitat, sed in templo sancto suo.
9. In altissimis.
10. Super justos suos.
11. Intuetur Dominus opera hominum.
12. Dominus denudat, & manifestat cogitationes, animique sensus justi, & impii.
13. 14. 15. Qui adhæret peccato, odit se ipsum; traditur enim igni æterno; quemadmodum Sodoma, & Gomorra, super quas ignis, & sulphur divinitus pluit, in exemplum æterni ignis propositæ sunt.
16. Quoniam verax Dominus, & veritatem amat, & qui eam faciunt.
17. Vias rectas propense diligit.

Titulus, qui Psalmo præponitur, cinnabari scriptus continet: *In finem pro octava psalmus David:* hoc autem est, quod significat, in consummatione sæculorum Sancti obsecrant, ut liberentur a judicio, & digni censeantur æternæ mercedis retributione. Nam sex millesimo anno consummatur mundus, & septimo Deus judicat; octavo autem hi traduntur in supplicium æternum, illi autem in vitam æternam. Propterea psalmus *pro octava* dictus est * apud Sanctum Davidem. * a Sancto Davide.

1. Salvum me fac Domine, quoniam omnes athei sunt.
2. Non est doctrina Dei apud homines.
3. Unusquisque dolose locutus est proximo suo.
4. Verba intemperantiæ proferunt, & in corde suo habent malitiam.
5. Dæmones.
6. Satanam significat.
7. De contrariis potestatibus loquitur.
8. 9. Hæc dixerint Dæmones, eorumque sequaces.
10. Propter infirmitatem pusillanimum.
11. Justorum, ait.

12. Ut

12. Nunc exſurgam: (dicit Dominus,)
13. Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.
14. Eloquia Domini, eloquia caſta.
15. Argentum igne examinatum, probatum terræ,
16. Purgatum ſeptuplum.
17. Tu Domine ſervabis nos, & cuſtodies nos,
18. A generatione hac, & in æternum.
19. In circuitu impii ambulant:
20. Secundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

In finem, Pſalmus David.
Pſalm. XII.

1. Uſquequo Domine oblivíſceris me io finem?
2. Uſquequo avertis faciem tuam a me?
3. Quamdiu ponam conſilia io anima mea;
4. Dolorem in corde meo per diem?
5. Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me?
6. Reſpice, & exaudi me Domine Deus meus.
7. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam io morte.
8. Ne quando dicat inimicus meus: prævalui adverſus eum.
9. Qui tribulant me exſultabunt, ſi motus fuero:
10. Ego autem in miſericordia tua ſperavi.
11. Exſultabit cor meum in ſalutari tuo.

12. Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi:
13. Et pſallam nomini Domini altiſſimi.

In finem, Pſalmus David.
Pſalm. XIII.

1. Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus.
2. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis:
3. Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.
4. Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum,
5. Ut videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.
6. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt:
7. Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.
8. Nonne cognoſcent omnes, qui operantur iniquitatem,
9. Qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis?
10. Dominum non invocaverunt:
11. Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor:
12. Quoniam Dominus in generatione juſtorum.
13. Conſilium inopis confudiſtis;
14. At Dominus ſpes ejus eſt.
15. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael?

12. Ut adveniam.
13. Io Cruce dicit; fiducialiter agam, & triumphabo de Principatibus, & poteſtatibus tenebrarum hujus ſæculi.
14. 15. 16. Eſt argentum, quod ſepties igne examinatum probius evadit; ita igitur eloquia Domini ſeptem diebus probata, hoc eſt ſingulis diebus probatiora inveniuntur ab exquirentibus ea.
17. 18. Tu Domine circumdabis nos, & cuſtodies nos nunc, & in futuro ſæculo.
19. Dæmones circumambulant in mundo, ſive in cordibus hominum.
20. Domine in virtute tua traxiſti ad teipſum filios hominum.

Titulus, qui Pſalmo præmittitur, cinnabari ſcriptus cootinet: *In finem, pſalmus David:* hoc eſt in fine ſæculorum pſalmus iſte dictus eſt manu potenti Dei Filio, qui poteotia ſuæ paſſionis deſtruxit mortem, & Diabolum, qui hujus poteſtatem habebat. Similiter eadem inſcriptio, ut exiſtimo, dicta eſt etiam in genus humanum. Habet enim: *in finem Pſalmus David*: videlicet in fine plenitudinis temporum pſalmus iſte dictus eſt ei, qui ſolus erat, ſcilicet humano generi, quod ſolum, inquam, & auxilio deſtitutum erat. Etenim David noo modo interpretatur *manu potens*, ſed etiam *ſolus*, quale fuit genus humanum ante adveotum Filii Dei.

1. Ex perſona humanitatis loquitur.
2. Abominaris precationem meam.
3. Uſquequo excipiam conſilia dæmonum in anima mea;
4. Dolores enim omni tempore cordi meo ſunt.
5. In me dominabitur.
6. Conſiderans tyrannidem, qua opprimor ab inimico.
7. Oculos cordis mei illumina, ut non permaneam in peccato.
8. Ne quando dicat Diabolus: ſuperavi eum.
9. Dæmones ſignificat.
10. Ego autem ſperavi, quod ſalvabis me in Cruce tua.
11. In Filio tuo.
12. Hymnum cantabo Domino, qui ſanavit infirmitatem aoimæ meæ.
13. Et pſallam nomini Domini ſupercæleſtis.

Titulus, qui Pſalmo præponitur, cinnabari ſcriptus continet: *In finem, pſalmus David:* hoc eſt, pro adventu Domini dicit io noviſſimis diebus. David enim ioterpretatur *deſideratus*, qualis eſt, & apud ſuum Patrem, & apud homines, Dei Filius.

1. Satanas, & qui ejus ſunt, dixerunt de Crucifixo.
2. Improbis eorum factis contaminati ſunt, & abominabiles facti ſunt apud Deum:
3. Nemo eſt, qui utile aliquid faciat.
4. Dominus e Cælo reſpexit ſuper omnes filios hominum:
5. Qui mente Deum concipiat, illumque quærat.
6. Omnes receſſerunt, ſimul inutiles facti ſunt,
7. Non eſt faciens bonum, non eſt neque unus eorum, qui a Deo deficiunt.
8. Iniquitatem operantes non cognoſcent Dominum,
9. Opprimentes juſtum.
10. Non eum poſuerunt ſibi adjutorem.
11. De mundo loquitur.
12. In medio ipſorum inambulat, & inhabitat.
13. Non accepiſtis juſtorum doctrinam.
14. Æternæ retributionis.
15. Niſi ipſe per ſe ipſum largietur ſalutem omnibus io eum credentibus: Iſrael enim interpretatur *vir videns Deum:*

16. Cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ,
17. Exsultabit Jacob; & lætabitur Israel.

In finem Psalmus David, *Psalm. XIV.*

1. DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo?
2. Aut quis requiescet in monte sancto tuo?
3. Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam:
4. Qui loquitur veritatem in corde suo:
5. Qui non egit dolum in lingua sua:
6. Nec fecit proximo suo malum:
7. Et opprobrium non accepit adversus proximos suos.
8. Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus:
9. Timentes autem Dominum glorificat.
10. Qui jurat proximo suo, & non decipit:
11. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram:
12. Et munera super innocentes non accepit.
13. Qui facit hæc, non movebitur in æternum.

Tituli inscriptio, ipsi David. *Psalm. XV.*

1. COnserva me Domine; quoniam speravi in te.
2. Dixi Domino; Deus meus es tu,
3. Quoniam bonorum meorum non eges.
4. Sanctis, qui sunt in terra ejus: mirificavit Dominus,
5. Omnes voluntates suas in eis.
6. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum.
7. Postea acceleraverunt.
8. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus,
9. Nec memor ero nominum eorum per labia mea.
10. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei:
11. Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.
12. Funes ceciderunt mihi in præclaris:
13. Etenim hæreditas mea præclara est mihi.
14. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum,
15. Insuper & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.
16. Providebam Dominum in conspectu meo semper,
17. Quoniam a dextris est mihi ne commovear.
18. Propter hoc lætatum est cor meum,
19. Et exsultavit lingua mea,
20. Insuper & caro mea requiescet in spe.
21. Quoniam non derelinques animam meam in inferno,
22. Nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.
23. Notas mihi fecisti vias vitæ,
24. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo:
25. Delectationes in dextera tua usque in finem.

Ora-

---

16. In Cruce, dicit.
17. Populum dicit, qui ex Judæis, & gentibus crediturus est: Jacob enim *supplantator* interpretatur, quales erant Judæi; Israel autem *gentes* significat.

Titulus, qui Psalmo præponitur, continet: *in finem Psalmus David*: Hoc autem significat, quod dictus est de Sanctis, qui salvi fiunt in consummatione sæculi. David enim interpretatur *desideratus*: hoc est Chorus Sanctorum, quem, Dominus desiderans usque in finem dilexit, & tradidit morti se ipsum pro desiderato Sanctorum Choro.

1. In Civitate tua sancta.
2. In superna Hierusalem.
3. Procedens in fide, & operans justitiam:
4. Ita sine simulatione.
5. Erga omnes homines habens charitatem,
6. Non gavisus est malis suorum inimicorum,
7. Neque opprobravit eis, quæ peccaverunt.
8. Deo resistens, ait.
9. Ob id ipsum, quod eum timent.
10. Non mentiens.
11. Suffocat enim pauperem fœnus; suffocato autem paupere omnes vident peccatum fœnerantis: alio modo manifesta etiam avaritia est, cum quis, quæ dedit, sola accipere non sustinet.
12. Quod nihil omnino accipere oportet, qui mutuo dat, vel gratiæ, vel fœnoris causa ab eo, qui mutuatur.

Titulus, qui Psalmo præponitur, continet: *Tituli inscriptio ipsi David*; hoc autem significat, Sanctorum vitæ institutum, & conversationem quasi in cippo describit. Dictus est igitur psalmus a Davide de virtutibus Sanctorum.

1. Quoniam te posui adjutorem, custodi me.
2. Agnovi ipsius dominationem;
3. Divitiis meis non indiges.
4. Sanctos glorificavit;
5. In Sanctis ejus, quæ optabilia sunt.
6. Ipsorum tentationes multiplicatæ sunt.
7. Postea transiverunt.
8. De Dæmonibus, ait.
9. Adversariorum potestatum, inquit.
10. Dominus pars & æternæ meæ retributionis, & requietis meæ.
11. Æterna tua refrigeria.
12. Cogitationes bonæ mihi venerunt a Domino, inquit.
13. Promissio Regni Cælorum æterna est.
14. Cognoscam ipsum:
15. Donec quievi a mundanis rebus; & tunc omne desiderium meum in ipso fuit.
16. Præ oculis semper habui Dominum opitulantem mihi.
17. Et deducentem me in vias dexteras, ne ab eis declinem.
18. Propterea spirituali gaudio repletus sum:
19. Laudavi ipsum ore meo:
20. Expectabo resurrectionem mortuorum.
21. Non relinques illam in receptaculis mortis, sed liberans eam educes.
22. De Domino loquitur.
23. Præcepta tua me docuisti:
24. Implebor lætitia, cum videro faciem tuam.
25. Gaudium æternum cum Sanctis.

Ti-

Oratio David. Pfalm. XVI.

1. EXaudi Domine juftitiam meam:
2. Intende deprecationem meam:
3. Auribus percipe orationem meam non in labiis dolofis.
4. De vultu tuo judicium meum prodeat:
5. Oculi mei videant æquitates.
6. Probafti cor meum, & vifitafti nocte:
7. Igne me examinafti, & non eft inventa in me iniquitas;
8. Ut non loquatur os meum opera hominum.
9. Propter verba labiorum tuorum ego cuftodivi vias duras.
10. Perfice greffus meos in femitis tuis,
11. Ut non moveantur veftigia mea.
12. Ego clamavi, quoniam exaudifti me Deus:
13. Inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.
14. Mirifica mifericordias tuas,
15. Qui falvos facis fperantes in te:
16. A refiftentibus dexteræ tuæ,
17. Cuftodi me ut pupillam oculi.
18. Sub umbra alarum tuarum proteges me,
19. A facie impiorum, qui me afflixerunt.
20. Inimici mei animam meam circumdederunt,
21. Adipem fuum concluferunt:
22. Os eorum locutum eft fuperbiam.
23. Projicientes me nunc circumdederunt me.
24. Oculos fuos ftatuerunt declinare in terram.
25. Sufceperunt me, ficut leo paratus ad prædam,
26. Et ficut catulus leonis habitans in abditis.
27. Exfurge Domine præveni eos, & fupplanta eos:
28. Eripe animam meam ab impio,
29. Framea tua ab inimicis manus tuæ:
30. Domine a paucis de terra,
31. Divide eos io vita eorum.
32. Et de abfconditis tuis adimpletus eft venter eorum:
33. Saturati funt filiis,
34. Et dimiferunt reliquias fuas parvulis fuis.
35. Ego autem in juftitia apparebo confpectui tuo.
36. Satiabor cum apparuerit mihi gloria tua.

In finem puero, Domini David, quæ locutus eft Domino verba cantici hujus in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul, & dixit: Pfalm. XVII.

1. DIligam te, Domine, fortitudo mea.
2. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus,

3. Deus

Titulus præpofitus continet: *oratio David*; Hoc eft Dei Filio. Nam fuperius diximus, quod David interpretatur hoc modo, *dilectus*. Hinc autem eft, ut accipiatur de Unigenito Dei Filio, quemadmodum etiam nunc accipiendum eft: nempe, quod oratio, quæ Pfalmo continetur, dicta eft Dei Filio. Aliter etiam explicari poteft eadem infcriptio, quoniam & aliter nomen David interpretatur; nempe *defideratus*, quod neceffe eft accipere de Sanctorum choro, qui a Deo defideratus eft, ita ut ipfi ad Dei Filium pfalmum, qui fubjicitur, dicant.

1. Juftam meam poftulationem.
2. Propitius ei fis;
3. Exaudi orationem meam non fictam, fed veram.
4. Io veritate tua voluntas mea fit.
5. Oculi cordis mei cognofcant voluntatem tuam.
6. Vidifti cor meum, quod erat in peccatis, & opem mihi tulifti,
7. Emundafti me, & non eft inveota in me iniquitas.
8. Ne faciam opera hominum:
9. Propter promiffiones Regoi tui ego cuftodivi præcepta tua.
10. Perfice cor meum in juftificationibus.
11. Recti animi mei fenfus ne a me difcedant.
12. Propterea ad te clamavi expertus jam quod exaudis eos, qui te deprecantur.
13. Beoignus mihi efto, & imple, quæ a te pofco.
14. 15. Magoifica mifericordiam tuam in me.
16. 17. De dæmonibus loquitur:
18. In juftificationibus tuis adjuva me;
19. Dæmooum, qui peccare me fecerunt.
20. Dæmones.
21. Voluptates fuas ftatuerunt declinare in terram.
22. Putaverunt fe deos effe.
23. Abftrahentes me a te circumdederunt me.
24. Confilium eorum eft efficere, ut a te declinem.
25. 26. Sicut leo, & catulus habitant in corde meo.
27. Veni Domine, & compedi eos fub pedes meos.
28. 29. 30. 31. Domine celeriter dipelle eos ab hominibus:
32. Projectos abs te devoraverunt.
33. 34. *Saturati funt*, fed iniquis.
35. Cum venerit judicare terram.
36. Cibus meus, *cum apparuerit mihi gloria tua* in futuro fæculo, eft in gloriæ tuæ vifione.

Titulus præpofitus continet: *In finem puero Domini David*: Hoc eft, in fine fæculorum fervienti Domino populo defiderato. Ita enim hic interpretatur David. Deinde: *quæ loquutus eft Domino verba cantici hujus in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus*, immundorum, inquam, fpirituum liberavit eum. Poftea: *& de manu Saul*: quod interpretatur, *& de manu Diaboli*, qui petit omnem hominem ad eum teotandum. Saul enim interpretatur * *petitus*. Quemadmodum olim tentavit & Job, expetivit tentare etiam Apoftolos, ficut Dominus hoc ipfum Petro dixit: *Petre Petre, quoties Satanas expetivit vos, ut cribraret ficut triticum*. Luc. xxii. 31.

* petitor

1. Affectum meum oftendam in te Domine, qui vires mihi tribuis ad omnem meam voluntatem.
2. Dominus feparans a me omnes infidias inimicorum meorum, quemadmodum firmamentum dividit aquas ab aquis.

3. Deus

3. Deus meus, adjutor meus, & sperabo in eum:
4. Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.
5. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero.
6. Circumdederunt me dolores mortis,
7. Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.
8. Dolores inferni circumdederunt me:
9. Præoccupaverunt me laquei mortis.
10. In tribulatinne mea invocavi Dominum:
11. Et ad Deum meum clamavi.
12. Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam:
13. Et clamor meus in conspectu ejus, introibit in aures ejus.
14. Et commota est, & contremuit terra;
15. Et fundamenta montium conturbata sunt.
16. Et commota sunt; quoniam iratus est eis.
17. Ascendit fumus in ira ejus;
18. Et ignis a facie ejus exardescet,
19. Carbones succensi sunt ab eo.
20. Et inclinavit cælos, & descendit:
21. Et caligo sub pedibus ejus.
22. Et ascendit super Cherubim, & volavit;
23. Volavit super pennas ventorum.
24. Et posuit tenebras, latibulum suum:
25. In circuitu ejus tabernaculum ejus,
26. Tenebrosa aqua in nubibus aeris.
27. Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt,
28. Grando, & carbones ignis.
29. Et intonuit de cælo Dominus:
30. Et Altissimus dedit vocem suam:
31. Misit sagittas suas; & dissipavit eos:
32. Et fulgura multiplicavit; & conturbavit eos.
33. Et apparuerunt fontes aquarum;
34. Et revelata sunt fundamenta orbis terrarum:
35. Ab increpatione tua Domine,
36. Ab inspiratione spiritus iræ tuæ.
37. Misit de summo, & accepit me;
38. Assumpsit me de aquis multis.
39. Eripuit me de inimicis meis fortissimis.
40. Et ab iis, qui oderunt me:
41. Quoniam confortati sunt super me.
42. Prævenerunt me in die afflictionis meæ:
43. Et factus est Dominus protector meus.
44. Et eduxit me in latitudinem:
45. Salvum me faciet, quoniam voluit me.
46. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam:
47. Et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.
48. Quia custodivi vias Domini:
49. Nec impie gessi a Deo meo:
50. Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo:
51. Et justitias ejus non repuli a me.
52. Et ero immaculatus cum eo:
53. Et observabo me ab iniquitate mea.

54. Et

---

3. Deus meus auferens a me omne pondus, *& sperabo in eum*.
4. Defensor meus, & Rex salutis meæ, & vindex meus.
5. De immundis spiritibus loquitur.
6. Circa animam meam constiterunt adversariæ potestates.
7. Tamquam aquarum fluctus, ita in me irruperunt.
8. Et tenebrosæ, & caliginosæ cogitationes cor meum circumdederunt.
9. Invaluerunt super me adversariarum potestatum laquei.
10. In auxilium meum.
11. In labore cordis mei clamavi.
12. De cælo dicit.
13. Perveniat ad eum supplicatio mea, & exaudiar.
14. Terrestria;
15. Potestates inimici.
16. Contremuerunt comminatione ejus.
17. Defecerunt, perierunt Dæmones, tamquam fumus.
18. Videntes enim Dominum in adventu ejus, exarserunt a facie ipsius.
19. Sermones Domini.
20. Et advenit in terram, & implevit, quod promiserat.
21. *Caligo* Diabolus est.
22. 23. Cherubim interpretatur *cognitio*, & *intelligentia*: super Justos igitur dicit, quod *ascendit*: Etenim similiter Apostolorum animas *ventos* dixit.
24. Tenebrarum filios a se abalienavit.
25. Fideles ejus.
26. Sermo parabolarum in Prophetis.
27. Ante adventum ipsius Domini sermo Prophetarum promulgatus est.
28. Sermones Prophetarum significat, qui quidem duri erant, exurentes autem peccatores.
29. Intonuit Spiritus Sanctus adventum suum.
30. Apostolos.
31. Apostolos contra Dæmones.
32. *Multiplicavit*, inquit, *loquentibus Apostolis variis linguis, prout Spiritus dabat eloqui illis*. *Act. Ap. Cap. 2. 4.*
33. 34. Et concurrerunt omnes, & admirati sunt habitantes Jerusalem considerantes, & videntes Apostolos loquentes magnalia Dei: *fontes* enim, & *fundamenta* eos vocat.
35. A doctrina tua,
36. Et ab operatione Spiritus Sancti.
37. 38. Et baptizatæ sunt in die Pentecostes ab Apostolis animæ quasi tria millia: propterea hæc dicit ex persona eorum, qui crediderunt. *Act. Ap. 2. 41.*
39. 40. Hoc est Dæmonum.
41. Baptizati enim liberati fuot a Dæmonibus, qui eis dominabantur.
42. Quando anima infirmus eram concluserunt me.
43. 44. Per Baptismum me in requie constituit.
45. Ex quo me acquisivit, deinceps me liberabit.
46. Et demum judicii tempore retribuet mihi.
47. Secundum puritatem mearum operationum.
48. Præcepta ejus habens in corde meo.
49. Extra eum nulli alii servivi.
50. Quoniam nullum suorum præceptorum despicatum est apud me, sed præ oculis meis ipsa habeo.
51. Et justificationes ejus assidua meditatio mea sunt.
52. Et sine labe ipsi semper servatus sum.
53. Custodiam me ipsum, ne decidam in priores meas cupiditates.

54. Et

54. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam,
55. Et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi,
56. In conspectu oculorum ejus.
57. Cum sancto sanctus eris:
58. Et cum viro innocente innocens eris:
59. Et cum electo electus eris:
60. Et cum perverso perverteris.
61. Quoniam tu populum humilem salvum facies:
62. Et oculos superborum humiliabis.
63. Quoniam tu illuminabis lucernam meam Domine.
64. Deus meus illuminabis tenebras meas.
65. Quoniam in te eripiar a tentatione:
66. Et in Deo meo transgrediar murum.
67. Deus meus impolluta via ejus:
68. Eloquia Domini igne examinata.
69. Protector est omnium sperantium in se:
70. Quoniam quis Deus præter Dominum,
71. Aut quis Deus præter Deum nostrum?
72. Deus, qui præcinxit me virtute:
73. Et posuit immaculatam viam meam:
74. Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum:
75. Et super excelsa statuens me:
76. Qui docet manus meas ad prælium.
77. Et posuisti arcum æreum brachia mea:
78. Et dedisti mihi protectionem salutis.
79. Et dextera tua suscepit me:
80. Et disciplina tua correxit me in finem:
81. Et disciplina tua, ipsa me docebit.
82. Dilatasti gressus meos subtus me:
83. Et non sunt infirmata vestigia mea.
84. Persequar inimicos meos;& comprehendam illos:
85. Et non convertar donec deficiant.
86. Confringam illos; nec poterunt stare:
87. Cadent subtus pedes meos.
88. Et præcinxisti me virtute ad bellum:
89. Et supplantasti omnes insurgentes in me, subtus me.
90. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum:
91. Et odientes me disperdidisti.
92. Clamaverunt, nec erat, qui salvos faceret;
93. Ad Dominum; nec exaudivit eos.
94. Et comminuam eos ut pulverem ante faciem venti:
95. Ut lutum platearum delebo eos.
96. Eripe me de contradictionibus populi:
97. Constitues me in caput Gentium.
98. Populus, quem non cognovi, servivit mihi:
99. In auditu auris obedivit mihi.
100. Filii alieni mentiti sunt mihi:
101. Filii alieni inveterati sunt:
102. Et claudicaverunt a semitis suis.
103. Vivit Dominus, & benedictus Deus meus:
104. Et exaltetur Deus salutis meæ.
105. Deus, qui das vindictas mihi:
106. Et subdis populos sub me:
107. Liberator meus de inimicis meis iracundis:
108. Et ab insurgentibus in me, exaltabis me:
109. A viro iniquo eripies me.
110. Propterea confitebor tibi in Nationibus Domine;
111. Et nomini tuo psalmum dicam.

54. 55. 56. Et in justa ejus retributione reddet mihi, quæ operatus sum coram ipso, qui unicuique retribuit secundum opera ejus.
57. 58. 59. 60. Hoc dicit, quicumque præsidet, hujus & mores imitatur, & partis consors erit.
61. Se ad te convertentes.
62. Dæmonum, eorumque sectatorum.
63. Oculos mentis meæ.
64. Omnem cogitationem a Diabolo clam in me disseminatam veluti a te procedentem, hanc notam mihi fac alienam a te esse, ut eam repellam.
65. A voluptatibus vitæ.
66. Diabolum.
67. Singula ejus mandata nullam reprehensionem habent.
68. Munda, & splendidissima.
69. Scilicet propugnator, defensor, custos.
70. 71. Solus Deus verus; ipse est Deus in cælo, & in terra.
72. Spiritu Sancto, dicit.
73. Aberrantem a scopo, præcipiens Angelis suis, ut me custodirent.
74. Effecit, ut ego serpentes, & scorpiones, tamquam cervi, conculcarem, atque occiderem.
75. Super præcepta sua.
76. Mentem meam, inquit, armari contra Diabolum.
77. Validum effecisti cor meum, ne me tela inimici interficerent.
78. Nam dedisti mihi crucem tuam in protectionem.
79. Filius tuus suscepit me.
80. 81. Pauperem, inquit, & hominem te factum esse, correxit me, & docebit me.
82. Dilatasti cor meum, ut procederem in viis tuis.
83. Cogitationes meæ.
84. Consiliorum inimici, eorum malitiam antevertendo victor ero.
85. Nec cessabo, donec insurgunt.
86. Persequar eos, nec consistent.
87. Sub me eos subjiciam.
88. Præcinxisti me gratia Sancti Spiritus tui, ut ipsa armatus Diaboli insidiis resisterem.
89. Potestatem mihi dedisti deambulandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem potestatem inimici.
90. Eos mihi subjecisti.
91. Dæmones.
92. 93. Quemadmodum in Euangelio scriptum est: *Quid nobis, & tibi Jesu Fili Dei altissimi, venisti ante tempus perdere nos.*
94. Cum contra eos insufflabo disperibunt.
95. Ex corde meo abolebo eos.
96. Eripe me ex voluptatibus, quæ in membris meis militant contra me.
97. Ad dominandum actionibus Gentilitatis.
98. 99. De prædicatione, quæ Gentibus facta est loquitur, & de earum obedientia.
100. 101. Judæi desciverunt a Deo, & deleti sunt.
102. Claudicantes a Divinis præceptis.
103. Etsi propter nos mortuus est, vivit tamen, & benedictus est in æternum.
104. Et assumatur in Cælum Deus, qui salvat me.
105. Vim, & potentiam præbens mihi contra adversarias potestates.
106. Adversarias potestates.
107. De ipsis spiritibus.
108. A cogitationibus, inquit,
109. A Satana.
110. 111. Glorificabo te.

112. Magnificans salutes Regis ejus:
113. Et faciens misericordiam Christo suo David,
114. Et semini ejus usque in sæculum.

In finem, Psalmus David.
Psalm. XVIII.

1. CÆli enarrant gloriam Dei;
2. Et opera manuum ejus annunciat firmamentum,
3. Dies diei eructat verbum;
4. Et nox nocti indicat scientiam.
5. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum:
6. In omnem terram exivit sonus eorum:
7. Et in fines orbis terræ verba eorum.
8. In sole posuit tabernaculum suum:
9. Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo,
10. Exsultavit ut gigas ad currendam viam suam:
11. A summo cælo egressio ejus,
12. Et occursus ejus usque ad summum Cæli:
13. Nec est qui se abscondat a calore ejus.
14. Lex Domini immaculata convertens animas:
15. Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.
16. Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda:
17. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
18. Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi;
19. Judicia Domini vera, justificata in semetipsa:
20. Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum:
21. Et dulciora super mel & favum.
22. Etenim servus tuus custodit ea:
23. In custodiendis illis retributio multa.
24. Delicta quis intelligit?
25. Ab occultis meis munda me:
26. Et ab alienis parce servo tuo.
27. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero:
28. Et emundabor a delicto maximo.
29. Et erunt ut complaceant eloquia oris mei:
30. Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper,
31. Domine adjutor meus, & redemptor meus.

In finem, Psalmus David.
Psalm. XIX.

1. EXaudiat te Dominus in die tribulationis:
2. Protegat te nomen Dei Jacob.
3. Mittat tibi auxilium de sancto;
4. Et de Sion tueatur te.
5. Memor sit omnis sacrificii tui:
6. Et holocaustum tuum pingue fiat.
7. Tribuat tibi secundum cor tuum:
8. Et omne consilium tuum confirmet.
9. Lætabimur in salutari tuo;

10. Et

---

112. Enarrans promissiones populi.
113. 114. Populo, inquit, populo desiderato a Domino, & ejus operationibus. David enim *desideratus* interpretatur: semen autem ejus sunt opera ejus justa.

Titulus cinnabari inscriptus continet: *In finem David*. Canit igitur hunc Psalmum David de adventu Domini, & de consummatione sæculi.

1. Apostoli passiones ejus.
2. Sanctorum firmamentum annunciat justificationes ejus.
3. Apostoli laudem populo.
4. Prophetæ Judæis.
5. Non est qualiscumque loquela, aut sermo Apostolorum, seu Prophetarum, quorum prædicationes usque nunc ab hominibus non audiuntur.
6. In omnes gentes, ac nationes eorum doctrina disseminata est.
7. Et verba eorum pervenerunt ubicumque terrarum homines sunt.
8. Fideles in Filio posuit.
9. Ipse Dominus e cælo veniens.
10. Adventum suum significat.
11. Quando inclinavit cælos, & descendit.
12. Ascensionem suam significat.
13. A fide sua.
14. Filius Dei impeccabilis, ut Deus convertens a tenebris animas hominum in admirabilem suam lucem.
15. Quando Pater in monte testimonium perhibuit de Filio suo, quod ipse est Filius suus Unigenitus, & discipulos ejus in fide confirmavit.
16. *Justitiæ Domini* nihil perversum habent, nihil distortum, sed omnia recta.
17. Purum est mandatum Domini sanans, & illustrans oculos cordis.
18. Ubi est timor Domini, purus manet homo ille, & in præsenti & in futuro sæculo.
19. Oracula Domini sine mendacio & testificata, quod hoc ipsum est, quod enunciant, & nihil aliud, sive de mercedis retributione, sive de judicio loquantur.
20. Exquirentibus hæc.
21. Intelligentibus ipsa.
22. Qui servus tuus est, custodit ea.
23. In servandis illis quisque nostrum pro mercede habet vitam æternam.
24. Cordis cogitationes.
25. De iisdem cogitationibus loquitur.
26. Ab incursibus inimici libera me.
27. Cogitationes, ait.
28. Et a Diaboli dominatione sublevabor.
29. Oratio mea, inquit.
30. Et desiderium cordis mei in lege tua die ac nocte.
31. Domine, qui defendis & liberas me a diabolo, & ministris ejus.

Titulus præpositus continet: *In finem, Psalmus David*. Hoc autem significat, quod de consummatione sæculi psalmus dictus est.

Psalm. xlix. 15. 1. 2. Ipse enim dixit: *Invoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, & glorificabis me.*
3. Filium ejus.
4. E cælo significat. *Sion* enim interpretatur locus, ubi est tabernaculum.
5. Sancti, inquit.
6. Sanctificet animam, & corpus tuum.
7. Bonas tuas petitiones.
8. Propositum tuum in Ipsum.
9. In ejus pro nobis adventu.

10. Glo-

10. Et in nomine Dei nostri magnificabimur.
11. Impleat Dominus omnes petitiones tuas.
12. Nunc cognovi, quoniam salvum fecit Dominus Christum suum:
13. Exaudiet illum de cælo sancto suo:
14. In potentatibus salus dexteræ ejus.
15. Hi in curribus, & hi in equis:
16. Nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.
17. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt:
18. Nos autem surreximus, & erecti sumus.
19. Domine salvum fac Regem:
20. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

In finem, Psalmus David.
Psalm. XX.

1. DOmine in virtute tua lætabitur Rex:
2. Et super salutare tuum exsultabit vehementer.
3. Desiderium cordis ejus tribuisti ei:
4. Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.
5. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis:
6. Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.
7. Vitam petiit a te, & tribuisti ei,
8. Longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi:
9. Magna est gloria ejus in salutari tuo:
10. Gloriam, & magnum decorem impones super eum.
11. Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi:
12. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
13. Quoniam Rex sperat in Domino:
14. Et in misericordia Altissimi non commovebitur.
15. Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis:
16. Dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.
17. Pones eos, ut clibanum ignis in tempore vultus tui.
18. Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.
19. Fructum eorum de terra perdes;
20. Et semen eorum a filiis hominum.
21. Quoniam declinaverunt in te mala:
22. Cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire:
23. Quoniam pones eos dorsum:
24. In reliquiis tuis præparabis vultum eorum.
25. Exaltare Domine in virtute tua.
26. Cantabimus & psallemus virtutes tuas.

In finem, pro susceptione matutina. Psalmus David. Psalm. XXI.

1. DEus, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?
2. Longe a salute mea verba delictorum meorum.
3. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies,
4. Et nocte, & non ad insipientiam mihi.
5. Tu autem in sancto habitas, laus Israel.

6. In

---

10. Gloriabimur.
11. Quæ ipsi sunt placita, & tibi utilia.
12. Populum ejus significat.
13. Ipsius vox nota erit apud Deum.
14. Sanctorum, inquit.
15. 16. Nos autem in nomine Jesu invocabimus.
17. Dæmones.
18. Jesu Deo nostro suscitante nos, & sanante.
19. Populum significat.
20. Quocumque tempore te deprecemur.

Titulus præpositus continet: *In finem, Psalmus David.* Hoc est, quod in fine sæculorum Psalmus dictus est Dei Filio, & populo sancto ejus. *David* enim de utroque interpretatur, & de Filio Dei *dilecto*, & de populo sancto *desiderato* a Domino.

1. Populus fidelis.
2. Super crucem tuam.
3. Petitiones ejus bonas.
4. Nam ei donasti prompte meditari in lege tua, & annunciare laudem tuam.
5. Quoniam præparasti ipsi benedictiones in Regno tuo.
6. Dominum significat; cunctorum enim fidelium caput est Filius.
7. 8. Vitam æternam dicit.
9. Magna est gloriatio ejus in Cruce tua.
10. Io Regno tuo.
Matth. xxv. 34. 11. Dicens ad eum: *Veni benedictus Patris mei.*
12. Videns faciem tuam in Regno tuo lætabitur.
13. Populus fidelis.
14. Cum Deus ipse venerit, confirmabitur.
15. Filius tuus confringet inimicos tuos.
16. Ipse Unigenitus Filius tuus, qui sedit a dextris tuis, per quem fecisti omnia, veluti per dexteram concludet eos omnes in supplicium æternum.
17. Quia in sæculorum consummatione dabis eos in ignem æternum.
18. Alios quidem in fletum, & stridorem dentium tradet: alios autem in ignem inexstinguibilem.
19. In æternum doctrinam eorum disperdes.
20. Adinventiones eorum iniquas.
21. Alii quidem insurgentes in te in adventu tuo; alii autem resistentes veritati tuæ.
22. Pugnare contra te voluerunt.
23. 24. Quoniam pones eos in supplicium cum iis, qui perierunt.
25. Glorificare Domine in potentia fortitudinis tuæ tempore judicii.
26. In præpositis psalmis laudantes narrabimus judicia tremendi tui Tribunalis.

Titulus præpositus continet (a): *In finem pro susceptione matutina Psalmus David.* Hoc autem significat, quod Psalmus dictus est a Davide de susceptione, quæ facta est nobis a Deo nostro Jesu, cum nobis sedentibus in tenebris, & umbra mortis per ipsius passionem lux orta est.

1. Ex persona populi loquitur.
2. Propter delicta mea longe facta est a me salus mea.
3. In principio Prophetarum.
4. In consummatione sæculorum clamabo, neque id mihi frustraneum erit.
5. In Patre habitas laus (a) Sanctorum.

6. 7.

(a) cinnabari scriptus continet.

(a) qui est supra Sanctos.

6. In te speraverunt patres nostri,
7. Speraverunt, & liberasti eos.
8. Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt,
9. In te speraverunt, & non sunt confusi.
10. Ego autem sum vermis, & non homo;
11. Opprobrium hominum, & abjectio plebis,
12. Omnes videntes me, deriserunt me:
13. Locuti sunt labiis, & moverunt caput.
14. Speravit in Domino, eripiat eum:
15. Salvum faciat eum, quoniam vult eum.
16. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre:
17. Spes mea ab uberibus matris meæ:
18. In te projectus sum ex utero:
19. De ventre matris meæ, Deus meus es tu:
20. Ne discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est,
21. Quoniam non est, qui adjuvet me.
22. Circumdederunt me vituli multi,
23. Tauri pingues obsederunt me:
24. Aperuerunt super me os suum,
25. Sicut Leo rapiens, & rugiens.
26. Sicut aqua effusus sum,
27. Et dispersa sunt omnia ossa mea.
28. Factum est cor meum, tamquam cera liquescens in medio ventris mei.
29. Aruit tamquam testa virtus mea:
30. Et lingua mea adhæsit faucibus meis:
31. Et in pulverem mortis deduxisti me.
32. Quoniam circumdederunt me canes multi:
33. Concilium malignantium obsedit me.
34. Foderunt manus meas, & pedes meos:
35. Dinumeraverunt omnia ossa mea.
36. Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me.
37. Diviserunt sibi vestimenta mea:
38. Et super vestem meam miserunt sortem.
39. Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum a me:
40. Ad defensionem meam conspice.
41. Erue a framea Deus animam meam,
42. Et de manu canis unicam meam:
43. Salva me ex ore leonis,
44. Et a cornibus unicornium humilitatem meam.
45. Narrabo nomen tuum fratribus meis:
46. In medio Ecclesiæ laudabo te.
47. Qui timetis Dominum laudate eum:

48. Uni-

---

6. 7. 8. 9. Noe, Lot, Jacob, Moyses, Jesus Nave, & Judices.

10. 11. (*b*) Ex persona Domini dicit, quomodo conversatus in terris apparuit, & in crucis ligno mortuus est clavis ligno affixus, & esca (*c*) factus est Diabolo *.

** tamquam vermis ad capiendum piscem.* *Matth.* XXVII. 40.

12. 13. (*d*) Cum enim in cruce esset, prætereuntes blasphemabant eum dicentes: *Si Filius Dei es, descende de cruce*, moventes capita sua hæc dicebant.

Matth. XXVII. 41. 14. 15. Dicebant Principes Sacerdotum: *Confidit in Deo liberet eum* (*e*).

Psalm. CIX. 3. 16. Crucifixus dicit Patri: *ex utero ante luciferum genuisti me.*

17. (*f*) *Spes mea ab uberibus Matris meæ:* Mariæ Matris Domini, aut significat (*g*) facientes voluntatem Patris ejus, qui in Cælis est, hoc est discipulos, hoc modo: Spes tua in me (*h*) ex doctrina discipulorum meorum est (*i*).

18. Illud autem: *In te projectus sum ex utero*, quando Gabriel, cum esset ipse in utero Virginis, de eo dixit, quod Filius Dei est.

19. Et in ventre cum essem ejus, quam mihi Matrem esse voluisti, spectasti me tu solus Pater: quis sum.

20. *Ne* (*k*) *discesseris a me*; ego enim in te Pater & tu in me. Passurus sum, quod apud homines est tribulatio, non apud me (*l*).

21. Ipse enim sibi ipsi auxiliatur (*m*), utpote Omnipotens, & rerum omnium Dominus.

Joan. Ev. XIX. 15. 22. 23. 24. 25. De Judæis loquitur, quando circumdederunt eum, & clamabant: *tolle tolle, crucifige eum.*

26. 27. Ossa sua Judæorum populum dicit.

28. Cor suum rursus populum Judæorum dicit, quia ejus eloquia in cordibus eorum erant.

29. Judæos (*n*) significat.

30. Defecit enim ex ore ipsorum fons vitæ, & propterea adhæsit in sitim populus Judæorum.

31. Ad Judæos me misisti.

32. 33. Judæi enim circumdederunt me.

34. Claves in pedibus, & manibus ejus significat.

35. Per omnia ipsius membra admovendo ei cruciatus. Ipsum enim flagellaverunt, & alapis percusserunt, & colaphizarunt, atque ita deinde crucifixerunt.

36. Quando in cruce eum videntes dixerunt: *Vah!* (*o*) *alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.* *Matth.* XXVII. 42.

37. 38. Milites, qui eum crucifixerunt.

39. 40. Primum quidem Propheta ad eum dicit: *Tu Domine hæc patiens* (*p*) *pro nobis, imitans nos ne elongaveris auxilium tuum a me*, hoc est populo Judaico, *sed complaceat tibi in auxilium nostrum venire.* Possunt etiam hæc dici ex persona ipsius Domini, qui exemplum nobis præbuit his sermonibus utendi tempore martyrii.

41. 42. 43. Ipse nunc orat cum Deus sit, ut liberetur a Diabolo; ne tu cum sis homo, negligenter agas.

44. Cornu unicornis elevatum est, & mortiferum: de corde igitur Judæorum doloso, & superbo loquitur.

45. (*q*) *Populo*, inquit, *narrabo nomen tuum*: quemadmodum dixit in Euangelio: *Manifestavi nomen tuum hominibus.*

46. (*r*) De Sanctis loquitur.

47. (*s*) Fideles significat.

48. 49.

(*b*) *n.* 10. 11. *In Cod. n.* 10. *tantum.*
(*c*) *hæc desunt in Cod.*
(*d*) *n.* 12. 13. *In Cod. n.* 11. 12. 13.
(*e*) eum, si vult eum.
(*f*) *n.* 17. *In cod. n.* 17. 18.
(*g*) Matrem Domini vocat.
(*h*) Spes igitur, quæ in me est.
(*i*) &c. Illud autem: *In te projectus sum &c.*
(*k*) *Ne utique.*
(*l*) non autem in me.
(*m*) Egomet enim mihi ipsi opitulor.
(*n*) Ipsos Judæos.
(*o*) *Nonne.*
(*p*) qui hæc passus es.
(*q*) *In Cod. n.* 45. 46.
(*r*) *In Cod. n.* 47.
(*s*) *In Cod. n.* 48.

48. Universum semen Jacob glorificate eum.
49. Timeat eum omne semen Israel:
50. Quoniam non sprevit, neque offensus est deprecatione pauperis,
51. Nec avertit faciem suam a me:
52. Et cum clamarem ad eum, exaudivit me.
53. Apud te laus mea:
54. In Ecclesia magna confitebor tibi:
* in conspectu Domini omnium timentium &c. 55. Vota mea reddam in conspectu * timentium eum.
56. Edent pauperes, & saturabuntur:
57. Et laudabunt Dominum, qui requirunt eum,
58. Vivent corda eorum in sæculum sæculi.
59. Reminiscentur, & convertentur ad Dominum universi fines terræ:
60. Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium.
* v. 61. 62. desunt in Cod. 61. * Quoniam Domini est Regnum,
62. Et ipse dominatur gentium.
63. Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ:
64. In conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram.
65. Et anima mea illi vivit,
66. Et semen meum serviet ipsi.
67. Annuntiabitur Domino generatio ventura:
68. Et annuntiabunt justitiam ejus,
69. Populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

Psalmus David. Psalm. XXII.

1. Dominus pascit me, & nihil mihi deerit:
2. In loco pascuæ ibi me collocavit:
3. Super aquam refectionis educavit me.
4. Animam meam convertit:
5. Deduxit me super semitas justitiæ,
6. Propter nomen suum.
7. Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis,
8. Non timebo mala; quoniam tu mecum es.
9. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt:
10. Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me:
11. Impinguasti in oleo caput meum:
12. Et calix tuus inebrians, quam præclarus est:
13. Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ:
14. Et ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.

Prima Sabbati: Psalmus David.
Psalm. XXIII.

1. Domini est terra, & plenitudo ejus,
2. Orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.
3. Quia

48. 49. (t) Personam, quæ supra orat, timeat utique omne genus eorum, qui corde mundi sunt. *Israel* enim interpretatur *mens videns Deum*.
50. 51. Quoniam non despexit hominum genus, nec permisit eos perire abominatus ob eorum peccata, neque in finem oblitus est figmenti sui.
52. Et dum eum invocarem, ut ipse in auxilium meum veniret, exaudivit me; & non solum venit, sed etiam passus est pro me.
53. Hoc est, quod in Euangelio dixit Dominus: *Est Pater meus, qui glorificat me.*
Matth. 2. 25. 54. Hoc adimplens in Euangelio dixit: *Confitebor tibi Pater Domine cæli, & terræ.*
55. Quæ promisi per Prophetas, impleho.
56. Justificationes Domini, & implebuntur Spiritu Sancto.
57. Hymnos speciosos de eo cantabunt oblectati ejus pulchritudine.
58. Lethale peccatum in ipsis non admittent.
59. Recordabuntur ejus, qui ipsos fecit.
60. Tribus terræ.
61. 62. Ipse enim est Rex Regum, & Dominus Dominantium, & solus Dominus totius humani generis, utpote qui solus proprio Sanguine eos redemit.
63. Participaverunt gratiam Dei animo potentes.
64. Omnes, qui terrena cogitant.
65. Ipsi quidem anima mea, (u) mundo autem mortua est:
66. Et omnis mea cogitatio subdetur ipsi.
67. Accepta erit Domino.
68. Prædicabunt præcepta ejus.
69. *Qui nascetur*, inquit, in Baptismo.

Titulus præpositus (a) continet: *Psalmus David*, hoc est, *psalmus ei, qui fuit Pastor ovium*. Siquidem manifestum est, quod David erat Pastor ovium. Psalmus igitur David, Dei, inquam, Filio, qui Pastor bonus fuit: Ideo subdit ad eum dicens:
1. Bonus Pastor, qui posuit animam suam pro nobis (b).
2. In Ecclesia Dei, ubi Sancti ejus florent.
3. In gratia Spiritus Sancti.
4. 5. (c) E Diaboli captivitate animam meam ad se convertens deduxit in præcepta sua,
6. Pro nomine ejus.
7. Cum ego tormenta pro te sustinuero.
8. Nullus me cruciatus terrebit, quoniam tu vires mihi præbes, ut illos perferam.
9. Filius tuus, & Spiritus Sanctus tuus converterunt me.
10. Cælestem mensam vocat mysterium immortale.
11. Oleum dicit gratiæ Spiritus Sancti.
12. Immortalem potum Divini Sanguinis significat.
13. Indesinenter (d) mihi erit.
14. In superna Jerusalem.

Titulus præpositus continet (a): *Psalmus David prima Sabbatorum*. Hoc autem significat, quod Psalmus dictus est a Davide de resurrectione Domini.
1. In principio enim fecit terram (b):
2. Omnia autem, quæ in ea sunt, & qui habitant in ea, ipse fecit.
3. Ter-

(t) *In Cod. n. 49.*
(u) mea vivit.
(a) cinnabari scriptus continet.
(b) qui ponit... pro ovibus.
(c) *n. 4: usque ad convertens: n. 5. usque ad fin.*
(d) Indeficiens.
(a) cinnabari scriptus cont.
(b) terram, & omnia.

3. Quia ipſe ſuper maria fundavit eum;
4. Et ſuper flumina præparavit eum.
5. Quis aſcendet in montem Domini?
6. Aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?
7. Innocens manibus, & mundo corde:
8. Qui non accepit in vano animam ſuam,
9. Nec juravit in dolo proximo ſuo,
10. * Hic accipiet benedictionem a Domino,
11. Et miſericordiam a Deo ſalutari ſuo,
12. Hæc eſt generatio quærentium eum:
13. Quærentium faciem Dei Jacob.
14. Attollite portas Principes veſtras:
15. Et elevamini portæ æternales:
16. Et introibit Rex gloriæ.
17. Quis eſt iſte Rex gloriæ?
18. Dominus fortis, & potens,
19. Dominus potens in prælio.
20. Attollite portas principes veſtras,
21. Et elevamini portæ æternales:
22. Et introibit Rex gloriæ:
23. Quis eſt iſte Rex gloriæ?
24. Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

* *Hic accipiet benedictionem a Deo Salvatore ſuo, & miſericordiam conſequetur a Deo, qui ſalvum facit eum. In marg. Cod. Barb.*

Pſalmus David. Pſalm. XXIV.

1. AD te Domine levavi animam meam;
2. Deus meus, in te confido, non erubeſcam,

3. Ne-

3. Neque irrideant me inimici mei:
4. Etenim univerſi, qui ſuſtinent te, non confundentur.
5. Confundantur omnes iniqua agentes ſupervacue.
6. Vias tuas Domine demonſtra mihi,
7. Et ſemitas tuas edoce me:
8. Dirige me in veritate tua *,
9. Et doce me, quia tu es Deus ſalvator meus:
10. Et te ſuſtinui tota die.
11. Reminiſcere miſerationum tuarum Domine,
12. Et miſericordiarum tuarum, quæ a ſæculo ſunt.
13. Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris:
14. Secundum miſericordiam tuam memento mei tu,
15. Propter bonitatem tuam Domine.
16. Dulcis & rectus Dominus,
17. Propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
18. Diriget manſuetos in judicio,
19. Docebit mites vias ſuas.
20. Univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas,
21. Requirentibus teſtamentum ejus, & teſtimonia ejus.
22. Propter nomen tuum Domine,
23. Et propitiare peccato meo; multum eſt enim.
24. Quis eſt homo, qui timet Dominum?
25. Legem ſtatuet ei in via, quam elegit.
26. Anima ejus in bonis demorabitur:

* *in veritatem tuam,*

27. Et

---

3. Terra enim ex aqua juſſu ejus conſiſtit.
4. Ut per eum flumina tranſirent.
5. In cæleſtem civitatem, inquit.
6. Quis dignus (c) æternis manſionibus?
7. Omnem a ſe abjiciens iniquitatem, & omnia ad Dei voluntatem faciens.
8. Quæ in mundo ſunt, non dilexit.
9. Neque pejeravit, neque mentitus eſt.
10. 11. Nunc (d), & in futuro ſæculo.
12. Diligentium Dominum.
13. Deſiderantium ipſum videre.
14. 15. 16. 17. 18. 19. De deſcenſu loquitur, quem fecit in inferiores partes terræ, & ſpoliavit infernum.
20. 21. 22. 23. 24. De ipſius reditu (e) loquitur, quem in cælos fecit.

Titulus præpoſitus continet (a). *Pſalmus David*. Dupliciter autem inſcriptio intelligitur, & de Filio Dei Unigenito, & de illis, qui ei ſe dedicant. Nomen enim *David* nunc interpretatur *manupotens*, qui nullus alius eſt, quam Dei Filius; nunc vero *deſideratus*, quod convenit (b) in eos, qui ad ipſum accurrunt. Ita igitur pſalmum de utriſque dictum invenies: Qui enim ad ipſum confugiunt, (c) pſalmum ipſi dicunt. *Pſalmus igitur David*, partim quidem quatenus illi dicitur, partim quatenus iſti dicunt. Duplicem enim diximus nomen David interpretationem habere.

1. Ad te eam adduxi.
2. Neque nunc, neque in futuro ſæculo.
3. Ne mihi illudant.
Act. Apo. XIV. 21. 4. 5. Nam ſcriptum eſt: *Quoniam per multas tribulationes (d) oportet nos intrare in regnum cælorum*. Itaque permanens in finem hic ſalvus erit.
6. 7. Infans enim ſum, & opus habeo tua doctrina.
8. 9. Deduc me (e) Spiritu Sancto tuo.
10. Quando ſum in luce expecto te, & promiſſionem tuam.
11. 12. Recordare Domine, quoniam miſericors es, & quod a ſæculo conſuevisti miſereri eorum, qui tibi ſe proſternunt.
13. Obliviſcere omnium peccatorum meorum, quæ Juvenis, & ignorantia ductus commiſi.
14. 15. *Propter bonitatem tuam Domine*. Quemadmodum magna eſt tua miſericordia, ita mei recordatus dignum fac me miſericordia tua, quoniam tu facilis es ad excipiendum, & omnibus teipſum præbes.
16. Quoniam bonus eſt, & miſericors.
17. Propterea peccatores ad ſe convertit.
18. 19. Deducet in veritatem eos, qui ei non reſiſtunt, & docebit eos, qui ei auſcultant, quomodo perveniant in regnum cælorum.
20. 21. Omnia mandata Domini miſericordia, & fides ſunt volentibus implere vetus teſtamentum ſecundum (f) ea, quæ a Domino, & ab ipſis Apoſtolis dicta ſunt.
22. 23. (g) Agnus Dei exiſtens, & tollens peccatum meum; multum enim eſt.
24. Quis eſt ille, qui cogitet Deum inſpectorem habere?
25. Erudiet eum in præceptis ſuis.
26. In locis ſupercæleſtis civitatis.

27. Su-

(c) Omnis, qui dignus factus fuerit.
(d) *n.* 10. Et nunc, *&c. n.* 11. Et miſericordiam conſequetur a Deo, qui ſalvabit eum.
(e) aſcenſu.
(a) cinnabari ſcriptus cont.
(b) quæ conveniunt.
(c) confugerunt.
(d) *tribulationes ingredientur in*, &c. qui permanſerit.
(e) Deduc me in fidem tuam; tu enim es Patris virga, & doce me Spiritu Sancto tuo, *quia tu es Deus Salvator meus*.
(f) & ea.
(g) Propter nomen tuum, qui Agnus Dei es, tolle.

27. Et semen ejus hæreditabit terram.
28. Firmamentum est Dominus timentibus eum:
29. Et testamentum ipsius manifestabit illis.
30. Oculi mei semper ad Dominum,
31. Quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.
32. Respice in me, & miserere mei:
33. Quia unicus, & pauper sum ego.
34. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt:
35. De necessitatibus meis erue me.
36. Vide humilitatem meam, & laborem meum:
37. Et dimitte universa delicta mea.
38. Respice inimicos meos; quoniam multiplicati sunt;
39. Et odio iniquo oderunt me.
40. Custodi animam meam, & erue me:
41. Non erubescam, quoniam speravi in te.
42. Innocentes & recti adhæserunt mihi, quia sustinui te.
43. Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

Psalmus David. Psalm. XXV.

1. Judica me Domine; quoniam ego in innocentia mea ingressus sum:
2. Et in Domino sperans, non infirmabor.
3. Proba me Domine, & tenta me:
4. Ure renes meos, & cor meum.
5. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est:
6. Et complacui in veritate tua.
7. Non sedi cum concilio vanitatis:
8. Et cum iniqua gerentibus non introibo:
9. Odivi ecclesiam malignantium.
10. Et cum impiis non sedebo.
11. Lavabo inter innocentes manus meas:
12. Et circumdabo altare tuum Domine,
13. Ut * audiam vocem laudis, * ut ego.
14. Et enarrem universa mirabilia tua.
15. Domine dilexi decorem domus tuæ,
16. Et locum habitationis gloriæ tuæ.
17. Ne perdas cum impiis Deus animam meam:
18. Et cum viris sanguinum vitam meam:
19. In quorum manibus iniquitates sunt;
20. Dextera eorum repleta est muneribus.
21. Ego autem in innocentia mea ingressus sum:
22. Redime me, & miserere mei.
23. Pes meus stetit in directo:
24. In Ecclesiis benedicam te Domine.

Psalmus David, priusquam liniretur.
Psalm. XXVI.

1. Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo?

2. Do-

---

27. Supernam terram significat.
28. Auxiliator est Dominus (*b*) timentium eum.
29. Docebit eos.
30. Cordis mei inquit.
31. A peccatis (*i*).
32. Attende infirmitatem meam, & miserere mei.
33. Nihil (*k*) habens.
34. Peccata mea.
35. A peccatis (*l*).
36. 37. Inspice quoniam pulvis sum, & considera potentiam inimicorum (*m*) irruentium in me, & miseratus dimitte omnia peccata mea.
38. Dæmones significat.
39. Nulla enim injuria a me affecti sunt.
40. A contrariis potestatibus.
41. Me a te ipso non alienabis, quoniam speravi, quod me excipies.
42. Gaudio impletus sum promissionum tuarum recordatus.
43. Mentem inquit, quæ videt Deum, libera.

Titulus præpositus continet (*a*) *Psalmus David*, hoc est: *Psalmus Filio Dei*. David enim interpretatur *potens manu*, quod est *Filius Dei*, quemadmodum Propheta Ezechiel ostendit dicens in visione Cherubim: *ut vox* (*b*) *potentis*. Profecto dicendo ipsum, *ut vox potentis*, vocem audivisse, dixit Dei Verbi. *Potens* enim *manu* Deus Verbum utique est. Diximus itaque, quod *Psalmus Filio Dei*; quoniam David interpretatur *potens manu*, quod est Deus Verbum, quemadmodum a Propheta Ezechiele didicimus. Exspl.Orig. ap. Monfauc. *Vox Dei Omnipotentis* Vers. Vulg.

1. Velis Domine judicare inter me, & Babylonios, quoniam ego quidem in eos omni innocentia usus sum; ipsi autem in me omni nequitia.
2. Habeo enim confortantē me Deū (*d*), in quē spero.
3. 4. Ut cordium cognitor nosti omnia, quæ in me, quomodo sunt circa te.
5. Quoniam misericordia tua, quam mihi præcepisti, ut indigentibus facerem, ante oculos meos est.
6. Et in hoc faciendo fidelis repertus sum coram te.
7. Non acquievi iniquorum murmurationibus (*e*).
8. Neque cum eis consociatus sum.
9. Multitudinem, inquit, odio habui eorum, qui insurgunt in eum, qui fecit eos.
10. Non (*f*) consiliabor.
11. Animæ (*g*) manus significat.
12. Et tibi ministrabo.
13. 14. Lectionem significat: *Et* (*b*) (*ut*) *enarrem omnia mirabilia tua*.
15. Populum fidelem.
16. Ubi inhabitas.
17. Ne me constituas a sinistris tuis.
18. Homicidarum.
19. Ob divitias declinantium (*a lege tua.*)
20. Prompti semper erant ad consentiendum omni injustitiæ.
21. Neque in dolo, neque in recordatione injuriarum.
22. Et a præsenti sæculo malo libera me, & in futuro judicio miserere mei (*i*).

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus David antequam liniretur*. Psalmus David dictus est in Catechumenos ante illuminationem, (nempe ante Baptismum.) Dixit, David, hoc est *contemptis*. Ita enim interpretatur David nomen, *contemptio*. Exponitur etiam & *manu potens*, & *desideratus*, & *hunc desideravi*, & *hic dilectus*, & *desideratus*, & *solus*. Cæterum consequenter ad Psalmum interpretationem nominis David accipimus.

1. Dominus illuminans, & ex omnibus salvans me, *quem timebo?*

2. Do-

(*b*) Auxilium, inquit Dominus.
(*i*) Ab omni peccato.
(*k*) Neminem.
(*l*) De iniquitatibus meis.
(*m*) gravitatem bellorum .... & utique miseratus &c.
(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) *Quasi vox potentis, cum ipsi procederent vox Verbi, quasi vox castrorum* &c. significavit Dei Verbum, siquidem *potens manu* Deus Verbum est. Ipse igitur Psalmum pronunciat, cum hic dicatur *Psalmus David*. Dicimus igitur, *Psalmus* &c.

(*c*) Miserere mei, Domine, inquit. *reliqua n. verba desunt in Cod.*
(*d*) Christum. (*e*) pravis cogitationibus. (*f*) Et cum impiis non &c. (*g*) Animæ meæ. (*h*) *Et* &c. Desunt in Cod.
(*i*) *n.* 23. Fundatus sum, inquit, in te. *n.* 24. In fidelibus populis glorificabo te.
(*a*) cinnabari scriptus continet *David antequam* &c. Ante illuminationem in Catechumenos dictus est Psalmus dicendo quidem David, hoc est *contemptis* &c.

2. Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?
3. Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas;
4. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.
5. Si consistant adversum me castra; non timebit cor meum:
6. Si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo.
7. Unam petii a Domino, hanc requiram,
8. Ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ,
9. Ut videam voluptatem Domini,
10. Et visitem templum sanctum ejus.
11. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo,
12. In die malorum meorum * protexit me in abscondito tabernaculi sui. (* *hic desunt n. 11.*)
13. In petra exaltavit me;
14. Et nunc ecce exaltavit caput meum super inimicos meos.
15. Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus * hostiam laudis & jubilationis: (* V. 16. Hostiam &c. Domino.)
16. Cantabo, & psalmum dicam Domino.
17. Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te *: (* *ad te desunt in* Cod.)
18. Miserere mei, & exaudi me.
19. Tibi dixit cor meum: Dominum quæram.
20. Exquisivit te facies mea:
21. Faciem tuam Domine requiram.
22. Ne avertas faciem tuam a me:
23. Et ne declines in ira a servo tuo.
24. Adjutor meus esto, ne derelinquas me:
25. Neque despicias me Deus salutaris meus.
26. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me:
27. Dominus autem assumpsit me.
28. Legem pone mihi Domine in via tua:
29. Et dirige me in semitam rectem * propter inimicos meos. (* n. 30. Propter *usque ad* tribulantium me.)
30. Ne tradideris me in animas tribulantium me:
31. Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui:
32. Et mentita est iniquitas sibi.
33. Credo videre bona Domini in terra viventium.
34. Expecta Dominum:
35. Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Psalmus David. Psalmus. XXVII.

1. AD te Domine clamabo, Deus meus: Ne
2. sileas a me:
3. Ne quando taceas a me, & assimilabor descendentibus in lacum.
4. Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te,
5. Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
6. Ne * simul trahas me cum peccatoribus: (* Ne simul trahas cum peccatoribus animam meam.)
7. Et cum operantibus iniquitatem ne perdas me:
8. Qui loquuntur pacem cum proximo suo:
9. Mala autem in cordibus eorum.
10. Da illis Domine secundum opera eorum,

11. Et

---

2. Dominus curam gerit vitæ meæ, *a quo trepidabo?*
3. Dæmones dicit.
4. (*b*) Ipsas contrarias potestates dicit
5. 6. *Si exsurgat adversum me prælium* visibile, aut invisibile, in fide Domini ego spero, in fugam converti.
7. Unam postulationem postulavi a Domino.
8. In cælesti ejus regno.
9. 10. Gloriam ejus. (*c*)
11. Ut me custodiret in puritate, animam & membra mea,
12. Infirmum me peccatis sanavit Dominus in ejus Baptismo, & seipsum me induit. Nam Baptisterium est locus absconditus Ecclesiæ.
13. Ædificavit me Dominus in ipso.
14. Et dominari inimicis meis me fecit.
15. Mente pura orationem meam ad eum transmisi.
16. Laudans eum, & clamans in exultatione ad ipsum.
17. 18. Orationem (*d*) refert.
19. Conglutinatus sum tibi.
20. 21. Anima mea videre te desiderat.
22. Ne auferas Spiritum Sanctum tuum a me.
23. Ne iratus relinquas me.
24. 25. Neque (*e*) deficiat mihi lux tua, ne cæcus efficiar in visione mentis meæ.
26. 27. Nullum auxilium me habente, (*f*) tibi me vindica.
28. Statue me in lege tua.
29. Et tamquam Joseph (*g*) errantem in via dirige.
30. Propter inimicos meos ne dimittas me.
31. Magistri hæreticorum.
32. Et mendax est doctrina eorum, quam sibi ipsi invenerunt, non autem acceperunt a te.
33. Quæ promisit diligentibus se.
34. *Qui enim permanserit usque in finem hic salvus erit.* Matth. xxiv. 13.
35. Ne dissolvatur, sed confortetur cor tuum, *& sustine Dominum.*

Titulus præpositus (*a*) continet: *Psalmus David*; veluti oratio populi seipsum separantis a mundo. David enim interpretatur *solus*.

1. Ingemiscam ad te.
2. Ne me inauditum prætereas.
3. Nequando me neglectum dimittas, & adæquer projicientibus se (*b*) in peccata.
4. *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ*, dum eam profero coram te.
5. Dum extollo mentem meam in cælum.
6. Ne (*c*) tradas me Diabolo, & Angelis ejus in ignem æternum.
7. 8. 9. Cum Dæmonibus, & hypocritis, & insanis (*d*).
10. (*e*) Quemadmodum duplices sunt, da illis duplicem afflictionem.

11. Se-

(*b*) n. 4. Similiter de ipsis loquitur. n. 5. Ipsas &c. n. 6. *Si exsurgat*, &c.
(*c*) *In* Cod. n. 9. *tantum*. n. 10. ut me &c. n. 11. Infirmum &c. induit. n. 12. Nam Bapt.
(*d*) Orationem suam.
(*e*) Ne suppeditare desinas lucem tuam mihi, ut non excæcetur visio &c.
(*f*) habente, tu opitulaberis mihi.
(*g*) ut Joseph &c. direxisti.

(*a*) præpositus cinnabari scriptus continet: David, perinde ac oratio sit populi seipsum separantis &c.
(*b*) seipsos in peccatum.
(*c*) n. 6. 7. Ne tradas me cum Diabolo, & Angelis ejus &c.
(*d*) n. 8. 9. . . . . . & iracundis.
(*e*) n. 10. Mala da in cordibus eorum. n. 11. Quemadmodum &c. n. 12. Secundum &c. n. 13. Quemadmodum &c.

11. Et secundum nequitiam adinventionum ipsorum,
12. Secundum opera manuum eorum tribue illis:
13. Redde retributionem eorum ipsis.
14. Quoniam non intellexerunt opera Domini,
15. Et in opera manuum ejus:
16. Destrues illos, & non ædificabis eos:
17. Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ.
18. Dominus adjutor meus, & protector meus.
19. In ipso speravit cor meum, & adjutus sum:
20. Et refloruit caro mea:
21. Et ex voluntate mea confitebor ei.
22. Dominus fortitudo plebis suæ;
23. Et protector salvationum Christi sui est.
24. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ.
25. Et rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Psalmus David, exitus e tabernaculo, Psalm. XXVIII.

1. Afferte Domino filii Dei;
2. Afferte Domino filios arietum.
3. Afferte Domino gloriam & honorem:
4. Afferte Domino gloriam nomini ejus:
5. Adorate Dominum in atrio sancto ejus.
6. Vox Domini super aquas:
7. Deus majestatis intonuit;
8. Dominus super aquas multas.
9. Vox Domini in virtute.
10. Vox Domini in magnificentia.
11. Vox Domini confringentis cedros:
12. Et confringet Dominus cedros Libani:
13. Et comminuet eas tamquam vitulum Libani:
14. Et dilectus quemadmodum filius unicornium.
15. Vox Domini intercidentis flammam ignis.
16. Vox Domini concutientis desertum:
17. Et commovebit Dominus desertum Cades.
18. Vox Domini præparantis cervos:
19. Et revelabit condensa.
20. Et in templo ejus omnes dicent gloriam.
21. Dominus diluvium inhabitare facit.
22. Et sedebit Dominus Rex in æternum.
23. Dominus virtutem populo suo dabit.
24. Dominus benedicet populo suo in pace.

In finem. Psalmus cantici in dedicatione domus David. Psalm. XXIX.

1. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me:
2. Nec delectasti inimicos meos super me.

3. Do-

---

11. Secundum injustitias eorum.
12. 13. Quemadmodum consueverunt mala singulis dare, ita da ipsis.
14. 15. Quoniam nec opera Domini scire volunt, nec judicia ejus.
16. Percuties eos, & non sanabis; (*f*) non enim pœnitebunt.
17. *Benedictus Dominus, quoniam* implevit *vocem deprecationis meæ*.
18. Dominus protegens me, & insurgens in inimicos meos.
19. Ei seipsum tradidit cor meum, & confortatum est ab eo.
20. In Resurrectione.
21. Prompte tibi serviam, (*g*) & tradam meipsum tibi.
22. Dominus virtus populi sui.
23. Sanctorum Filii sui protector est.
24. Et nunc & in futuro sæculo.
25. Glorifica eos in regno tuo.

Titulus præpositus (*a*) continet: *Psalmus David exitus e tabernaculo*: nempe Psalmus a Davide dictus est de iis, quæ quisque debet offerre Deo, bona ex corde suo, opere, & sermone; ex corde enim omnia procedunt. Ideo inquit: *exitus e tabernaculo*, nempe exeuntia ex corde.

1. (*b*) Apostolos significat.
2. Discipulos Apostolorum.
3. Populum ex Judæis & Gentibus.
4. Credentes Domino, & in ejus nomine sperantes.
5. In superna Jerusalem.
6. Prædicatio in Gentibus.
7. Spiritus Sanctus sui ipsius adventum super Apostolos.
8. Item ejus prædicatio in Gentibus.
9. Ejus prædicatio faciens virtutes.
10. Nomen Domini glorificatum.
11. Dæmones significat.
12. Significat magistros Judæorum.
13. Ita confringet principes & populos Judæorum, ut vitulum, quem in eremo fecerant, Moyses comminuit.
14. Et populus fidelis habet in fronte sua cornu elevatum, * ut filius unicornium.

* *nempe signum Crucis.*

15. Quando dixit Latroni: *Hodie mecum eris in Paradiso*. Luc. XXIII. 43.
16. Mundum, qui ab Idololatria amoveri non poterat, sermo (*c*) Apostolorum traduxit in fidem.
17. Cades interpretatur *illuminata*: (*d*) mundum igitur significat, quem transtulit in sui ipsius cognitionem.
18. Apostolos.
19. Gentes significat.
20. Et omnes in ejus templo glorificabunt eum.
21. Baptismum significat.
22. In cælo & in terra.
23. Spiritum Sanctum significat.
24. Pater in Filio suo fidelibus benedicet.

Titulus præpositus continet: (*a*) *In finem Psalmus cantici in dedicatione*, seu renovatione, *domus David*. Hoc igitur significat: Psalmus cantici hujus dictus est, quia in sæculi fine Dominus renovabit omnes fideles exsuscitans eos a mortuis. Domus enim ejus nos sumus, quemadmodum
II. Corinth. VI. 16. dixit: *Inhabitabo in eo, & inambulabo*, & quoniam in regnum suum introducet eos.
1. Glorificabo te Domine, quoniam restaurabor. 2. Contrarias potestates.

3. (*c*)

(*f*) sanabis eos, nunquam enim &c.
(*g*) subjiciam tibi me ipsum.
(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) n. r. Angeli.
(*c*) sermo ipsius.
(*d*) *illuminata*.

(*a*) cinnabari scriptus cont. &c. *David* &c. dictus est autem in finem &c. renovavit omnes fideles Dominus &c. Domus enim ejus &c. *inhabitabo in ipsis & inambulabo*, & quia in regnum &c.
(*b*) quoniam ref. *desunt in Cod.*

3. Domine Deus meus clamavi ad te, & sanasti me.
4. Domine eduxisti ab inferno animam meam:
5. Salvasti me a descendentibus in lacum.
6. Psallite Domino Sancti ejus;
7. Et confitemini memoriæ * sanctitatis ejus; * memoriam
8. Quoniam ira in indignatione ejus;
9. Et vita in voluntate ejus:
10. Ad vesperum demorabitur fletus:
11. Et ad matutinum lætitia.
12. Ego autem dixi in abundantia mea; non movebor in æternum.
13. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem:
14. Avertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.
15. Ad te Domine clamabo:
16. Et ad Deum meum deprecabor.
17. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?
18. Numquid confitebitur tibi pulvis;
19. Aut annunciabit veritatem tuam?
20. Audivit Dominus, & misertus est mei:
21. Dominus factus est adjutor meus.
22. Convertisti planctum meum in gaudium mihi:
23. Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia:
24. Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar:
25. Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

In finem, Psalmus David pro extasi.
Psalm. XXX.

1. IN te Domine speravi, non confundar in æternum;
2. In justitia tua libera me, & eripe me.
3. Inclina ad me aurem tuam:
4. Accelera, ut eruas me.
5. Esto mihi in Deum protectorem,
6. Et in domum refugii, ut salvum me facias.
7. Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu:
8. Et propter nomen tuum deduces me, & enutries me.
9. Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi:
10. Quoniam tu es protector meus Domine.
11. In manus tuas commendabo spiritum meum:
12. Redemisti me Domine Deus veritatis.
13. Odisti * observantes vanitates supervacue. * Odisti omnes
14. Ego autem in Domino speravi:
15. Exsultabo, & lætabor in misericordia tua.
16. Quoniam respexisti humilitatem meam:
17. Salvasti de necessitatibus animam meam:
18. Et non conclusisti me in manibus inimicorum:
19. Statuisti in loco spatioso pedes meos.
20. Miserere mei Domine, quoniam tribulor:
21. Conturbatus est in ira oculus meus,

22. Ani-

---

3. (c) Ex corde meo clamavi.
4. E peccato (d).
5. A Dæmonibus.
6. Mundi (e) corde.
7. Cum vos Domini memineritis, glorificate eum.
8. In indignatione ejus ira advenit in illos, contra quos indignatur.
9. In præceptis ejus.
10. In peccato luctus est.
11. Et in operibus lucis exultatio.
12. Ego autem cum peccavi, dixi: non advenient in me mala.
13. Tu autem, priusquam peccarem, dedisti animæ meæ gratiam tuam.
14. Postea autem peccante me, aversatus es me, & in angore multo fui propter recordationem diei judicii.
15. Ad te factorem meum clamabo.
16. Et ad te inspectorem meum deprecabor.
17. Dicebam mihimetipsi, quæ utilitas in peccando animæ meæ?
18. 19. An postquam mortuus fuero confiteri tibi possum.
20. 21. Ita me deprecante: *Dominus* (f) *factus est adjutor meus.*
22. Luctum peccati mei.
23. Peccatum meum conscidisti, & circumdedisti me gratia tua.
24. Ut cantet tibi cor meum, & non me pœnitebit.
25. Non ad tempus (g) me ipse tibi in servitutem addicam, sed in æternum.

Titulus præpositus continet (a): *Psalmus David pro extasi*, seu pro discessu, hoc est psalmum dixit David de discedentibus omnino a peccatis, & se ad Dominum convertentibus.

1. Omnem meam sollicitudinem habens (b) in te.
2. Ne reprobus fiam Domine.
3. Benignas aures (c) mihi præbe.
4. Et festina ad me liberandum.
5. *Esto mihi in Deum* opitulantem mihi.
6. Qui enim ad te venit non ejicietur.
7. Quoniam virtus mea, & munimentum meum es tu.
8. Et propter nomen tuum deduc me, & enutri me in justificationibus tuis.
9. Ex peccato inhabitante in corde meo.
10. Quoniam tu es protector meus Domine.
11. Animam meam, inquit.
12. Redemisti me ex servitute mendacii tu, qui es Deus populi veritatis.
13. Odisti permanentes in peccato.
14. Constituente extra errorem.
15. Cum misericordiam a te consequutus fuero, exultabo & lætabor in corde meo.
16. Quoniam animadvertisti infirmitatem meam.
17. Ex peccatis.
18. Diaboli.
19. In mandatis tuis.
20. Quoniam præteritis temporibus tibi peccavi.
21. A Diabolo mens mea,

22. Et

(c) m. 2. 3.
(d) a peccato meo.
(e) Psallite Domino m. e.
(f) *Dominus &c. desunt in Cod.*
(g) ad aliquod tempus.

(a) Cinnabari scriptus continet *in finem* Psalmus &c.
(b) m. 1. Omnem &c. in te posui, ne repr. &c. m. 2. In filio suo libera me, & eripe me.
(c) aures tuas.

22. Anima mea, & venter meus.
23. Quoniam defecit in dolore vita mea;
24. Et anni mei in gemitibus.
25. Infirmata est in paupertate virtus mea:
26. Et ossa mea conturbata sunt.
27. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium:
28. Et vicinis meis valde,
29. Et timor notis meis.
30. Qui vidabant me foras fugerunt a me:
31. Oblivioni datus sum tamquam mortuus a corde:
32. Factus sum tamquam vas perditum.
33. Quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu:
34. In eo dum convenirent ipsi simul adversum me,
35. Accipere animam meam consiliati sunt.
36. Ego autem in te Domine speravi.
37. Dixi, Deus meus es tu:
38. In manibus tuis sortes meæ.
39. Eripe me de manu inimicorum meorum,
40. Et a persequentibus me.
41. Illustra faciem tuam super servum tuum:
42. Salvum me fac in misericordia tua.
43. Domine non confundar, quoniam invocavi te.
44. Erubescant impii, & deducantur in infernum t
45. Muta fiant labia dolosa,
46. Quæ loquuntur adversus justum iniquitatem,
47. In superbia, & contemptu.
48. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine:
49. Quam abscondisti timentibus te:
50. Perfecisti eis, qui sperant in te,
51. In conspectu filiorum hominum.
52. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ,
53. A conturbatione * hominum:
54. Proteges eos in tabernaculo a contradictione linguarum.

* V. 53. A conturbatione &c. eos. V. 54. In tabernaculo &c.

55. Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate munita.
56. Ego autem dixi in excessu mentis meæ;
57. Projectus sum a facie oculnrum tuorum.
58. Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.
59. Diligite Dominum omnes Sancti ejus:
60. Quoniam veritates requirit Dominus;
61. Et retribuit abundanter facientibus superbiam.
62. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum,
63. Omnes qui speratis in Domino.

Psalmus David; intellectus.
Psalm. XXXI.

1. BEati, quorum remissæ sunt iniquitates:
2. Et quorum tecta sunt peccata.
3. Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum:
4. Nec est in ore ejus dolus.
5. Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea,
6. Dum clamarem tota die.

7. Quo-

---

22. Et venter, ait, animæ meæ: ubi, inquam, concepi peccatum.
23. In peccato, dicit.
24. Omne meum tempus gravatum a peccatis.
25. In auxilii inopia.
26. Subjectus & commixtus sum peccato.
27. (*d*) Omnes, inquit, inimici mei, hoc est Dæmones, postquam ego peccavi, me probris afficiunt.
28. Qui in me manent,
29. Qui autem cognoscunt, videntes me timent, ne ipsi quandoque similiter succumbant.
30. Angeli tui a me discesserunt.
31. Sicut mortuus oblivioni traditur in corde viventium, ita & egn factus sum.
32. Inutile, inquit.
33. Quoniam audio Dæmones opprobrantes mihi in corde meo.
34. 35. Cum simul congregati sunt, ut me captivum ducerent.
36. 37. Ego autem in te Domine speravi, quod me ab illis liberabis; tu enim es Deus meus.
38. In manibus tuis posui animam meam.
39. 40. A contrariis potestatibus, inquit.
41. 42. Visita me servum tuum, & salva me in misericordia tua.
43. Ne (*f*) despicias me.
44. Dæmones.
45. Aggressus (*g*) immundorum spirituum.
46. Contra Deum, & servos ejus.
47. In jactantia & despicientia.
48. 49. Bonorum tuorum, quæ præparasti Sanctis tuis.
50. Incomparabilia parasti sperantibus in te.
51. In conspectu eorum, qui a sinistris stabunt.
52. Custodies eos in Filio tuo.
53. (*h*) A potestate hominum eripiens gratia tua.
54. Custodies eos in tabernaculo, quod compegit Dominus in cælis.
55. Multiplicavit misericordiam suam super populum fidelem.
56. 57. Ego autem dixi in peccato meo.
58. Quia confessus sum tibi peccata mea in humilitate cordis mei, exaudisti gemitum animæ meæ.
59. Omnes, qui odistis improba (*i*), diligite Dominum.
60. Bona npera.
61. Facientibus peccatum, dicit.
62. Ne dissolvantur corda vestra, sed confirmentur.
63. Omnes, qui spem habetis in Domino.

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus David*, *intellectus*. Hoc igitur significat, quod Peccatores in intellectum venientes convertuntur. David enim interpretatur *contemptio*, quales sunt peccatores.

1. 2. Eos dicit, qui baptizati sunt.
3. In die Judicii.
4. Mendacium inquit.
5. 6. (*b*) Quoniam silui desistens ab indesinenter orando, ideo consumptus sum a peccato.

7. Et

(*d*) n. 27. 28. 29. Inquit: Inimici mei &c. exprobrant mihi: Hi quidem in me manentes, illi autem qui me cognoscunt, videntes me timent, ne & ipsi ita vincantur.
(*e*) n. 33. Audio &c. mihi. n. 34. In corde meo. n. 35. Cum.
(*f*) Domine ne rejicias deprecationem meam.
(*g*) Irruptiones.
(*h*) n. 53. A &c. custodies eos. n. 54. In tab.
(*i*) omnem rem pravam.
(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) n. 5. 6. 7. Quoniam &c. iratus et mihi.

7. Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua:
8. Conversus sum in ærumna, dum configitur mihi spina.
9. Delictum meum cognitum feci:
10. Et injustitiam meam non abscondi.
11. Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino:
12. Et tu remisisti impietatem cordis mei:
13. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno:
14. Veruntamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.
15. Tu meum es refugium a tribulatione, quæ circumdedit me:
16. Exsultatio mea erue me a circumdantibus me.
17. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris:
18. Firmabo super te oculos meos.
19. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.
20. In camo & fræno maxillas eorum constringe *, (* constringes.)
21. Qui non approximant ad te.
22. Multa flagella peccatoris:
23. Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.
24. Lætamini in Domino, & exultate justi:
25. Et gloriamini omnes recti corde.

Psalmus David. Sine inscriptione apud Hebræos. Psalm. XXXII.

1. EXsultate justi in Domino:
2. Rectos decet collaudatio:
3. Confitemini Domino in cithara:
4. In psalterio decem chordarum psallite illi.
5. Cantate ei canticum novum:
6. Bene psallite ei in vociferatione.
7. Quia rectum est verbum Domini:
8. Et omnia opera ejus in fide.
9. Diligit misericordiam & judicium Dominus:
10. Misericordia Domini plena est terra.
11. Verbo Domini cæli firmati sunt:
12. Et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.
13. Congregans sicut utrem aquas maris:
14. Ponens in thesauris abyssos.
15. Timeat Dominum omnis terra;
16. Ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.
17. Quoniam ipse dixit, & generata sunt:
18. Ipse mandavit, & creata sunt.
19. Dominus dissipat consilia gentium:

20. Re-

---

7. Et deinceps die ac nocte iratus es mihi.
8. *Conversus (c) sum in ærumna*: in peccato, a quo me liberasti, & conglutinata sunt mihi peccata.
9. 10. 11. Dixi conversus ad te confitebor (d) tibi dicens: *Pater peccavi in Cælum & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus*. (Luc. xv. 21.)
12. Tu autem solum audiens hæc dicentem, dixisti: *Hic filius meus mortuus erat & revixit; perierat, & inventus est*. (Luc. xv. 32.)
13. Et proinde omnes Angeli (e) tui gaudentes te glorificaverunt propter me.
14. Lacrymis suis delentur peccata sua.
15. Hæc clamat se convertens cum lacrimis.
16. A peccatis meis inquit.
17. Dominus ad eum dicit: ego te docebo, qua via incedes.
18. Et in ea custodiam te.
19. Et amplius ne pecca, tamquam intellectum non habens.
20. Sed corpori tuo, & animæ (f) fræna injiciens in servitutem redige, cum tibi non obediunt.
21. Qui tibi non obtemperant.
22. Multa erant flagella tua,
23. Sed quoniam sperasti (g) in misericordia mea, ab ipsis liberatus es.
24. Æterna lætitia & exultatione.
25. *Qui enim gloriatur in Domino glorietur*. (ad Corint. I. cap. 1.)

Titulus præpositus continet (a): *Psalmus David*. David enim interpretatur *desideratus*, quod accipere licet de choro Sanctorum, quoniam desideratus est a Domino. A choro igitur Sanctorum *desiderato* dictus est Psalmus: hoc est ab iis, qui David juxta nominis interpretationem, & mandatorum observantiam assimilantur.

1. Gaudete semper in Domino.
2. Rectos decet laudare Dominum.
3. Mortificantes vosmetipsos mundo, ita hymnis laudabitis eum.
4. Per observantiam decem præceptorum glorificate eum.
5. Canticum, inquit mundum.
6. Ex corde vestro.
7. Vera promissio (b) ejus.
8. Quæ facitis, (c) facite in fide.
9. Misericordia & fides nunquam tibi deficiant.
10. Super omnem hominis animam expansa est misericordia (d) tua, Domine.
11. (e) De Apostolis loquitur.
12. Et quod insufflavit in faciem eorum dicens: *Accipite Spiritum Sanctum*, cum resurrexit a mortuis. Etenim miracula, quæ faciebant Apostoli, per Spiritum Sanctum faciebant, quem ex ore ejus acceperunt.
13. Gentes Mundi mortuas peccato congregaverunt (f) velut utrem.
14. In Apostolis justificationes ejus.
15. Ut quæ scit, eum Creatorem suum fuisse.
16. Transferantur omnes in Dominum.
17. In Baptismo.
18. Eos enim renovavit.
19. Priora projicit consilia e cordibus eorum.

20. Et

(c) Quoniam conversus sum in iniquitate, ex qua me &c.
(d) confessus sum.
(e) Angeli congaudentes.
(f) animæ tuæ.
(g) speravit .... liberatus est.
(a) cinnabari scriptus cont.

(b) Verum Euangelium.
(c) Et omnia quæ &c.
(d) misericordia Domini.
(e) n. 11. De &c. a mortuis. n. 12. Etenim... acceperunt.
(f) congregavit.

20. Reprobat autem cogitationes populorum:
21. Et reprobat consilia principum.
22. Consilium autem Domini in æternum manet:
23. Cogitationes cordis ejus in generationem & generationem.
24. Beata gens, cujus est Dominus Deus ejus:
* suam; 25. Populus, quem elegit in hæreditatem sibi *.
26. De cælo respexit Dominus;
27. Vidit omnes filios hominum.
28. De præparato habitaculo suo,
29. Respexit super omnes, qui habitant terram,
30. Qui finxit singillatim corda eorum;
31. Qui intelligit omnia opera eorum.
32. Non salvatur Rex per multam virtutem:
33. Et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.
34. Fallax equus ad salutem:
35. In abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.
36. Ecce oculi Domini super metuentes eum;
37. Sperantes super misericordia ejus;
38. Ut eruat a morte animas eorum;
39. Et alat eos in fame.
40. Anima autem nostra sustinet Dominum:
41. Quoniam adjutor & protector noster est:
42. Quia in eo lætabitur cor nostrum;
43. Et in nomine sancto ejus speravimus.
44. Fiat misericordia tua Domine super nos; quemadmodum speravimus in te.

Psalmus David: cum immutavit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.
Psalm. XXXIII.

1. Benedicam Dominum in omni tempore:
2. Semper laus ejus in ore meo.
3. In Domino laudabitur anima mea:
4. Audiant mansueti & lætentur.
5. Magnificate Dominum mecum:
6. Et exaltabimus nomen ejus in idipsum.
7. Exquisivi Dominum, & exaudivit me:
8. Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
9. Accedite ad eum, & illuminamini:
10. Et facies vestræ non confundentur.
11. Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum:
12. Et ex omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.
13. Castrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.
14. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus:
15. Beatus vir, qui sperat in eo.
16. Timete Dominum omnes Sancti ejus:

20. Et immutat anteriores eorum cogitationes.
21. Et consilia Dæmonum dissipat.
22. Doctrina ejus.
23. Illuminatio ejus.
24. (*g*) Sanctorum gentem & populum ejus significat.
25. Complacuit, inquit, salvum facere.
26. Semper enim homines respexit.
27. 28. 29. Intuitus est e cælo sancto suo hominum genus, & eis omnibus consuluit, atque providit.
30. In Baptismo.
31. Gaudet (*h*) præterea eorum operibus.
32. In die judicii.
33. Salus a Domino & in præsenti & in futuro sæculo unicuique datur.
34. Non autem ut in præsenti equum habens, tunc poterit in eo aufugere.
35. Non enim cujusque potentia salvabit eum tempore Judicii.
36. 37. Delectatur enim subjectione & spe, quam in eo habent.
38. A morte æterna.
39. Non famem panis significat, sed famem audiendi verbum Domini (*i*).
40. Anima nostra expectat semper misericordiam ab eo.
41. Quoniam ipse semper curæ nos habet.
42. Inhabitante ipso in nobis.
43. Quoniam potens est salvare nos.
44. Quemadmodum speravimus, quod misericordia tua super nos immensa & investigabilis est, ita nobis eam exhibe Domine.

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus David, cum immutavit faciem suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit:* Hæc igitur est interpretatio: Psalmus dictus est de iis, qui se convertunt e mortuis operibus ad Dominum. Dicit enim *David*, quod interpretatur, hunc desideravi. *Cum immutavit faciem suam coram Abimelech*, hoc est cum quis faciem cordis sui immutavit a malo in bonum coram Rege Patrum nostrorum. *Abimelech* enim interpretatur *regnum patris mei*, quod intelligitur de Domino, quandoquidem ait immutanti faciem cordis sui a malo in bonum: Marc. Ev. 2. 5. *fili, dimittuntur tibi peccata tua.*

1. 2. (*b*) Indesinenter, dicit.
3. Laus ejus in ore meo nunquam conticescet.
4. A Domino, inquit.
5. Sanctæ Potestates.
6. Et glorificabimus eum nos in terra, quemadmodum vos in cælo.
7. Per orationem, inquit (*c*).
8. E peccatis meis.
9. 10. Corda vestra.
11. Humilis corde.
12. Ab omni tentatione.
13. Ut trium puerorum (*d*) in camino ignis.
14. Immortale donum, dicit.
15. Quod enim quisque ab eo sperat obtinere, (*e*) illud accipiet, & amplius accipiet.
16. Qui enim sancti esse vultis timete eum.

17. Quo-

(*g*) *n.* 24. 25. Sanctorum &c. facere. *n.* 26. 27. Semper &c. *n.* 28. 29. Intuitus &c.

(*h*) Gaudet enim.

(*i*) Dei.

(*a*) cinnabari scriptus continet: *David cum immutavit faciem suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.* Hæc autem est interpretatio; Psalmus se convertentium a mortuis operibus ad Dominum. *David*, enim, inquit, quod interpretatur, *hunc desideravi*: quandoque vero, *hic desideratus*. *Cum immutavit faciem suam coram Abimelech*. Hoc est cum immutavit faciem (cordis sui) a malo in bonum coram Rege Patrum nostrorum. Interpretatur enim, Abimelech Rex Patris mei, quod convenit in Dominum, quippe dixit immutanti faciem cordis sui a malo in bonum: *fili dimittuntur tibi peccata tua.*

(*b*) *n.* 1. Indesinenter inquit. *n.* 2. Laus &c. *n.* 3. A &c. *n.* 4. Sanctæ &c. *n.* 5. 6. Et glorificabimus &c.

(*c*) inquit, exquisivi.

(*d*) ut super tribus pueris.

(*e*) obtinere bonum, sic, &c.

17. Quoniam non est inopia timentibus eum.
18. Divites eguerunt & esurierunt:
19. Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.
20. Venite filii audite me:
21. Timorem Domini docebo vos.
22. Quis est homo, qui vult vitam;
23. Diligens dies videre bonos?
24. Prohibe linguam tuam a malo:
25. Et labia tua ne loquantur dolum.
26. Diverte a malo, & fac bonum:
27. Inquire pacem, & persequere eam.
28. Oculi * Domini super justos; (* Quoniam oculi)
29. Et aures ejus in preces eorum.
30. Vultus autem Domini super facientes mala;
31. Ut perdat de terra memoriam eorum.
32. Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos,
33. Et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.
34. Juxta Dominus iis, qui tribulato sunt corde:
35. Et humiles spiritu salvabit.
36. Multæ tribulationes justorum,
37. Et ex omnibus his liberabit eos Dominus.
38. Custodit Dominus omnia ossa eorum;
39. Unum ex his non conteretur.
40. Mors peccatorum pessima:
41. Et qui oderunt justum, delinquent.
42. Redimet Dominus animas servorum suorum:
43. Et non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Psalmus David. Psalm. XXXIV.

1. Judica Domine nocentes me:
2. Expugna impugnantes me:
3. Apprehende arma & scutum, & exsurge in adjutorium meum.
4. Effunde frameam & conclude adversus eos, qui persequuntur me.
5. Dic animæ meæ, salus tua ego sum.
6. Confundantur & revereantur quærentes animam meam.
7. Avertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.
8. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti:
9. Et Angelus Domini coarctans eos.
10. Fiat via illorum tenebræ & lubricum:
11. Et angelus Domini persequens eos.
12. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui:
13. Supervacue exprobraverunt animam meam.
14. Veniat illi laqueus, quem ignorat:

15. Et

---

17. Quoniam nullum bonum deest timentibus eum.
18. Deficientibus divitiis (*f*), in quibus speraverunt. Proprie (*g*) autem Judæorum populum significat.
19. Divitiæ enim eorum sunt Dominus, qui bonus & indeficiens est, in cujus manu omnia sunt; ipse enim ea fecit.
20. 21. 22. 23. (*h*) Desiderans æterne vivere, & dies interminabiles quærens videre.
24. A convicio.
25. Prohibe (*i*) a mendacio.
26. Ab omni peccato.
27. Dominum, & sequere eum.
28. 29. Gaudet videns eos propter opera eorum, & delectatur audiens deprecationem eorum, quoniam, quæ placita ei sunt, ab eo petunt.
30. Irascitur autem, atque indignatur super facientes mala.
31. Et ex hac terra & futura.
32. Sicut in tempestate maris Discipuli (*k*) *clamaverunt* & ex omni æstu animam a corpore separatam *liberavit*, & clamantes ad eum exaudivit, & nunc exaudit eos.
33. A tentationibus inimici.
34. Mitibus.
35. De se humiliter sentientes salvabit, inquit; non verbis, & specie tenus humiles.
36. In hoc mundo.
37. Nam propter eum tribulationes patiuntur.
38. Fortitudinem animæ (*l*) eorum.
39. Nullatenus finet corrumpi eos a peccato.
40. Peccatum.
41. Et qui odio habent Deum & servos ejus, peccabunt.
42. Ab omni peccato.
43. Et non peccabunt omnes, qui sperant in eo.

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus David*. Hoc autem significat, quod psalmus iste ad Dei Filium pertinet. David enim & raptas oves vindicavit, & pro populo pugnans, percusso Goliat, victoriam obtinuit. Quod invenimus a Dei Filio factum esse: quoniam & ab adversariis potestatibus oppressos vindicavit, & inita pugna, prostratoque Diabolo victoriam donavit generi humano. Has autem veritates tibi ita exhibet hic psalmus.

1. Quoniam justus es Judex.
2. Potestates inimici.
3. Crucis tuæ inquit, & fidei tuæ.
4. 5. Et gratia Spiritus Sancti (*b*) circumdans animam meam, dic ipsi: ne timeas, *salus tua ego sum*.
6. Atque ita demum *confundantur* & *revereantur* potestates inimici.
7. Similiter eædem potestates.
8. Exsufflabit Dæmones ex corde meo Spiritus Sanctus tuus.
9. Et illuminatio tua expellens eos ex corde meo.
10. Inopes consilii præ timore (*c*) concidant.
11. Et gratia tua persequetur eos.
12. Cum nulla res mihi esset cum ipsis, mundanas voluptates in corde meo posuerunt.
13. Afflixerunt, inquit, animam meam.
14. Veniat Diabolo dies judicii, quod (*d*) non exspectat.

15. Et

(*f*) eorum divitiis.
(*g*) Proprie & *rel. desunt in Cod.*
(*h*) *v.* 20. 21. Venientes ut doceamini, venite & audite. *v.* 22. 23. Quis est homo desiderans &c.
(*i*) Labia tua prohibe.
(*k*) Discipuli *clamaverunt*, & *exauditi sunt*, etiam ex omni quidem tribulatione animæ, & vexatos, & clamantes ad eum.
(*l*) Omnem fortitudinem, inquit, animæ &c.

(*a*) cinnabari scriptus continet: *David* &c. Quod Psalmus iste dictus est filio Dei &c. Quod invenimus factum a Filio Dei, quoniam &c. & certamen vincens pro genere humano, nempe diabolum &c. Has autem veritates ferme exhibet iste Psalmus in hunc modum.
(*b*) Sancti tui.
(*c*) timore tuo.
(*d*) quando.

15. Et captio, quam abſcondit, apprehendat eum:
16. Et in laqueum cadat in ipſum.
17. Anima autem mea exſultabit in Domino:
18. Et delectabitur ſuper ſalutari ſuo.
19. Omnia oſſa mea dicent; Domine, Domine, quis ſimilis tibi?
20. Eripiens inopem de manu fortiorum ejus;
21. Et egenum & pauperem a diripientibus eum.
22. Surgentes mihi teſtes iniqui, quæ ignorabam, ioterrogabant me:
23. Retribuebant mihi mala pro bonis;
24. Et ſterilitatem aoimæ meæ.
25. Ego autem, cum ipſi moleſti eſſent mihi, induebar cilicio:
26. Et humiliabam io jejuoio aoimam meam:
27. Et oratio mea in ſinu meo convertetur.
28. Quaſi proximo, quaſi fratri noſtro, ſic complacebam:
29. Quaſi lugens & contriſtatus, ſic humiliabar.
30. Et adverſum me lætati ſunt, & convenerunt:
31. Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoravi.
32. Diſſipati ſunt, nec compuncti:
33. Tentaverunt me, ſubſannaverunt me ſubſannatione;
34. Frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.
35. Domine, quando reſpicies?
36. Reſtitue animam meam a malignitate eorum:
37. A leonibus unicam meam.
38. Confitebor tibi in Eccleſia magna:
39. In populo gravi laudabo te.
40. Non ſupergaudeant mihi, qui adverſantur mihi inique:
41. Qui oderunt me gratis; & annuunt oculis.
42. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur;
43. Et in iracundia dolos cogitabant.
44. Dilataverunt ſuper me os ſuum:
45. Dixerunt, euge, euge: viderunt oculi noſtri.
46. Vidiſti Domine, ne ſileas:
47. Domine ne diſcedas a me.
48. Exſurge Domine, & intende judicio meo,
49. Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam.
50. Judica me Domine ſecundum juſtitiam tuam Domine * Deus meus, & noo ſupergaudeant mihi: ℣. 51. Domine &c. mihi inimici mei.
51. Non dicant in cordibus ſuis; Euge, euge animæ noſtræ: ℣. 52. Ne dicant in corde ſuo &c.
52. Nec dicant; devoravimus eum. ℣. 53. Nec dicant &c.
53. Erubeſcant & revereantur ſimul, qui gratulantur malis meis: ℣. 54. Erubeſcant &c.
54. Induaotur confuſione & reverentia, qui magna loquuntur ſuper me:
55. Exſultent & lætentur, qui voluot juſtitiam meam:
56. Et dicant ſemper; magnificetur Dominus,
57. Qui volunt pacem ſervi ejus.

58. Et

---

15. Et mors, quam ipſe inveoit.
16. Et in gebennam ignis projicietur (e) in ipſam.
17. Gaudebit in Domino in æternum.
18. Io judiciis ejus.
19. Omnis virtus mea, inquit.
20. Humilem corde, inquit, eripiens a ſpiritibus immundis.
21. Ab inimicis viſibilibus & inviſibilibus liberat (f) eos, & in præſenti, & in futuro ſæculo.
22. Surgentes cogitationes io corde meo, voluptates vitæ, quas nolebam, injiecerunt mihi.
23. 24. Quod erat in me ſatum a Domino (g), ſuppoſitis mihi ſuis, abſtulerunt, effeceruntque animam meam infructiferam.
25. 26. Ego autem, cum ſteriles cogitationes in corde meo permanerent, lugebam cum lacrymis & jejuniis orans, ſi quando Deus compatiens miſereretur mei.
27. Et petitio mea exaudita faciet me concipere opera juſtitiæ.
28. 29. Veluti aliquem ex amicis meis, vel ex fratribus meis plorans, ita me deplorabam propter inhabitans in me peccatum, & ita lacrymis meis complacebam.
30. Illi autem ut me gementem viderunt, ſimul congregati lætati ſunt (h) io tribulatione mea.
31. Congregatis ipſis in me, nulli eorum adhærebam.
32. Abſcindebam eos ex corde meo (i), & ita neutiquam quieſcebaot.
33. Tentabant me (k), & irridebant infirmitatem meam.
34. 35. Frendebant *ſuper* (l) *me dentibus ſuis*, ego autem dicebam: *Domine, quando reſpicies?*
36. Libera *animam meam a malignitate eorum*.
37. Ab adverſariis poteſtatibus rapientibus animam meam deſolatam (m).
38. Inter Sanctos tuos narrabo auxilium, quod mihi a te allatum eſt.
39. Et in populo multo laudabo te.
40. 41. Importune me odio habentes, & meditantes me interficere.
42. 43. Veluti muſſitationes (n) pietatis ſubeuotes tentabant me devorare.
44. Quærebant me deglutire.
45. Et dicunt: Ah ah cadentem eum videmus.
46. 47. *Vidiſti Domine*, ne ſinas me auxilio tuo deſtitui.
48. 49. (o) Ita præſcribe mihi vitam meam inſtituere, quemadmodum tibi eſt beoeplacitum.
50. Domine Deus meus tu mei dominare, & non iſti ſatellites inimici.
51. Ne gaudeant corda eorum de lapſo meo.
52. Neque glorientur, lucrati fuimus eum.
53. De iiſdem immundis ſpiritibus loquitur.
54. Edicentes me interfecturos.
55. De me, quod a cootrariis poteſtatibus liberatus ſim, ſanctæ tuæ virtutes exſultent.
56. Et propter me glorificent nomen tuum.
57. Sancti Angeli Dei.

58. Et

(e) projicientur.
(f) liberabit.
(g) Deo.
(h) lætabuntur.
(i) in corde meo, neque ita quieſcebant.
(k) me amplius, &.
(l) *contra me* .... Domine intende mihi.

(m) deſipientem.
(n) cogitationes .... me dejicere.
(o) *n.* 48. In hoc ipſum teipſum excita ad videndam injuriam meam. *n.* 49. Quam habeo contra inimici poteſtates. *n.* 50. Ita &c. *n.* 51 Domine &c. *n.* 52. Neque glorientur, quod lucrati ſunt me. *n.* 53. Neque glorientur corda &c. *n.* 54. De iiſdem &c.

58. Et lingua mea meditabitur justitiam tuam:
59. Tota die laudem tuam.

In finem: servo Domini David, Psalm. XXXV.

1. Dicit injustus, ut delinquat in semetipso;
2. Non est timor Dei ante oculos ejus.
3. Quoniam dolose egit in conspectu ejus;
4. Ut inveniret iniquitatem suam, & odio haberet.
5. Verba oris ejus iniquitas & dolus:
6. Noluit intelligere, ut bene ageret.
7. Iniquitatem meditatus est in cubili suo:
8. Astitit omni viæ ooo bonæ:
9. Malitiam autem non odivit.
10. Domine in cælo misericordia tua;
11. Et veritas tua usque ad nubes.
12. Justitia tua sicut montes Dei:
13. Judicia tua abyssus multa.
14. Homines & jumenta salvabis, Domine.
15. Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus!
16. Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt:
17. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ:
18. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos.
19. Quoniam apud te fons vitæ:
20. In lumine tuo videbimus lumen.
21. Prætende misericordiam tuam scientibus te;
22. Et justitiam tuam his, qui recto sunt corde.
23. Non veniat mihi pes superbiæ:
24. Et manus peccatoris non moveat me.
25. Ibi ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem:
26. Expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Psalmus David. Psalm. XXXVI.

1. Noli æmulari in malignantibus;
2. Neque zelaveris facientes iniquitatem.
3. Quoniam tamquam fœnum velociter arescent:
4. Et quemadmodum olera herbarum cito decident.
5. Spera in Domino, & fac bonitatem:
6. Et inhabita terram;
7. Et pasceris in divitiis ejus.
8. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.
9. Revela ad Dominum viam tuam:
10. Et spera in eo, & ipse faciet:
11. Et educet quasi lumen justitiam tuam.
12. Et judicium tuum tamquam meridiem.

13. Sub-

---

58. Et posthac in præceptis tuis meditabor.
59. Incessanter laudabo te in luce.

Titulus præpositus continet: (*a*) *In finem servo Domini David*. Hoc igitur significat, quod psalmus iste dictus est in consummatione sæculorum populo, qui servit Domino & ab eo desideratus est: de nequitia (*b*) quidem & insurrectione Diaboli adversus Genus humanum; de bonitate autem Dei, & erga homines benevolentia, quomodo in universum humanum genus divitias misericordiæ (*c*) & gratiæ suæ effundit.

1. *Dicit* peccare volens in semetipso.
2. Non est divinum judicium in futuro sæculo.
3. 4. Hoc autem is dicit, quoniam non proposuit agnoscere peccatum suum & abigere(*d*).
5. Cogitatio cordis ejus.
6. Noluit agnoscere, & facere bonum.
7. Sed requies animæ ejus iniquitas est.
8. 9. (*e*) Neque in una mansit iniquitate, sed diversas sibi excogitavit.
10. In cogitantibus cælestia misericordia tua.
11. Usque ad ipsos sanctos, dicit.
12. Justi (*f*).
13. Judicia tua immensa.
14. Incedentes voluntate tua.
15. Quemadmodum multiplicasti genus humanum, ita & misericordiam tuam in omnes homines effudisti.
16. Sub tuo auxilio.
17. A gratia tua.
18. Sancto tuo Spiritu.
19. Quoniam apud te Patrem Filius est.
20. In ipso Filio tuo videbimus lucem.
21. Credentibus in te.
22. Et justam tuam retributionem in sempiternum dona mundis corde.
23. Nullum peccatum me supplantet.
24. Non glorietur (*g*) de me potentia inimici.
25. 26. Cadunt (*b*) utique gaudentes in peccato.

Psalm. CXVIII. vers. 118. Titulus præpositus continet (*a*) *Psalmus David*. David autem interpretatur *desideratus*, & *contemptus*; quod in præsenti ita accipiendum est, propterea quod psalmus dictus est in Justos a Deo desideratos: in (*b*) impios a Deo contemptos. Scriptum est enim: *Sprevisti omnes discedentes a judiciis tuis, quia injusta cogitatio eorum*.

1. Noli assimilari *malignantibus*.
2. Neque te comparaveris ad illorum actiones.
3. *Quoniam* (*c*) *tanquam fœnum* decor divitiarum suarum.
4. Cito decident morti traditi.
5. Et fac omne opus bonum.
6. 7. Et habita in terra nutritus a Domino: divitiæ enim terræ Dominus sunt, ditans eam diversis floribus, & omni genere arborum.
8. Dilige Dominum ex tota anima, (*d*) & faciet voluntates tuas.
9. *Revela ad Dominum* cor tuum,
10. Et ipse deducet te in omne opus bonum.
11. Mundam, inquit.
12. Illuminatum dicit.

13. 14.

(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) de improba diaboli insurrectione.
(*c*) misericordiæ suæ &, &c.
(*d*) cessare.
(*e*) Delectatur permanens in omni via non bona. *n.* 9. Non in.... sibi ipsi effecit.
(*f*) Justi tui.
(*g*) prævaleat adversum me.
(*b*) Subvertuntur enim a diabolo, & non valentes consistere, cadunt gaudentes &c.

(*a*) cinnabari scriptus continet: *David*. David. &c.
(*b*) & in.
(*c*) *n.* 3. 4. *Quoniam tanquam fœnum* pulchritudo divitiarum illorum cito marcescet, & e gloria opum suarum cito dec. &c.
(*d*) anima tua, *rel. def. in Cod.*

13. Subditus esto Domino, & ora eum.
14. Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua;
15. In homine faciente injustitias.
16. Desine ab ira, & derelinque furorem:
17. Noli æmulari, ut maligneris.
18. Quoniam, qui malignantur exterminabuntur:
19. Sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram.
20. Et adhuc pusillum, & non erit peccator:
21. Et quæres locum ejus, & non invenies.
22. Mansueti autem hæreditabunt terram:
23. Et delectabuntur in multitudine pacis.
24. Observabit peccator justum:
25. Et stridebit super eum dentibus suis.
26. Dominus autem irridebit eum:
27. Quoniam prospicit, quod veniet dies ejus.
28. Gladium evaginaverunt peccatores;
* suum, rem amaram 29. Intenderunt arcum suum *;
30. Ut dejiciant pauperem & inopem;
31. Ut trucident rectos corde.
* corda 32. Gladius eorum intret in cor * ipsorum:
33. Et arcus eorum confringantur.
34. Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas:
35. Quoniam brachia peccatorum conterentur;
36. Confirmat autem justos Dominus.
37. Novit Dominus vias immaculatorum:
38. Et hæreditas eorum in æternum erit.
39. Non confundentur in tempore malo:

Tom. III.

40. Et in diebus famis saturabuntur.
41. Quia peccatores peribunt:
42. Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint ipsi & exaltati,
43. Deficientes quemadmodum fumus deficient.
44. Mutuatur peccator, & non solvet:
45. Justus autem miseretur, & tribuet.
46. Quia benedicentes ei, hæreditabunt terram:
47. Maledicentes autem ei disperibunt.
48. A Domino gressus hominis diriguntur:
49. Et viam ejus volet valde.
50. Cum ceciderit, non collidetur:
51. Quia Dominus supponit manum ipsi *. * suam.
52. Junior fui, etenim senui;
53. Et non vidi justum derelictum,
54. Nec semen ejus quærens panem.
55. Tota die miseretur & commodat justus:
56. Et semen illius in benedictione erit:
57. Declina * a malo, * ℣. 57. Declina &c. bonum ℣. 58. Et inhabita &c.
58. Et fac bonum, & inhabita in sæculum sæculi:
59. Quia Dominus amat judicium:
60. Et non derelinquet Sanctos suos:
61. In æternum conservabuntur,
62. Injusti autem expellentur,
63. Et semen impiorum exterminabitur.
64. Justi autem hæreditabunt terram:
65. Et inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.
66. Os justi meditabitur sapientiam:

H

67. Et

---

13. 14. 15. (*e*) Humilia teipsum sub potenti ejus manu: ne, si videris peccatores prospere agentes, indigneris propter eos in corde tuo, & velis talem fieri, quales illi sunt.
16. Ira enim hominis justitiam Dei non operatur.
17. Ne imiteris malum.
18. Quoniam facientes malum *exterminabuntur*.
19. Expectantes autem Domini adventum, ipsi hæreditabunt regnum cęlorum.
20. Pusillum enim est, & mundus pertransit.
21. Singuli enim peccatores æternæ punitioni (*f*) traduntur.
22. Supernam Jerusalem significat.
23. In sæculum sæculi.
24. Diabolus, & ejus ministri observant fideles.
25. Quærens ipsum perdere.
26. Eum infirmum ostendet (*g*), & ejus voluntatem irritam faciet.
27. Dies punitionis ejus.
28. Dæmones peccatum.
29. Mundi cupiditates.
30. Justum.
31. Sanctos.
32. Conversa est iniquitas eorum in ipsos.
33. Ignita Dæmonum tela significat.
34. Amplius est justo paulum misericordiæ Domini, quam omnes mundi divitiæ.
35. Quoniam omnis eorum potentia peribit.
36. Immotos eos custodit in æternum.
37. Ejus enim sunt opera Sanctorum.
38. Et regnum cęlorum eorum est (*h*).
39. In die judicii.
40. Non panis famem significat, sed gratiæ Dei.
41. 42. 43. Dæmones, & qui illis obsequuntur, in nihilum redigentur.
44. Peccata peccatis addit, & pęnitentiam non agit deprecans pro illis.
45. Justus autem offert Deo per eleemosynas divitias suas.
46. Glorificantes eum bonis operibus hæreditabunt futuram civitatem.
47. Blasphemantes autem eum, aut negantes exterminabuntur (*i*).
48. Unumquemque (*k*) fidelium gratia sua in bonum deducet.
49. Ejus vivendi rationem amat multum.
50. Si peccat (*l*) non perseverat in peccato.
51. Quoniam misericordia sua erigit eum.
52. Ita etiam ego quondam peccavi, nunc autem perfectus factus sum in Christo.
53. *Et non vidi* (*m*): quando venerunt mihi hæc a Domino.
54. Neque cor ejus Divinis donis destitutum.
55. In luce semper existens per eleemosynam fœneratur Deo.
56. Opera ejus significat.
57. Ab omni peccato.
58. In vita futura.
59. Justitiam.
60. Sanctos ejus.
61. In præsenti sæculo & in futuro.
62. In tenebras exteriores.
63. Opera impiorum in ignem æternum.
64. Futuram dicit.
65. Et habitabunt in sempiternis ejus mansionibus.
66. Divina judicia.

67. Ve-

(*e*) *v.* 13. Humilia &c. manu. *v.* 14. 15. Nec si, &c. talem atque ejusmodi fieri, quales & illi sunt.
(*f*) in æternum supplicium &c.
(*g*) reddet.
(*h*) erit.
(*i*) exterminabuntur in sæculum.
(*k*) Unusquisque . . . . deducitur.
(*l*) Cum peccaverit.
(*m*) *Et non vidi* unquam aliquem eorum derelictum a Deo.

67. Et lingua ejus loquetur judicium;
68. Lex Dei ejus in corde ipsius,
69. Et non supplantabuntur gressus ejus.
70. Considerat peccator justum, & quærit * mortificare eum;
71. Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus;
72. Nec damnabit eum;
73. Cum judicabitur illi;
74. Exspecta Dominum, & custodi viam ejus;
75. Et exaltabit te, ut hæreditate capias terram,
76. Cum perierint peccatores videbis.
77. Vidi impium superexaltatum,
78. Et elevatum sicut cedros Libani:
79. Et transivi, & ecce non erat;
80. Et quæsivi eum, & non est inventus locus ejus:
81. Custodi innocentiam, & vide æquitatem:
82. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico,
83. Injusti autem disperibunt simul;
84. Reliquiæ impiorum interibunt.
85. Salus autem justorum a Domino:
86. Et protector eorum est in tempore tribulationis.
87. Et adjuvabit eos Dominus, & liberabit eos,
88. Et eruet eos a peccatoribus;
89. Et salvabit eos, quia speraverunt in eo.

* ℣. 71. Et quærit &c. ℣. 72. Dominus &c. ℣. 73. Nec &c. illi ℣. 74. Exspecta

Psalmus David: in commemoratione de Sabbato.
Psalm. XXXVII.

1. Domine ne in furore tuo arguas me:
2. Neque in ira tua corripias me.
3. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi:
4. Et confirmasti super me manum tuam.
5. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ:
6. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
7. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum;
8. Sicut onus grave gravatæ sunt super me.
9. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ.
10. A facie insipientiæ meæ.
11. Miser factus sum, & curvatus usque in finem:
12. Tota die contristatus incedebam.
13. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus:
14. Et non est sanitas in carne mea.
15. Afflictus sum & humiliatus sum nimis:
16. Rugiebam a gemitu cordis mei.
17. Domine ante te omne desiderium meum:

18. Et

---

67. Veritatem, inquit.
68. Fides Dei sui in corde ejus,
69. Et nunquam discedet ab eo.
70. (n) Bello peccati.
71. Non ipse finet superari improbis ejus cupiditatibus.
72. Cum impugnat eum:
73. *Loco dicendi*: cum ipse judicabitur.
74. Præstolare Dominum, & custodi fidem & mandata ejus.
75. Et glorificabit te in regno suo.
76. Cum traduntur igni æterno.
77. 78. Diabolum.
79. Et transivi (o) sub Deo in resurrectione, & non amplius inventus est Diabolus: traditur enim igni æterno.
80. Alienatus (p) enim est e loco Justorum.
81. Tene Dominum in teipso, & fac omne opus bonum.
82. Quoniam retributio est diligentibus eum.
83. Simul in consummatione omnes peribunt injusti, neque unus relinquetur.
84. Opera eorum cum ipsis peribunt.
85. Et in præsenti & in futuro sæculo.
86. Curam illorum semper gerens.
87. Manu sua protegens, & confortans eos in multa patientia.
88. Et liberabit eos ex Dæmonibus, eorumque administris.
89. In æterno ejus regno, in quo speraverunt.

Titulus præpositus continet (a): *Psalmus David in commemoratione de Sabbato*: hoc est; psalmus iste dictus est ab homine justo, qualis erat David cum recordatus est diei judicii, septem millesimi, inquam, anni: Sabbatum enim *requies* interpretatur.

1. Domine ne (b) mihi succenseas, neque averseris me, & omnes agnoscant, quod sum sine auxilio.
2. Neque, rursus irascaris (c) mihi, & finas me flagellari a Dæmonibus.
3. Plagæ tuæ, inquit.
4. Et humiliasti me.
5. (d) Non est in peccatis meis sanitas, quoniam iratus es mihi.
6. Non est pax in fortitudine animæ meæ; mea enim peccata pugnant contra me.
7. Quoniam iniquitates meæ prævaluerunt contra me.
8. Et non sinunt me ad te respicere.
9. 10. Et quia a te sanitatem non sum assequutus, totus ulceribus plenus sum, & abominabilis factus sum apud te ob peccatum meum (e).
11. Servus factus sum, inquit, omni peccato.
12. Quotidie incedebam in peccatis.
13. Quoniam omnis fortitudo animæ meæ impleta est omni iniquitate (f).
14. Et non est sanitas in carnalibus operationibus meis.
15. Infirmata est, inquit, anima mea usque (g) in finem.
16. Plorabo (b) solum non audens te deprecari.
17. Domine nosti, quod misericordia tua indigeo.

18. Qua-

(n) n. 70. Diabolus. n. 71. Bello peccati. n. 72. Non eum finet &c. n. 73. Cum &c. n. Loco &c. *deest in Cod.* n. 74. Præstolare.
(o) Et abductus est a Deo &c.
(p) Exterminatus est enim locis suis e Justis.
(a) cinnabari scriptus cont-
(b) ne iratus mihi averseris me.
(c) iratus mihi finas me.
(d) *Hic n. deest in Cod.* n. 5. 6. Non est pax.
(e) meum *deest in Cod.*
(f) peccato.
(g) usque &c. *deest*.
(b) Plorans.

18. Et gemitus meus a te non est absconditus.
19. Cor meum conturbatum est:
20. Dereliquit me virtus mea:
21. Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.
22. Amici mei & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt:
23. Et qui juxta me erant de longe steterunt:
24. Et vim faciebant, qui quærebant animam meam:
25. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates:
26. Et dolos tota die meditati sunt.
27. Ego autem tamquam surdus non audiebam:
28. Et sicut mutus non aperiens os suum:
29. Et factus sum sicut homo non audiens,
30. Et non habens in ore suo redargutiones.
31. Quoniam in te Domine speravi:
32. Tu exaudies me, Domine Deus meus.
33. Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei:
34. Et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.
35. Quoniam ego in flagella paratus sum:
36. Et dolor meus in conspectu meo est semper.
37. Quoniam iniquitatem meam ego annunciabo:
38. Et cogitabo pro peccato meo.
39. Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me:
40. Et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.
41. Qui retribuunt mihi mala pro bonis,
42. Detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.
43. Ne derelinquas me Domine:
44. Deus meus ne discesseris a me:
45. Intende in adjutorium meum, Domine Deus salutis meæ.

In finem, Idithum Canticum David.
Psalm. XXXVIII.

1. Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.
2. Posui ori meo custodiam,
3. Cum consisteret peccator adversum me.
4. Obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis:
5. Et dolor meus renovatus est.
6. Concaluit cor meum intra me:
7. Et in meditatione mea exardescet ignis.
8. Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum,
9. Et numerum dierum meorum, quis est?
10. Ut sciam quid desit mihi.
11. Ecce mensurabiles posuisti dies meos:
12. Et substantia mea, tamquam nihilum ante te:

13. Ve-

---

18. Quare ingemiscam, non ignoras.
19. 20. Inquinato corde meo ab omni peccato, gratia tua me deseruit.
21. Et non amplius illuminat oculos cordis mei gratia tua.
22. Dona tua, quæ antea habebam, ablata sunt mihi.
23. Sanctæ tuæ virtutes.
24. Et demum trahunt me ad seipsos Dæmones.
25. Et omnem iniquitatem & peccatum in animam meam incessanter injiciunt.
26. Omni tempore cogitationes quasdam veluti prima specie honestas quæsiverunt (*i*) subjicere in corde meo.
27. Ego autem tamquam non audiens, quæ ab ipsis dicuntur, hoc modo ea non committam.
28. Nec eis contra respondi (*k*).
29. Veluti non audiens manebam non implens, quod volebant.
30. Tamquam non valens eos redarguere.
31. Quoniam in misericordia tua Domine speravi.
32. Propterea exaudies (*l*) me Domine Deus meus.
33. *Quia dixi:* Domine si me non exaudis, gaudent inimici mei.
34. Et cum præ infirmitate decido, illi exsultant.
35. Quoniam obnoxius sum æterno supplicio.
36. Et jam prospicio ignem æternum.
37. Confitebor tibi iniquitatem meam.
38. Et pœnitentiam agam de iis, quæ feci mala.
39. Principes autem Diaboli invaluerunt contra me.
40. Et multi fuerunt adversus me.
41. Qui auferentes doctrinam tuam a me, & suas mihi dederunt cupiditates.
42. (*m*) Secum ipsi consilium iniverunt, ut me perderent, quoniam pœnitentiam agere volebam.
43. 44. (*n*) Ne dimittas me Domine Deus meus.
45. Sed in auxilium meum veni.

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem Idithum* (*b*) *Canticum David*. Hoc autem significat, quod canticum istud dictum est a Davide uni Judici advenienti. Ita enim interpretatur Idithum: *unus Judex adveniens*.

1. Deliberavi haud amplius producere (*c*) sermones, qui mihi ab inimico suggeruntur.
2. Proposui nullum verbum otiosum producere ex ore meo.
3. Diabolum significat.
4. Abducens meipsum a bonis mundi, & solitarius sedens meipsum in silentio humiliabam.
5. Et recordatus sum peccati mei.
6. Ingemuit cor meum intra me.
7. Et præ dolore (*d*) exarsi.
8. Et oravi dicens: da mihi Domine ut sciam, quando me oporteat adstare tuo tribunali.
9. Et quod dies mei pauci sunt.
10. Ut tandem cognoscam, quid de præceptis tuis prætermisi.
11. Miserabiles significat, & demetitos (*e*).
12. Pulvis sum, inquit.

13. Ve-

(*i*) speculabantur.
(*k*) eis respondi.
(*l*) exaudi.
(*m*) *n.* 42. Secum ipsi deliberabant quomodo me *&c.* volebam: & projecerunt me dilectum veluti mortuum abominatum.
(*n*) *n.* 43. 44. 45. Ne *&c.* sed *&c.*

(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) *Idithum Psalmus cantici David:* canticum istud dictum est *&c.*
(*c*) haud loqui . . . inimico meo.
(*d*) dolore, qui erat in anima mea *&c.*
(*e*) & demetitos *deest in Cod.*

13. Verumtamen univerſa vanitas, omnis homo vivens.

* Vat. Cod. Pal.

* Diapſalma.

14. Verumtamen in imagine pertranſit homo:
15. Tamen fruſtra conturbatur:
16. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea.
17. Et nunc quæ exſpectatio mea? nonne Dominus.
18. Et ſubſtantia mea a te eſt.
19. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:
20. Opprobrium inſipienti dediſti me.

* quoniam &c. deſunt.

21. Obmutui & non aperui os meum, * quoniam tu feciſti.
22. Amove a me plagas tuas:
23. A fortitudine enim manus tuæ ego defeci.
24. In increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem:
25. Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam ejus.

* vane perturbatur omnis &c.

26. Verumtamen vane * omnis homo.

* ſtatic. Cod. P.

* Diapſalma.

27. Exaudi orationem meam Domine & deprecationem meam *:

* meam auribus percipe ℣. 28. A lacrymis meis ne ſileas ℣. 29. Quoniam advena ego ſum in terra ℣. 30. &c.

28. Auribus percipe lacrymas * meas.
29. Ne ſileas, quoniam advena ego ſum apud te;
30. Et peregrinus, ſicut omnes patres mei.
31. Remitte mihi ut refrigerer;
32. Priuſquam abeam, & amplius non ero.

In finem: Pſalmus David.
Pſalm. XXXIX.

1. EXſpectans exſpectavi Dominum, & intendit mihi:
2. Et exaudivit preces meas.
3. Et eduxit me de lacu miſeriæ,
4. Et de luto fæcis:
5. Et ſtatuit ſuper petram pedes meos:
6. Et direxit greſſus meos.
7. Et immiſit in os meum, canticum novum:
8. Carmen Deo noſtro.
9. Videbunt multi & timebunt, & ſperabunt in Domino.
10. Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus;
11. Et non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.
12. Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua:
13. Et cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi:
14. Annunciavi & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum.
15. Sacrificium & oblationem noluiſti:

16. Cor-

---

13. Verumtamen opera hominum, quæ in hoc mundo, ſunt vanitas.
14. Veluti (*f*) umbra tranſcurrit homo.
15. Et hic, & illic intempeſtive perturbatur.
16. Theſaurizat enim, & ignorat, quis eorum Dominus erit.
17. Et nunc (*g*) ſupereſt mihi, ut bonum a Domino expectem.
18. Et gratia, quæ me ſuſtentat, a te eſt.
19. Munda me, inquit, ab iniquitatibus meis.
20. Deriſui me habet Diabolus propter peccata mea.
21. Non amplius auſculto peccato, quoniam tu feciſti ut ego id facerem.
22. Miſerere mei, dicit.
23. Ob expectationem enim, dum mecum reputo, quod tu me judicaturus es perinde ac mortuus factus ſum.
24. Correptus a te propter iniquitates meas edoctus ſum non peccare.
25. Et præ afflictione animæ meæ penitus contabui.
26. Verumtamen nihil eſt omnis homo.
27. Ne repellas orationem meam, ſed patienter hanc audi (*h*).
28. Ne deſpicias lacrymas meas.
29. Quoniam adſcriptitius tuus ſum ego.
30. Et in terra peregrinus ſum: ſuperna enim Jeruſalem civitas mea eſt.
31. 32. Parce mihi priuſquam rurſus abeam in terram, ex qua ſumptus ſum.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *In finem Pſalmus David*. Hoc igitur ſignificat illos, qui uſque in finem Domino adhærent, & ab ipſo non deficiunt.

1. Indeſinenter permanens (*b*) in oratione mea.
2. Expectans enim miſericordiam ejus ipſa non fraudabitur.
3. 4. Peccatorum meorum.
5. In præceptis ſuis obſirmavit (*c*) mentem meam.
6. In omne opus bonum direxit cor meum.
7. 8. Et caritate ſua effecit, ut eum glorificarem.
9. Videntes omnes veniam, quam peccatis meis elargitus eſt, obſtupefacti credent (*d*) in ejus miſericordiam.
10. Nam ſperans in eum, omnia bona, quæ poſtulat, ab eo reportat (*e*), neque petitione ſua excidit.
11. In maleficia (*f*), inquit, aut divinationes, aut aſtronomias, aut veneficia, aut idololatrias, aut incantationes, aut ligaturas, aut aliquid hujuſmodi.
12. Inenarrabilia ſunt beneficia tua.
13. 14. (*g*) Et qui tanta bona nobis provideat, non eſt alius, & hæc ipſa enarravi, & dixi, quod innumera ſunt.
15. Sacrificium enim, & oblationem, aut holocauſta (*h*) pro peccatis neque voluiſti, nec quæſiviſti.

16. Caro

(*f*) Et veluti.
(*g*) Et nunc expectare me bonum nonne a Domino habeo?
(*h*) audi, & deprecationem meam.
(*a*) cinnabari ſcriptus continet: *in finem David Pſalmus*. Hoc autem dicit uſque in finem adhærere Domino, & nunquam ab eo diſcedere.
(*b*) permanſi in oratione. *deeſt* mea.
(*c*) conſtituit.
(*d*) credunt.
(*e*) reportare, petitione ſua non excidit.
(*f*) In magicas artes.
(*g*) *n.* 13. Et &c. alius. *n.* 14. Et hæc &c. ſunt. *n.* 15. Sacrificium &c.
(*h*) holocauſtum pro peccatis noſtris &c.

16. Corpus autem perfecisti mihi.
17. Holocausta & pro peccato non postulasti:
18. Tunc dixi, ecce venio.
19. In capite libri scriptum est de me,
20. Ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui,
21. Et legem tuam in medio veotris mei.
22. Annunciavi justitiam in Ecclesia magna:
23. * Ecce labia mea noo prohibebo: Domine tu scisti.
24. Justitiam tuam non abscondi in corde meo:
25. Veritatem tuam & salutare tuum dixi.
26. Noo abscondi misericordiam tuam,
27. Et veritatem tuam a concilio multo.
28. Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me:
29. Misericordia tua & veritas tua semper susceperunt * me.
30. Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus;
31. Comprehenderunt me iniquitates meæ & noo potui ut viderem:
32. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei,
33. Et cor meum dereliquit me.
34. Complaceat Domine ut eruas me:
35. Domine ad adjuvandum me respice.
36. Confundantur & revereantur simul qui quærunt animam meam, ut auferant eam.

V. 23. Ecce &c. justitiam meam V. 24. Non &c. veritatem tuam V. 25. Veritatem tuam, & salutare &c. V. 26. Non &c. * suscipiat me.

37. Avertantur retrorsum & revereantur, qui volunt mihi mala.
38. Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi; euge, euge.
39. Exultent & lætentur super te * omnes quærentes te Domine,
40. Et dicant semper, magnificetur Dominus,
41. Qui diligunt salutare tuum *.
42. Ego autem mendicus sum & pauper, Domious solicitus erit mei.
43. Adjutor meus & protector meus es tu * Deus meus *, ne tardaveris.

* super te desunt in Cod.

tuum semper.

* es tu desunt in Cod.

* V. 44. Deus meus, &c.

In finem Psalmus David.
Psalmus. XL.

1. BEatus qui intelligit super egenum & pauperem:
2. In die mala liberabit eum Dominus.
3. Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum io terra:
4. Et non tradat eum in manus inimicorum ejus.
5. Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus:
6. Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

---

16. Caro autem factus seipsum (*i*) pro nobis dedit.
17. Sed animas hominum puras ad te accedere & te laudare quæsivisti.
18. Hoc ipse locutus dicens, adsum.
19. Deus Verbum dicit, in principio totius Euangelii de me scriptum est, de quo, & Euangelista Joannes dixit: *In principio erat Verbum*, & post pauca subjecit, *& Verbum caro factum est*.
ad Philip. 2. 8. 20. Ipse Filius ad Patrem dicit: quoniam voluotatem tuam volui facere, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.
21. Juxta (*k*) præceptum tuum peperi io terra cum dolore, quem pro genere humano sustinui.
22. Per Apostolos, inquit, mundo annunciavi.
23. Apostolos, ex persona sua prædicantes labia sua vocat.
24. Ipsos (*l*) rursus cor suum vocat.
25. Ipsis Apostolis.
26. Non refugi annunciare populo tuo, velle te peccatorem convertere & ipsum quærere (*m*).
27. Et fidem tuam manifestavi.
28. Deinde qui crediderunt dicunt Domino (*n*):
29. Filius tuus & Sanctus tuus Spiritus susceperunt (*o*) me semper.
30. Peccata (*p*), inquit.
31. Dominatæ sunt mihi iniquitates meæ & hebetarunt oculos cordis mei.
32. Pro (*q*) immensurabiliter, & iovestigabiliter.
33. Et demum factus sum tanquam insipiens.
34. Libera me gratia tua, Domine.
35. Ad me erigendum festina.
36. Cootrariæ potestates.
37. Similiter contrariæ potestates, te eas persequente, avertantur.
38. Et qui volunt ruinam meam, videntes me a te adjuvari, statim accipiant confusionem.
39. Et Sancti tui glorificabunt te videntes, quod convertisti me.
40. Et indesinenter exaltabunt te.
41. Diligentes Crucem tuam.
42. Ego autem humilis, & miser sum, sed Dominus curam mei geret.
43. Impugnas impugnantes me, & protegis (*r*) ab adversantibus mihi, Deus (*s*) meus ne derelinquas me.

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem Psalmus David*. Hoc igitur significat, quod psalmus dictus est de futuro judicio, & de iis quæ passurus est ultimis diebus Dilectus Patris, hoc est Dominus; Ita enim interpretatur David, *hic dilectus*.

Matth. v. 7. 1. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*.
2. In die judicii, inquit, liberabit eum Dominus: *Gloriatur enim misericordia adversus judicium*: quemadmodum scriptum est.
3. In futuro sæculo liberans eum ab æterno supplicio.
4. 5. (*b*) *Et non tradat eum* peccatis suis.
6. Omnia peccata ejus projecisti.

(*i*) teipsum pro nobis dedisti.
(*k*) Et præcepta tua.
(*l*) Apostolos rursus.
(*m*) vivere.
(*n*) Deo.
(*o*) opituletur mihi semper.
(*p*) peccata mea.
(*q*) Multiplicatæ sunt enim imm-
(*r*) protegis me.
(*s*) v. 44. Deus meus &c.
(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) v. 5. In infirmitate animæ ejus.

7. Ego dixi, Domine miserere mei:
8. Sana animam meam, quia peccavi tibi.
9. Inimici mei dixerunt mala mihi;
10. Quando morietur, & peribit nomen ejus?
11. Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor * ejus,
12. Congregavit iniquitatem sibi:
13. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.
14. Adversum me susurrabant omnes inimici mei,
15. Adversum me cogitabant mala mihi.
16. Verbum iniquum constituerunt adversum me:
17. Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?
18. Etenim homo pacis meæ, in quo speravi.
19. Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.
20. Tu autem Domine miserere mei; & resuscita me, & retribuam eis.
21. In hoc cognovi, quoniam voluisti me;
22. Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
23. Me autem propter innocentiam suscepisti;
24. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
25. Benedictus Dominus Deus Israel,
26. A sæculo & in sæculum, fiat, fiat.

* V. 11 Cor ejus &c. sibi V. 13. In idipsum adversum &c. mei.

In finem, in intellectum filiis Core.
Psalm. XLI.

1. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum:
2. Ita desiderat anima mea ad te Deus.
3. Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum:
4. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?
5. Fuerunt lacrymæ meæ mihi panes die ac nocte,
6. Dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?
7. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam;
8. Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei,
9. In voce exultationis & confessionis soni festa celebrantis.
10. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?
11. Spera in Deo, quoniam confitebor illi:
12. Salutare vultus mei & Deus meus.
13. Ad meipsum anima mea conturbata est:
14. Propterea memor ero tui de terra Jordanis,
15. Et Hermoniim a monte modico.
16. Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum:

17. O-

---

7. 8. Hæc Domino dicit peccator.
9. Deinde pertransit ad Judæos.
10. Hæc dicebant intra se ipsi Judæi deliberantes eum interficere.
11. De Juda loquitur, quod dolose loquebatur Domino:
12. Secum statuit tradere Dominum.
13. Egrediens enim convenit cum Judæis, quomodo eum ipsis traderet.
14. Et ipsi Judæi consilium inierunt cum Juda,
15. Ut eum comprehenderent.
16. Ut ipsum interficerent.
17. Mortem Domini significat, & quod seipsum resuscitavit.
18. Hic (c) enim est pax nostra dicens: *pacem meam do vobis*.

Joan. Ev. XIV. 27.

19. De Juda loquitur, & ejus proditione.
20. Demum populus a Domino liberatus dicit ad eum: tu Domine, qui hæc sustinuisti, resuscita nos per mortem tuam, & dominabimur potestatibus inimici.
21. 22. Hinc cognovimus, quoniam voluisti salvare nos, eo quod nos liberasti a Diabolo.
23. Propterea suscepisti me, quia sincero corde credidi,
24. Et promisisti mihi regnum Cęlorum.
25. 26. Benedictus Dominus Deus cordium videntium eum a præsenti sæculo, & usque in sempiternum. Amen Amen. Israel enim interpretatur *mens videns Deum*: Illud autem *fiat* loco *Amen* ponitur.

Titulus præpositus continet (a): *In finem, in intellectum filiis Core*: Hoc est, qui contradicunt Domino propter peccata (b), filii Core sunt, quoniam & ille contradictor Deo extitit: his igitur ita prius contradicentibus, in finem (c) autem in bonum intellectum venientibus psalmum dixit.

1. Quemadmodum cervus, postea quam edit serpentem, currit ad terram irriguam (d), ut bibat, ne a serpentis veneno lædatur.
2. 3. Ita etiam ego quæro venire ad te, & bibere Spiritum Sanctum tuum, ne interficiar a peccato.
4. Quando dignus efficiar talem fieri, ut me Deus ad ipsum accedentem non aversetur.
5. Saturatus sum tribulatione multa, quæ est die, ac nocte in corde meo.
6. (f) Dum contumeliis afficior a contrariis spiritibus.
7. Hæc recordabar (g), & penitus consumptus sum tribulatione.
8. Et intendi mentem meam in cęlum in tabernaculum Dei.
9. Ubi vox exultationis, & confessionis (i) Angelorum, & Sanctorum festa semper celebrantium.
10. 11. Et dicebam animæ meæ: quare tristis es? spera in Deum, quoniam misericors est, & confitere (k) ipsi.
12. Salus enim animæ meæ Deus meus est.
13. Demum anima mea intra me cum lacrymis dicebat.
14. Quoniam tu misericors es, memor sum (l) tui ex inferioribus terræ. Jordanis enim interpretatur *terra infera*.
15. Et a peccato meo, dicit. Nam Hermoniim interpretatur *dolor anathematis*, quod est peccatum.
16. Cor meum invocat misericordiam tuam in voce cultus mei (m).

17. O-

(c) Ipse.
(a) cinnabari scriptus cont-
(b) per peccatum.
(c) in fine.
(d) ad fontem aquæ.
(e) ut non aversetur Deus, sed intueatur me accedentem ad se.
(f) n. 6. deest in Cod.
(g) Hæc recordatus penitus &c.
(h) Et rursum intendi.
(i) & confessionis *deest in Cod.*
(k) confitebor?
(l) memor ero.
(m) tui.

17. Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.
18. In die mandabit Dominus misericordiam suam,
19. Et nocte canticum ejus apud me.
20. Oratio Deo vitæ meæ.
21. Dicam Deo, susceptor meus es, quare oblitus es mei?
22. Et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus?
23. Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi inimici mei.
24. Dum dicunt ipsi mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus?
25. Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
26. Spera in Deo, quoniam confitebor illi:
27. Salutare vultus mei, & Deus meus.

Psalmus David. Psalm. XLII.

1. Judica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta:
2. Ab homine iniquo & doloso erue me.
3. Quia tu es Deus fortitudo mea:
4. Quare me repulisti?
5. Et quare tristis incedo dum affligit me inimicus?
6. Emitte lucem tuam & veritatem tuam:
7. Ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum,
8. Et in tabernacula tua.
9. Et introibo ad altare Dei;
10. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam:
11. Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus.
12. Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
13. Spera in Deo, quoniam confitebor illi:
14. Salutare vultus mei, & Deus meus.

In finem: filiis Core ad intellectum. Psalm. XLIII.

1. Deus in auribus nostris audivimus,
2. Patres nostri annunciaverunt nobis,
3. Opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.
4. Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos:
5. Afflixisti populos, & expulisti eos.
6. Nec enim in gladio suo possederunt terram:
7. Et brachium eorum non salvavit eos:

8. Sed

---

17. Omnes sermones tui illuminantes mentem meam ad supercælestium altitudines, & fulgor tuus (n), qui in ipsis est, ad cor meum pervenerunt.
18. Expergiscenti mihi a peccato exhibet Dominus misericordiam suam.
19. Et demum requies mea canticum ejus (o) apud me est.
20. Oro ad Dominum vitæ meæ.
21. Et dico ipsi: susceptor meus es.
22. Et quare obtenebratus incedo, dum mihi dominatur diabolus.
23. 24. Dum anima mea peccato conteritur, conviciantur mihi Dæmones.
25. Ego autem dico animæ meæ: quare tristis es?
26. Spera in Domino (p), quoniam misericors est, & confitere ipsi.
27. Salus enim animæ meæ Deus meus est.

Titulus inscriptus continet (a): *Psalmus David*. Hoc est, hic psalmus dictus est ab eo, qui cecidit, & in pęnitentiam venit. David enim interpretatur *neglectus* & *misericordiam consecutus*, utrumque convenit in eum, qui peccat, & ad pęnitentiam convertitur.

1. Miserere Domine (b) & videns me inique pertractatum a contrariis potestatibus libera me.
2. A Diabolo, inquit (c).
3. Quoniam tu es auxilium meum.
4. Quare me projecisti?
5. Et quare obtenebratus incedo, dum mihi dominatur Diabolus?
6. Mitte Filium tuum, & Spiritum Sanctum tuum.
7. 8. Ipsa me nunc deduxerunt & adduxerunt, ut recordarer cęlestis conversationis, & æternarum tuarum requietum (d).
9. Et mente ingredior ad supercæleste altare Dei.
10. Lætificantem, inquit, animam meam.
11. Glorificabo, inquit, in anima mea, & in corpore mortificans totum meipsum peccato: Cithara enim est lignum aridum habens nervos, invisibilem vocem emittens (e) secundum operationem eam moventis.
12. Quare ita de te ipsa desperasti.
13. Spera in Deum, qui salvat ad se confugientes, quoniam & ego ipsi confessurus sum.
14. Ipse est Deus meus (f).

* aliquid deesse videtur.

Titulus inscriptus continet (a): *In finem, filiis Core ad intellectum ....**: & alia interpretatione ita hæc explicamus: dicit enim: *In finem, filiis Core ad intellectum*. Core autem interpretatur *calvus* (b). Itaque ab habentibus mentem cordis nudatam ab operibus (c), in fine autem in intellectum venientibus Psalmus iste dictus est.

1. A fidelibus viris accepimus, quæ narraturi sumus.
2. Moyses & Prophetæ in scripturis narraverunt de gentibus, quas ejecit Deus.
3. Quomodo in omnibus bellis debellasti variis modis inimicos eorum.
4. Filius tuus disperdidit eos, & in hæreditatem dedit (d) filiis Israel.
5. Vulneratos eos in fugam conjecisti.
6. Non enim eorum armis possederunt terram promissionis.
7. Et potentia eorum non salvavit eos.

8. Sed

(n) Et comminationes tuæ, quæ in ipsis sunt.
(o) et est apud me.
(p) Deo.... confitebor.
(a) cinnabari scriptus cont.
(b) Deus.
(c) inquit, libera me.
(d) deliciarum.
(e) efficiens.
(f) meus, & Salvator meus.
(a) cinnabari scriptus cont.
(b) *calvities*.
(c) operibus bonis.
(d) hereditavit filius.

8. Sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui.
9. Quoniam complacuisti in eis.
10. Tu es ipse Rex meus & Deus meus,
11. Qui mandas salutes Jacob.
12. In te inimicos nostros ventilabimus cornu.
13. Et in nomine tuo spernemus insurgentes nobis.
14. Non enim in arcu meo sperabo:
15. Et gladius meus non salvabit me.
16. Salvasti enim nos de affligentibus nos:
17. Et odientes nos confudisti.
18. In Deo laudabimur tota die:
19. Et in nomine tuo confitebimur in sæculum.
20. Nunc autem repulisti & confudisti nos:
21. Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.
22. Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros:
23. Et qui oderunt nos diripiebant sibi.
24. Dedisti nos tamquam oves escarum:
25. Et in gentibus dispersisti nos.
26. Vendidisti populum tuum sine pretio:
27. Et non fuit multitudo in commutationibus nostris.
28. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris:
29. Subsannationem & derisum his, qui in circuitu nostro.
30. Posuisti nos in similitudinem in gentibus:
31. Commotionem capitis in populis.
32. Tota die verecundia mea contra me est,
33. Et confusio faciei meæ cooperuit me.
34. A voce exprobrantis & obloquentis:
35. A facie inimici & persequentis.
36. Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te:
37. Et inique non egimus in testamento tuo.
38. Et non recessit retro cor nostrum.
39. Et declinasti semitas nostras a via tua.
40. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis:
41. Et cooperuit nos umbra mortis.
42. Si obliti sumus nomen Dei nostri:
43. Et si expandimus manus nostras ad deum alienum.
44. Nonne Deus requiret ista?
45. Ipse enim novit absconditα cordis.
46. Quoniam propter te mortificamur tota die:
47. Æstimati sumus sicut oves occisionis.
48. Exsurge, quare obdormis Domine?
49. Exsurge, & ne repellas in finem.
50. Quare faciem tuam avertis?
51. Oblivisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?
52. Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra:
53. Conglutinatus est in terra venter noster.
54. Exsurge Domine, adjuva nos:
55. Et redime nos propter nomen tuum.

In

8. Sed unigenitus filius tuus, qui est splendor gloriæ tuæ.
9. 10. (e) *Tu es ipse*, qui & tunc, & in novissimis temporibus.
11. Qui per te ipsum enarras mandata tua.
12. In te, dicit, e medio tollemus inimicos nostros, hoc est cogitationes cordis nostri.
13. Diabolos (f) significat.
14. Non enim in potentia mea sperabo.
15. (g) Et arma mea non salvabunt me.
16. A contrariis potestatibus.
17. Easdem (h) potestates.
18. In Deo gloriabimur semper existentes in luce.
19. Et in nomine tuo, quæ placita tibi sunt coram te faciemus.
20. Populum Hebræorum significat.
21. Et in principibus Judæorum non complacebit.
22. Tradidisti, inquit, Judæos concupiscentiis cordium eorum.
23. Animas nostras Dæmones diripuerunt.
24. Et (i) nos a peccatis veluti a lupis rapi.
25. Et veluti in captivitatem venditi sumus peccatis nostris.
26. Servos fivisti (k) nos esse peccati.
27. Et non est clamans ad te cum clamore valido, & lacrymis.
28. Ad ignominiam reliquisti nos iis, qui in mundo sunt.
29. Ludibrium, inquit, Dæmonibus.
30. Loquens enim in Euangeliis in gentibus (l), in parabolam Judæos adduxit non semel, sed sæpius.
31. Et principatum potestatis, quam habebant Judæi, transtulit in gentes.
32. Indesinenter peccatum meum mecum est.
33. Et ipsum peccatum animæ meæ obtenebrat me.
34. A doctrina Diaboli.
35. A peccato, quod ab Inimico (m) est in me, & quod non finit me stare in præceptis tuis.
36. Horum omnium rei facti recordati sumus, quod misericors es.
37. (n) Et non increduli fuimus testamento tuo.
38. Et non in finem recessimus a te.
39. Et propter peccata nostra abstulisti a nobis justificationes tuas.
40. Et corripuisti nos in mundo peccantes.
41. Et omnis tribulatio ac dolor circuminsidet animæ nostræ.
42. Non obliti sumus nominis tui, Domine.
43. Et ad neminem alium intendimus cor nostrum.
44. Nonne Deus Sanctorum suorum vindictam faciet?
45. Gemitum nostrum.
46. Sancti Profetæ.
47. Apostoli, & Martyres, & mortificantes membra sua peccato.
48. Excitet te deprecatio mea.
49. Veni, & ne derelinquas nos usque in finem.
50. Quare non reconcilias nos?
51. Non excipis deprecationem nostram cum confessione peccatorum (o).
52. Quoniam anima mea (p) serva facta est peccati.
53. Et terrenis actibus inhæsit anima nostra.
54. Veni Domine, in auxilium nostrum.
55. Et redime nos propter nomen tuum.

I. Pa-

(e) n. 9. Quoniam voluisti eos. n. 10. Tu es &c.
(f) Dæmones.
(g) n. 15. deest.
(h) Easdem contrarias &c.
(i) Dedisti nos.
(k) finens... iniquitatis.
(l) in gente Judæorum, parabolam adduxit.
(m) Inimico, reliqua desunt.
(n) n. 37. deest.
(o) peccatorum nostrorum.
(p) nostra serva facta est iniquitatis.

In finem: pro iis, qui commutabuntur filiis Core ad intellectum, Canticum pro Dilecto.
Psalm. XLIV.

1. ERuctavit cor meum verbum bonum:
2. Dico ego opera mea Regi.
3. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.
4. Speciosus forma præ filiis hominum:
5. Diffusa est gratia in labiis tuis:
6. Propterea benedixit te Deus in æternum.
7. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.
8. Specie tua, & pulcritudine tua,
9. Et intende, & prospere procede, & regna.
10. Propter veritatem & mansuetudinem & justitiam:
11. Et deducet te mirabiliter dextera tua.
12. Sagittæ tuæ acutæ potentissime:
13. Populi sub te cadent,
14. In corde inimicorum Regis.
15. Sedes tua Deus in sæculum sæculi:
16. Virga directionis virga regni tui.
17. Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem:
18. Propterea unxit te Deus Deus tuus,
19. Oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Tom. III.

20. Myrrha, & gutta, & casia a vestimentis tuis,
21. A domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te,
22. Filiæ regum in honore tuo:
23. Astitit Regina a dextris tuis,
24. In vestitu deaurato circumdata varietate.
25. Audi filia & vide & inclina aurem tuam:
26. Et obliviscere populum tuum & domum patris tui.
27. Et concupiscet Rex decorem tuum:
28. Quoniam ipse est Dominus tuus, & * adorabis eum.
29. Et filia Tyri in muneribus.
30. Vultum tuum deprecabuntur divites plebis.
31. Omnis gloria filiæ Regis ab intus,
32. In fimbriis aureis circumamicta varietatibus.
33. Adducentur Regi virgines post eam:
34. Proximæ ejus afferentur tibi.
35. Afferentur in lætitia & exsultatione:
36. Adducentur in templum Regis.
37. Pro patribus tuis nati sunt filii tui:
38. Constitues eos principes super omnem terram.
39. Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione.
40. Propterea populi confitebuntur tibi,
41. In æternum, & in sæculum sæculi.

* ℣. 29. Et adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus ℣. 30. Vultum &c.

K In-

Titulus psalmo inscriptus continet (*a*): *In finem, pro iis, qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum, Canticum pro Dilecto* *.

*Explicatio Tituli deest in utroque Cod.

1. Pater loquitur de manifestatione (*b*) Filii sui Dei Verbi.
2. Dominus annunciabit populo fideli opera sua.
3. Pater dicit: Spiritus meus Sanctus calamus est Filii mei: in ipso enim scribit corda credentium in eum.
4. Filius meus incontaminatus est, & immaculatus super filios hominum.
5. Annuncianitibus (*c*) ejus prædicationem Gentibus, & qui annunciabunt, labia ejus vocat.
6. Populum fidelem Dominus benedixit.
7. In Spiritu Sancto tuo regenera credentes in te.
8. Verbo tuo, & gratia tua.
9. Et corrobora Sanctos (*d*), & prædicationem eorum prospere dirige, & regna.
10. Propter Sanctos tuos.
11. Et Sancti habentes te in se ipsis adducent te Gentibus per prædicationem.
12. Apostoli tui, quos exacuit gratia tua.
13. Subjicientur tibi gentes per fidem tuam (*e*).
14. Adhuc (*f*) permanentes in peccatis.
15. Regnum tuum sempiternum.
16. Potestas æterna regnum tuum.
17. Dilexisti Sanctos tuos, & odisti inventores iniquitatis, Diabolum nempe, & angelos ejus.
18. 19. Propterea renunciavit te Pater per Spiritum Sanctum Regem jam existentem: quandoquidem semper extitisti Rex supra eos, qui participes fuerunt gratiæ tuæ; Melchisedech, inquam, & David, & Ezechia, & Josia, & quotquot his similes fuerunt.
20. *Myrrha* interpretatur *melodia ipsorum*. Melodiam igitur eorum (*g*), & gentium fragrantiam significat, quam a doctrina collegit.
21. Ab urbibus firmis & decoris, hoc est a Sanctis, unde lætificatus es.
22. Animæ Sanctorum glorificabunt te.
23. Ecclesia.
24. In multifaria sapientia ornata.
25. Audi, dicit Ecclesiæ ex gentibus prædicationem Domini, & attende oculis cordis præcepta Domini, & ausculta eum.
26. Et obliviscere gentilitatis, & idololatriæ.
27. Dominus fidem tuam.
28. Quoniam ipse est Dominus tuus, & ipsi flectitur (*h*) omne genu in Cælo, & in terra.
29. Et filia confusionis, nempe idololatriæ, adducta est ad fidem. *Tyrus* enim interpretatur *confusio*.
30. Adventum tuum Sancti (*i*) glorificabunt.
31. Omnis Ecclesiæ pulchritudo in occulto cordis.
32. Ecclesia circumamicta multiplicibus donis variis, & pretiosis.
33. Adducentur Domino animæ infantes sequendo Ecclesiam.
34. Animæ Sanctorum.
35. Ipse Animæ adducentur in gaudio inenarrabili & glorificato.
36. In supercælestem Jerusalem.
37. Quoniam prius Sacerdotes Judæorum geniti in lavacro facti sunt filii Ecclesiæ.
38. Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos.
39. Indesinenter.
40. 41. Glorificabunt te, & in præsenti, & in futuro (*k*).

Isa. XLV. 23. *Rom.* XIV. 11. *Philip.* II. 10.

1. Apo-

(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) ut manifestet.
(*c*) In iis, qui denunciaverunt prædicationem Gentibus, & in iis, qui annunciabunt, eosque labia vocavit.
(*d*) Sanctos tuos.
(*e*) tuam.
(*f*) Existentes in peccatis.
(*g*) eorum *deest* .... doctrina tua &c.
(*h*) flectes genu.
(*i*) Angeli.
(*k*) futuro seculo.

In finem: pro filiis Core, pro arcanis. Psalmus David. Psalm. XLV.

1. Deus noster refugium & virtus;
2. Adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.
3. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra;
4. Et transferentur montes in cor maris.
5. Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum:
6. Conturbati sunt montes in fortitudine ejus.
7. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei:

Ita in Cod. — * Diapsalma.

8. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.
9. * Deus in medio ejus, & non commovebitur:
10. Adjuvabit eam Deus mane diluculo.
11. Conturbatæ sunt gentes & inclinata sunt regna:
12. Dedit vocem suam Altissimus, mota est terra.
13. Dominus virtutum nobiscum:
14. Susceptor noster Deus Jacob.
15. Venite & videte opera Dei,
16. Quæ posuit prodigia super terram.
17. Auferens bella usque ad fines terræ:
18. Arcum conteret, & confringet arma:
19. Et scuta comburet in igne.
20. Vacate & cognoscite quoniam ego sum Deus.
21. Exaltabor in gentibus, exaltabor in terra.
22. Dominus virtutum nobiscum:
23. Susceptor noster Deus Jacob.

* *℣. 9. deest in Cod. sed extat in marg. recent. Chovell.*

In finem: pro filiis Core. Psalm. XLVI.

1. Omnes gentes plaudite manibus;
2. Jubilate Deo in voce exultationis.
3. Quoniam Dominus excelsus, terribilis,
4. Rex magnus super omnem terram.
5. Subjecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris.
6. Elegit nobis hæreditatem sibi,
7. Speciem Jacob, quam dilexit.

* Diapsalma. — * *Ita Cod. Vatic.*

8. Afcendit Deus in jubilo:
9. Dominus in voce tubæ.
10. Psallite Deo nostro, psallite:
11. Psallite Regi nostro, psallite.
12. Quoniam Rex omnis terræ Deus,
13. Psallite sapienter.
14. Regnavit Deus super gentes;
15. Deus sedet super sedem sanctam suam.
16. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham:
17. Quoniam Dei fortes terræ vehementer elevati sunt.

Psal-

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem pro filiis Core, pro arcanis Psalmus*: Hoc autem est, quod significat in consummatione sæculorum pro filiis contradictionis, scilicet pro gentibus filiis peccati, & pro passionibus Christi in consummatione sæculorum psalmus dictus est.

1. Apostoli gentibus prædicant.
2. Adjutor est Deus ad liberandos nos a multitudine peccatorum nostrorum.
3. Propterea non amplius timemus, insurgentibus in nos terrenis spiritibus.
4. Et justificationes Dei erunt in cordibus gentium.
5. Territæ sunt & ululant adversariæ potestates.
6. Domini (*b*) virtute dissolutæ sunt eædem contrariæ potestates.
7. Dona enim Sancti Spiritus illuminaverunt Ecclesiam Dei.
8. Sanctificavit (*c*) chorum Sanctorum Dominus.
9. Deus in cordibus populi, & immobiles permanent in fide.
10. Adjuvabit Deus Ecclesiam in splendore lucis suæ.
11. Dissipati sunt Dæmones, & (*d*) superatæ sunt vires inimici.
12. Prædicavit Deus (*e*) verbum suum, & auscultaverunt gentes.
13. Dominus omnis supercælestis militiæ nobiscum est.
14. Susceptor noster Deus Jacob, Christus inquam, qui providet nobis.
15. Advocant gentes Apostoli.
16. Quæ fecit mysteria in terra.
17. Dissolvit bella (*f*) totius mundi.
18. 19. (*g*) Potestates inimici.
20. Cessate a peccatis.
21. Glorificabor in gentibus, & in populo Judæorum in me credentium.
22. Dominator omnium supercælestium potestatum nobiscum in terra versabitur.
23. Susceptor noster exsistens Deus, qui postrema mundi ad seipsum congregat. *Jacob* enim interpretatur *postrema tenens*.

Titulus inscriptus continet (*a*): *In finem, pro filiis Core Psalmus:* Hoc est in fine temporum pro filiis contradictionis (*b*) se convertentibus Psalmus dictus est.

1. Cordibus exultate.
2. Glorificate eum.
3. Non amplius terrenæ potestates nobis dominantur.
4. Sed excelsus & terribilis regnat in universa terra.
5. Potestatem nobis dedit ambulandi super serpentes,
   & scorpiones, & super omnem potestatem inimici.
6. Elegit Sanctos Apostolos,
7. Et quos dilexit de populo Judæorum.
8. Assumptionem significat Dei Verbi.
9. Glorificatus a sanctis virtutibus.
10. Et nos glorificabimus eum in terra.
11. Regi ante sæcula.
12. Rex (*d*) est super nos.
13. Glorificate eum in veritate.
14. Convertens (*e*) eorum captivitatem.
15. A dextris Patris.
16. Apostoli cum Domino (*f*).
17. Quoniam electi Dei multum confortati sunt.

1. Mi-

(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) Et Domini.
(*c*) *versiculus 8. deest in Cod.*
(*d*) & *deest*.
(*e*) Dominus.
(*f*) bella omnia Mundi.
(*g*) *n.* 18. Peccatum & mortem. *n.* 19. Potestates.

(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) contradictionis, pro Gentibus, inquam, filiis peccati, qui se convertunt Ps. &c.
(*c*) *v.* 7. Ex populo Judaico.
(*d*) Quoniam Rex est &c.
(*e*) convertisti.
(*f*) Filio.

Psalmus cantici filiis Core, secunda Sabbati. Psalm. XLVII.

1. MAgnus Dominus, & laudabilis nimis,
2. In civitate Dei nostri, in monte sancto ejus,
3. Bene fundata exultatione universæ terræ:
4. Montes Sion latera Aquilonis,
5. Civitas Regis magni.
6. Deus in domibus ejus cognoscitur,

* suscipit. 7. Cum suscipiet * eam.
8. Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt,
9. Convenerunt in unum.
10. Ipsi videntes sic admirati sunt,
11. Conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.
12. Ibi dolores ut parturientis:
13. In spiritu vehementi conteres naves Tharsis.
14. Sicut audivimus, sic & vidimus:
15. In civitate Domini virtutum,
16. In civitate Dei nostri:
17. Deus fundavit eam in æternum.
18. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio populi tui.
19. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ,
20. Justitia plena dextera tua.
21. Lætetur mons Sion,
22. Et exultent filiæ Judæ,
23. Propter judicia tua Domine.
24. Circumdate Sion, & complectimini eam,
25. Narrate in turribus ejus.
26. Ponite corda vestra in virtute ejus;
27. Et distribuite domos ejus,
28. Ut enarretis in progenie altera.
29. Quoniam hic est Deus noster,
30. In æternum, & in sæculum sæculi:
31. Ipse pascet nos in sæcula.

In finem, filiis Core. Psalmus XLVIII.

1. AUdite hæc omnes gentes,
2. Auribus percipite omnes, qui habitatis orbem.
3. Quique terrigenæ & filii hominum,
4. Simul in unum dives & pauper.
5. Os meum loquetur sapientiam,
6. Et meditatio cordis mei prudentiam.
7. Inclinabo in parabolam aurem meam,
8. Aperiam in psalterio propositionem meam.
9. Cur timeo in die mala?
10. Iniquitas calcanei mei circumdabit me.
11. Qui confidunt in virtute sua;
12. Et in multitudine divitiarum suarum gloriantur.

13. Fra-

Titulus inscriptus continet: *Psalmus cantici filiis* (*b*), *secunda Sabbati*. Hoc igitur significat, quod Psalmus Cantici hujus canitur de *filiis* requietis (*c*). Dico autem posteaquam judicium factum fuerit, cum Dominus (*d*) secundo requieverit: *Sabbatum* enim *requies* interpretatur.

1. Mirabilis est & glorificatus,
2. In superna Hierusalem.
3. Gaudens fide gentium.
4. Quibus antea Diabolus illudebat (*e*), electi sunt supernæ Hierusalem.
5. Ecclesia Dei nostri Jesu Christi.
6. 7. Deus in Sanctis ejus manifestatur.
8. Apostoli.
9. Ad prædicandum.
10. Quoniam in terris apparuit.
11. Populus Judæorum.
12. In synagoga Judæorum.
13. In magna ira conteres Judæorum Principes, qui habent in seipsis scripturarum cognitionem. *Tharsis* enim interpretatur *inspectio lætitiæ*.
14. Quemadmodum audivimus de adventu Dei nostri.
15. 16. In superna Hierusalem.
17. Immobilis est in sempiterna sæcula.
18. Narravimus (*f*) passiones tuas.
19. Sicut sempiternum est nomen tuum, ita & laus tua.
20. Populus stans a dextris tuis.
21. Superna Hierusalem.
22. Animæ Sanctorum.
23. Propter retributionem tuam, Domine.
24. Habitate supernam Hierusalem, & possidete eam.
25. Narrate in Sanctis ipsius justificationes ejus.
26. Ponite mentem vestram in præceptis illius.
27. Et dividite mansiones ejus.
28. Ut enarretis in tempore Sanctorum.
29. (*g*) *Quoniam hic est Deus noster*.
30. 31. Pastor bonus, qui pascet nos.

Titulus inscriptus continet (*a*): *In finem, filiis Core Psalmus*. De fine filiorum inobedientiæ Psalmus loquitur. *Core* significat (*b*), *inobediens Deo factus est*, propterea tales ejus filios vocat Psalmi inscriptio.

1. Discite hæc, quæ dicturus sum, omnes gentes.
2. Excipite auribus vestris, quæ dicam vobis (*c*).
3. Terreni filii hominum.
4. Eandem doctrinam (*d*) vobis omnibus propositurus sum.
5. Apostoli per prædicationem loquentur sapientiam (*e*) ejus, non hujus sæculi.
6. Et meditatio credentium in me intelligentia est.
7. Adducam in parabolam mysterium meum.
8. Describam in Psalterio propositionem meam.
9. Tempore passionis meæ.
10. Judas ultimus discipulorum meorum insurget in me.
11. Principes Judæorum.
12. Scribæ (*f*) & Pharisæi scripturarum scientia elati.

13. Non

(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) *filiis Core &c.*
(*c*) *resurrectionis*.
(*d*) Deus.
(*e*) In quibus antea requiescebat *Diabolus &c.*
(*f*) Narrabimus.
(*g*) *n.* 29. 30. 31. *leguntur conjunctim, & post nos hæc adduntur*: in sempiterna sæcula, qui animam suam pro nobis posuit.

(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) Core enim inobediens *&c.*
(*c*) vobis, omnes qui habitatis Orbem.
(*d*) doctrinam, inquit, *&c.*
(*e*) sapientiam non hujus.
(*f*) Scribæ eorum, & *&c.*

13. Frater non redimit, redimet homo,
14. Non dabit Deo placationem suam,
15. Et pretium redemptionis animæ suæ.
16. Et laborabit in æternum, & vivet in finem.
17. Non videbit interitum,
18. Cum viderit sapientes morientes?
19. Simul insipiens & stultus peribunt:
20. Et relinquent alienis divitias suas:
21. Et sepulcra eorum domus illorum in æternum:
22. Tabernacula eorum in progeniem & progeniem.
23. Vocaverunt nomina sua in terris suis.
24. Et homo cum in honore esset, non intellexit:
25. Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.
26. Hæc via illorum scandalum ipsis:
27. Et postea in ore suo complacebunt.

* Diapsalma.

* Ita Cod. Vatic.

28. Sicut oves in inferno positi sunt:
29. Mors depascet eos.
30. Et dominabuntur eorum justi in matutino:
31. Et auxilium eorum veterascet in inferno,
32. A gloria eorum expulsi sunt.
33. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi,
34. Cum acceperit me.
35. Ne timueris cum dives factus fuerit homo,
36. Aut cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.
37. Quoniam cum interierit ipse, non sumet omnia,
38. Neque descendet cum eo gloria * ejus. * gloria Domus ejus.
39. Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur,
40. Confitebitur tibi cum benefeceris ei.
41. Introibit usque in progeniem patrum suorum,
42. Usque in æternum non videbit lumen.
43. Et homo cum in honore esset, non intellexit:
44. Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Psalmus Asaph. Psalm. XLIX.

1. DEus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram,
2. Ab ortu solis usque ad occasum.
3. Ex Sion species decoris ejus:
4. Deus manifeste veniet, Deus * noster, * ℣. 5. Deus noster, & non silebit.
5. Et non silebit.
6. Ignis in conspectu ejus exardescet:
7. Et in circuitu ejus tempestas valida.

8. Ad-

---

13. Non frater noster est, qui redimit nos, hoc est nostræ (*g*) naturæ & conditionis, sed Deus per gratiam factus homo liberabit nos.
14. Et non (*h*) dabit seipsum placationem pro anima sua, sed pro omnibus.
15. Neque pretium aliquod dabit, ut liberet animam suam.
16. Et passus est in mundo, sed vivit in æternum.
17. Hic quidem non novit corruptionem; neque enim possibile erat, ut ipse corruptione teneretur.
18. Omnes autem sapientes hujus sæculi ipse morientes videbit.
19. Simul omnes peribunt non confitentes ipsum esse Deum.
20. Dæmonibus animas suas tradent.
21. Et in peccatis suis morientur.
22. Interitus eorum in sæculum sæculi.
23. Comparaverunt sibi terrenas voluptates.
24. Et non cognoverunt, quod secundum Dei Imaginem facti sunt.
25. Sed veluti equi in fœminas insanientes inventi sunt.
26. Deliciæ & illecebræ hujus vitæ laqueus ipsis.
27. Et post hæc luxum hujus sæculi amabunt (*i*).
28. Ut bruta animalis voluptatibus vitæ se ipsos tradiderunt.
29. Mors eis dominabitur.
30. Sancti Dei judicabunt eos in resurrectione.
31. Et sapientia, & divitiæ eorum cum ipsis erunt in perditionem.
32. Et ab adoptione, quam antea habebant, exciderunt.
33. Veruntamen Deus liberabit animam meam e peccato mortis.
34. Cum possederit me.
35. Ne timeas, cum prosperatur homo.
36. Et cum domus ejus dignitatibus, & maximis honoribus circumdata est.
37. 38. *Nihil enim intulimus in mundum; haud dubium, quod nec auferre quid (k) poterimus.* I. Timoth. vi. 7.
39. Quoniam anima ejus in hoc sæculo beata prædicabitur.
40. Confitebitur tibi in judicio, cum humiliabis eum.
41. Tradetur enim in locum Diaboli & angelorum ejus.
42. Est (*l*) enim in tenebris exterioribus. Matth. viii. 12. xxii. 13. xxv. 30.
43. Nam cum esset secundum Dei Imaginem, non cognovit Factorem suum.
44. Similis inventus est jumentis recalcitrantibus, & resilientibus.

Titulus inscriptus continet (*a*): *Psalmus Asaph*, hoc est, Psalmus (*b*) Judici. *Asaph* enim *Judex* interpretatur.

1. 2. Deus hominum Dominus per prædicationem locutus est, & vocavit omnes ad fidem suam ab ortu solis usque ad occasum.
3. E cælis adventus gratiæ ejus.
4. In consummatione sæculi rursus veniet (*c*).
5. Redarguet enim omnes peccatores.
6. Flumen & lacus ignis.
7. Ventus vehemens magis magisque accendens flammam ignis illius.

8. 9.

(*g*) non nostræ.
(*h*) Et non propter seipsum dabit placationem animam suam, sed propter omnes.
(*i*) amant.
(*k*) *quid, aliquis poterit.*
(*l*) erit.
(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) Psalmus *deest*.
(*c*) veniet *deest in Cod.*

8. Advocabit cælum ſurſum & terram,
9. Ut diſcernat populum ſuum.
10. Congregate illi Sanctos ejus,
11. Qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.
12. Et annunciabunt cæli juſtitiam ejus:
13. Quoniam Deus judex eſt.
14. Audi populus meus, & loquar tibi Iſrael,
15. Et teſtificabor tibi:
16. Deus Deus tuus ego ſum.
17. Non in ſacrificiis tuis arguam te:
18. Holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.
19. Non accipiam de domo tua vitulos,
20. Neque de gregibus tuis hircos.
21. Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſilvarum,
22. Jumenta in montibus, & boves.
23. Cognovi omnia volatilia cæli:
24. Et pulcritudo agri mecum eſt.
25. Si eſuriero, non dicam tibi:
26. Meus eſt enim Orbis terræ, & plenitudo ejus.
27. Numquid manducabo carnes taurorum?
28. Aut ſanguinem hircorum potabo?
29. Immola Deo ſacrificium laudis:
30. Et redde Altiſſimo vota tua.
31. Et invoca me in die tribulationis tuæ:
32. Eruam te, & glorificabis me.
33. Peccatori autem dixit Deus:
34. Quare tu enarras juſtitias meas?
35. Et aſſumis teſtamentum meum per os tuum?
36. Tu vero odiſti diſciplinam:
37. Et projeciſti ſermones meos retrorſum.
38. Si videbas furem, currebas cum eo:
39. Et cum adultero * portionem tuam ponebas. * adulteris
40. Os tuum abundavit malitia:
41. Et lingua tua concinnabat dolos.
42. Sedens adverſus fratrem tuum loquebaris:
43. Et adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.
44. Hæc feciſti, & tacui:
45. Exiſtimaſti iniquitatem, quod ero tui ſimilis.
46. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam peccata tua.
47. Intelligite hæc, qui obliviſcimini Deum:
48. Ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.
49. Sacrificium laudis honorificabit me:
50. Et illic iter, quo * oſtendam illi ſalutare meum. * quod &c. ſalutare Dei

8. 9. Siſtet ſibi eos, qui cæleſtia cogitarunt, & qui terrena, & unumquemque judicabit ſecundum opera ſua.
10. Conſtituet eos a dextris ſuis.
11. In miſericordia & fide recta.
12. 13. Laudabunt Sancti gloriam ejus, confitentes, quod Deus judex eſt.
14. Quoniam Deus judicaturus eſt mundum hortor te, ut mihi præpares aures tuas ad audiendum, & docebo te.
15. Et teſtificabor tibi, quæ a te cuſtodienda ſunt populo Dei. *Iſrael* enim interpretatur *populus fortis*.
16. Ego (*d*) Deus inquit, Deus tuus.
17. Quoniam non amplius mihi offers ſacrificia Deo tuo, ſed Dæmonibus, & idolis, & arboribus.
18. Occulta autem cordis tui video ſemper.
19. Petulcos, & laſcivientes tanquam vitulos ex vobis non accipio.
20. Piloſos (*e*), hoc eſt fornicatores, & immundos non accipio.
21. Gentes ſignificat.
22. Sanctos in ſcripturis, & Apoſtolos.
23. Animas ſignificat, ſurſum ad cæleſtia evolantes.
24. Qui crediderunt in mundo.
25. Tempore mei adventus.
26. Omnes gentium Populi.
27. 28. Non accipiam veſtrorum petulcorum Principum carnales, & ſanguinolentas cupiditates.
29. Honora eum bonis operibus.
30. Et (*f*) quæ Domino promiſiſti, adimple.
31. Et cum inimicus impugnabit animam tuam, invoca me.
32. Et liberabo te, & gratias mihi ages.
33. Perſeveranti in peccato, ſive Diabolo.
34. Quare tu non cuſtodiens ea, hæc enarras. *ad Rom.* 2. 21. 20. 22.
35. Et vis eſſe legis Magiſter exponens teſtamentum meum.
36. 37. Qui igitur alium doces, cur te ipſum non inſtruis?
38. Dicens non furandum, furaris.
39. Dicens non mœchandum, mœcharis.
40. Mendacio.
41. Nihil rectum.
42. Conviciabaris.
43. Calumniabaris (*g*).
44. Hactenus enim, te peccante, patienter tuli.
45. Exiſtimaſti me hypocritam eſſe, uti & tu es (*h*).
46. In die Judicii.
47. Cogitate hæc, qui non cuſtoditis Dei mandata.
48. Tempore mortis.
49. Qui me corde contrito, & humiliato colit & ſervit, hic me glorificat, quoniam humilitate (*i*) oſtendit, quod adſtat Deo cum timore, & veritate.
50. Et in fide mea oſtendam illi præcepta mea.

Ti-

(*d*) Ego ſum Deus Deus.
(*e*) Piloſos, ut Eſau .... accipiam.
(*f*) Et adimple Domino, quæ ei promiſiſti.
(*g*) Mendacium accuſationis.
(*h*) es *deeſt*.
(*i*) humilitate ita oſtendit &c. timore, & pietate.

In finem: Psalmus David: Cum ingrederetur ad ipsum Nathan Propheta, quando intravit ad Bersabee uxorem Uriæ. Psalm. L.

1. MIserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam:
2. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.
3. Amplius lava me ab iniquitate mea:
4. Et a peccato meo munda me.
5. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco:
(*) n 6. Et peccatum meum coram (*) me est semper.
7. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci:
8. Ut justificeris in sermonibus tuis,
9. Et vincas cum judicaris.
10. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:
11. Et in peccatis concepit me mater mea.
12. Ecce enim veritatem dilexisti:
13. Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
14. Asperges me hyssopo, & mundabor:
15. Lavabis me, & super nivem dealbabor.
16. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam:
17. Exsultabunt ossa humiliata *. * humiliatorum.
18. Averte faciem tuam a peccatis meis:
19. Et omnes iniquitates meas dele.
20. Cor mundum crea in me Deus:
21. Et spiritum rectum innova in visceribus meis.
22. Ne projicias me a facie tua:
23. Et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.
24. Redde mihi lætitiam salutaris tui:
25. Et Spiritu principali confirma me.
26. Docebo iniquos vias tuas:
27. Et impii ad te convertentur.
28. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ:
29. Exsultabit lingua mea justitiam tuam.
30. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam:
31. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique:
32. Holocaustis non delectaberis.
33. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus:
34. Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.
35. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion:

36. Et

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem*, *Psalmus David*, *cum ingrederetur ad ipsum Nathan Propheta*, *quando intravit ad Bersabee*. Inscriptionis interpretatio talis est. *David* enim interpretatur *contemptio*. Bersabee autem, ad quam intravit, interpretatur *puteus redundantiæ*. Nathan autem Propheta, qui ingressus est ad eum, ioterpretatur *donum*. Hoc igitur significat, quod (*b*) *contemptus* erat antea propter peccata: *in finem*: hoc est postea cum intravit *in puteum abundantiæ* videlicet Baptismatis, venit ad eum Propheta, qui dicitur *donum*, scilicet Spiritus Sanctus: qui omnia prædicit, & loquitur, & demum illuminatus incipit canere subjectum Psalmum.

1. Postulatione mea (*c*) misericordiæ tuæ ostendo omnibus, quantum peccavi.
2. Multitudo misericordiarum tuarum superabit multitudinem peccatorum meorum.
3. Tantum aqua Baptismatis tui poterit (*d*), ut ipsa usque ad animam meam perveniat.
4. Divinus & supercælestis Agnus, qui tollis iniquitatem (*e*) mundi.
5. Ego novi quomodo tibi peccavi.
6. Video (*f*) pravas meas actiones stantes coram te.
7. Contra te peccavi, Imaginem tuam corrumpens peccato, hoc est me ipsum.
8. 9. Quooiam (*g*) prædixisti nobis, quod peccatum mors est, & inexscusabilis est omnis homo coram te.
10. Ecce enim in iniquitatibus, quas feci, conclusus sum.
11. Et cum essem in peccatis suscepit me lavacrum.
12. Ecce enim me Satanæ renunciantem amasti.
13. Et symbolum fidei tuæ me docuisti.
14. Asperges me per Spiritum Sanctum (*h*) sanguine Filii tui, & emundabor.
15. Et aqua lateris tui mundum me, & immaculatum reddes.
16. Et demum docebis me præcepta tua.
17. Exsultabit fortitudo animæ meæ, ob peccatum antea infirma.
18. Deprecor te, ne amplius eorum recorderis.
19. Eas omnes dele (*i*).
20. Cor meum in (*k*) Baptismate purum effice.
21. Et fac, ut Spiritus Sanctus tuus habitet in anima mea, & in mente mea.
22. Ne indignum me reputes gratia tua.
23. Arram adoptionis.
24. Consigna me signo Spiritus tui.
25. Et Sancto Spiritu (*l*) ob divinitatem omnipotenti conforta me.
26. Et narrabo nescientibus te fidem tuam, & misericordiam tuam.
27. Et Impii audientes, quod ita veniam præbes credentibus in te, convertentur.
28. Libera me a potestatibus inimici.
29. Cogitabit lingua mea eloquia tua.
30. Imple labia cordis mei gratia tua, ut os meum annunciet laudem tuam.
31. Nihil voluisti a me accipere, quoniam dedissem utique pro peccatis meis.
32. Te ipsum enim traditurus es victimam (*m*) pro nobis.
33. Humiliatum me confiteri tibi.
34. Cor tibi confitens non rejicis.
35. Fac Domine obtemperare voluntati tuæ cor meum. *Sion* enim interpretatur *specula*, quale est *cor*.

36. Et

(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) quod *contemptus* antea existens propter &c.
(*c*) mea *deest*.
(*d*) potest.
(*e*) iniquitates.
(*f*) Videns.
(*g*) n. 8. Quoniam &c. n. 9. & inexscusabilis &c.
(*h*) Spiritu Sancto &c.
(*i*) omnes fac non amplius esse.
(*k*) in *deest*.
(*l*) Spiritu tuo.....omnipotenter.
(*m*) ad occidendum.

36. Et ædificentur muri Hieruſalem.
37. Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ,
38. Oblationes & holocauſta:
39. Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

In finem, intellectus David, cum venit Doec Idumæus, & annunciavit Sauli, & dixit ei: venit David in domum Abimelech. Pſalm. LI.

* ℣. 1. Quid &c. in malitia potens. ℣. 2. Iniquitatem &c. * ℣. 5. 6. Dilexiſti &c. magis quam loqui æquitatem.

1. QUid * gloriatur in malitia,
2. Potens in iniquitate tota die?
3. Injuſtitiam cogitavit lingua tua:
4. Sicut novacula acuta feciſti dolum.
5. Dilexiſti * malitiam ſuper benignitatem:
6. Iniquitatem magis, quam loqui æquitatem.
7. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, linguam doloſam.
8. Propter hoc Deus deſtruet te in finem:
9. Evellet te & emigrare faciet te de tabernaculo tuo:
10. Et radicem tuam de terra viventium.
11. Videbunt juſti, & timebunt:
12. Et ſuper eum ridebunt, & dicent:
13. Ecca homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſuum:
14. Sed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum:
15. Et prævaluit in vanitate ſua.
16. Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Dei:
17. Speravi in miſericordia Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi.
18. Confitebor tibi in ſæculum, quia feciſti:
19. Et exſpectabo nomen tuum, quoniam bonum in conſpectu Sanctorum tuorum.

In finem, pro Maeleth, intellectus David. Pſalm. LII.

1. DIxit inſipiens in corde ſuo; non eſt Deus.
2. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus:
3. Non eſt, qui faciat bonum.
4. Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum,
5. Ut videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.
6. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt:

7. Non

---

36. Et præcepta tua impleantur in mente mea. *Hieruſalem* enim interpretatur *ipſe* (n) *ſpiritus gratiæ*.
37. Tunc cum quis impleverit præcepta tua, acceptabilis (o) eſt oratin ejus apud te.
38. Et oratio mea, & ègo totus tibi gratus, & acceptabilis ſum.
39. Tunc circumſtantes in ſupercæleſti altari Sancti Angeli tui glorificabunt te, qunniam miſertus es mei.

Titulus inſcriptus continet (a): *In finem intellectus David:* cum venit (b) Doec Idumæus, & annunciavit Sauli, & dixit ei: venit David in domum Abimelech. Hoc igitur ſignificat, cum quis a peccato tandem (c) in cognitionem boni venerit, tunc (d) contrariæ poteſtates cnnſultant cum Diabolo, quomodo qui ſe convertit, perdant. *David* enim interpretatur *hic dilectus:* hoc eſt, *qui ſe convertit*. Doec autem Idumæus interpretatur *tentatio deficiens:* quales ſunt *contrariæ poteſtates*. Saul autem interpretatur * *petitus*: hoc eſt *Diabolus*, qui omnes juſtos tentare poſtulat. *Abimelech* autem ad quem venit ſe convertens interpretatur *Rex Patris mei*, qualis eſt *Filius Dei*, qui eſt Rex patrum noſtrorum.

1. Quid glnriatur Diabolus in malitia (e) ſua.
2. In (f) iniquitate, qua indeſinenter cingitur.
3. Et injuſtitiam ſuggeris.
4. Nudam & inhonoratam reddis omnem animam, quemadmodum novacula efficit barbam, & caput.
5. (g) Magis amas interfectorem, quam bonos ſermones loquentem.
6. 7. Delectaris blaſphemia, & nmni improba doctrina.
8. Propterea in conſummatione ſæculorum in æternum te perdet.
9. Extirpabit te, ab imperio tuo te eliminabit.
10. Et memoriam tuam tollet (h) a recordatinne viventium.
11. In die judicii.
12. Gaudentes dicent:
13. Hic erat, qui Deo adverſabatur.
14. Sed confiſus eſt (i) in jactantia ſua.
15. Et prævaluit in iniquitate, quam invenit.
16. Chorus autem Sanctorum plenus eſt miſericordia, & fructibus pacificis.
17. Indeficienter confiſus ſum in immenſa Dei miſericordia.
18. Glorificabo te in (k) æternum, quoniam tu me huc uſque adduxiſti.
19. Et permanebo (l) ſemper in nomine tuo, quoniam hoc bonum eſt omnibus Sanctis tuis.

Titulus præpoſitus continet (a): *in finem pro Maeleth, intellectus David:* Hoc igitur eſt * Pſalmus loquitur de Domino in fine ſæculorum, quomodn (b) convertit populum liberans eum ex poteſtate Diaboli. *Maeleth* enim interpretatur *primitiæ:* primitiæ autem *Chriſtus* eſt: *Intellectus* autem *David*, hoc eſt, cum in intellectum venerit populus deſideratus; ita enim interpretatur *David* (c). * *quod ſignificat;*

1. Diabolus & omnes, qui ejus ſunt dixerunt de nato ex Virgine.
2. Corrupti ſunt, & putruerunt in peccatis.
3. Eorũ qui Deo optimo reſiſtunt, & adhærent malo.
4. Ut cognoſceret opera hominum.
5. Ut videat ſi eſt credens in eum.
6. Omnes defecerunt a Deo, & (d) ſimul perierunt.

7. Non.

(n) *ejus*.
(o) acceptabiles ſunt orationes &c.
(a) cinnabari ſcriptus cont.
(b) ingreſſus eſt.
(c) in fine.
(d) hoc eſt.
(e) potentia.
(f) Et iniquitate præcingitur indeſinenter.
(g) *n.* 5. 6. Magis &c. *n.* 7. Delectaris.
(h) tollat.
(i) confidit.
(k) inceſſanter.
(l) permaneo.
(a) cinnabari ſcriptus cont.
(b) qui.
(c) David *Deſideratus*.
(d) & *deeſt*.

7. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.
8. Nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem?
9. Qui devorant plebem meam ut cibum panis, Dominum * non invocaverunt: * Deum
10. Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.
11. Quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent:
12. Confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.
13. Quis dabit ex Sion salutare Israel?
14. Cum converterit Deus captivitatem plebis suæ,
15. Exsultabit Jacob, & lætabitur Israel.

In finem, in hymnis intellectus David, cum venissent Ziphæi, & dixissent Saul: nonne David absconditus est apud nos? Psalm. LIII.

1. DEus in nomine tuo salvum me fac:
2. Et in virtute tua judicabis me.
3. Deus exaudi orationem meam:
4. Auribus percipe verba oris mei.
5. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me:
6. Et fortes quæsierunt animam meam:
7. Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
8. Ecce enim Deus adjuvat me:
9. Et Dominus susceptor animæ meæ.
10. Avertes * mala inimicis meis: * Avertet
11. Et in veritate tua disperde illos.
12. Voluntarie sacrificabo tibi:
13. Confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum.
14. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me:
15. Et super inimicos meos despexit oculus meus.

In finem, in hymnis (1) intellectus David. Psalm. LIV. (1) Psalmus

1. EXaudi Deus orationem meam,
2. Et ne despexeris deprecationem meam:
3. Intende mihi, & exaudi me.
4. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum,
5. A voce inimici, & a tribulatione peccatoris.
6. Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, & in ira molesti erant mihi.
7. Cor meum conturbatum est in me, & * formido mortis cecidit super me. * ꝟ. 8. Et formido &c.

8. Ti-

---

7. Non est neque unius eorum opus gratum Deo.
8. Non noverunt Deum facientes iniquitatem.
9. Absumentes Sanctos meos occisione gladii Deum non timuerunt.
10. Sed potius regnum mundi hujus timuerunt.
11. Dissecabit partem hypocritarum.
12. In die Judicii dicet eis; non novi vos. Matth. xxiv. 51.
13. Quis alius poterit (e) dare salutem populo in Sion?
14. Nisi Deus Verbum ibi crucifixus, cum per mortem suam captivitatem nostram convertit.
15. Exsultabit populus Judæorum, qui crediderunt: similiter autem & gentium, quæ crediderunt.

Titulus, qui inscribitur continet (a): *In finem, intellectus in hymnis David, cum venissent Ziphæi. & dixissent Saul: nonne David absconditus est apud nos?* David igitur interpretatur *contemptus*; Ziphæi autem interpretantur *repullulantes*. Saul vero interpretatur * *petitus*: Hoc igitur significat; Dæmones Diabolo dicunt: ecce conclusum habemus contemptum illum: at (b) demum comprehensus ab ipsis, cum tandem divina ope venit in intellectum, laudat Deum, & precatur ipsum dicens: * *petitor seu petitio*

1. Deus nomen tuum (c) requiescat super me.
2. Et secundum tuam potentiam adjuva (d) me.
3. In auribus tuis audiatur oratio mea.
4. Dignare audire omnia verba mea; nullum eorum a te rejiciatur.
5. Dæmones.
6. Similiter adversariæ potestates.
7. Et non cogitaverunt, quod Deus potens est ab ipsis me liberare.
8. Ecce enim Deus liberat me quotidie (e).
9. Et veluti Dominus meus protegit figmentum suum.
10. Convertetur dolor eorum in ipsos.
11. Gratia Sancti Spiritus expelle eos ab anima mea.
12. Ut demum nulla in re detentus te glorificem.
13. Laudabo nomen tuum, quoniam bonum est, cum super aliquem requiescit.
14. Ex omni peccato (f).
15. Et mente attendi cum ira contra inimicos meos.

Titulus præpositus continet (a): *in finem in hymnis Psalmus David*. Hoc igitur significat, quod Psalmus iste dicitur ab eo, qui in finem se convertit, & Deum in hymnis precatur, ut liberetur a potestatibus Diaboli, cum mundo renunciaverit. *David* enim interpretatur *hic dilectus*, qualis est (b), *qui mundo vale dicit*.

1. Exaudi (c) Deus orationem meam.
2. Et ne derelinquas eam acceptam non esse apud te.
3. Quoniam usque nunc aversus (d) a me fuisti, nunc libenter me audi.
4. Dolore affectus sum in afflictione mea, & timui.
5. A dominatione Diaboli & peccati.
6. Quoniam adhæserunt mihi, & cum ira multa obtenebrant me.
7. (e) Ob futurum judicium.

8. Ti-

(e) potest.
(a) Titulus præpositus cinnabari scriptus cont.
(b) Itaque demum.
(c) nomine tuo &c.
(d) adjuvabit me.
(e) quotidie ab ipsis.
(f) peccato, inquit.
(a) cinnabari scriptus cont.
(b) est apud Deum, *qui* &c.
(c) Audi.
(d) aversans me eras, & nunc &c.
(e) *n.* 7. Afflictus sum. *n.* 8. Ob futurum &c. *n.* 9. Agon &c. *n.* 10. Et dixi &c. *n.* 11. Et auferam &c. *n.* 12. Secessi &c. & solitarius &c. *n.* 15. Et demum expectabam &c. *n.* 14. Ab incursibus &c. *n.* 13. Mortifica &c. *n.* 16. Quoniam &c.

8. Timor & tremor venit ſuper me:
9. Et contexerunt me tenebræ.
10. Et dixi: quis dabit mihi pennas ſicut columbæ; & vnlabo & requieſcam?
11. Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.
12. Expectabam Deum, qui ſalvum me facit a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.
13. Præcipita Domine, & divide linguas eorum:
14. Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.
15. Die, ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus:
16. Et iniquitas & labor in medin ejus, & injuſtitia.
17. Et non defecit de plateis ejus uſura, & dolus.
18. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique.
19. Et ſi is qui oderat me ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo.
20. Tu vero homo unanimis, dux meus, & notus meus:
21. * Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos:
22. In domo Dei ambulavimus in conſenſu.
23. Veniat mors ſuper illos,
24. Et deſcendant in infernum viventes:
25. Quoniam nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum.
26. Ego ad Deum clamavi, & Dominus exaudivit me:
27. Veſpere *, & mane, & meridie narrabo,
28. Et annunciabo, & exaudiet vocem meam.
29. Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi:
30. Quoniam inter multos erant mecum.
31. Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui eſt ante ſæcula:

* Diapſalma.

32. Non enim eſt illis commutatio, quoniam non timuerunt Deum.
33. Extendit manum ſuam in retribuendo:
34. Contaminaverunt teſtamentum ejus:
35. Diviſi ſunt ab ira vultus ejus,
36. Et appropinquaverunt * corda eorum.
37. Molliti ſunt ſermones eorum ſuper oleum,
38. Et ipſi ſunt jacula.
39. Jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet:
40. Non dabit in æternum fluctuationem juſto.
41. Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.
42. Viri ſanguinum, & doloſi,
43. Non dimidiabunt dies ſuos.
44. Ego autem Domine ſperabo in te.

℣. 9. Timor, &c. tenebræ. ℣. 10. Et &c. Columbæ. ℣. 11. Et volabo &c. ℣. 12. Ecce &c. ℣. 13. Expectabam &c. me. ℣. 14. A puſillanimitate &c. ℣. 15. Præcipita &c.

* Quippe MSS.

* ℣. 27. Veſpere &c. annunciabo. ℣. 28. Et exau- &c.

* Cod. Pal.

*appropinbuavit cor eorum.

8. 9. Agon multus mihi eſt, & non novi quid faciam.
10. Et dixi: quis dignabitur me gratia Sancti Spiritus, & auferam me ipſum a mundo, & conticeſcam.
11. Seceſſi a mundo, ſolitarius requievi.
12. Denique expectabam Deum, qui me liberat ab incurſibus inimici.
13. Mortifica Domine, & contere malitiam eorum.
14. Quoniam ſenſi in corde meo.
15. Inceſſanter die ac nocte circumadſidet mihi peccatum.
16. Repleta eſt mens mea cogitationibus.
17. Et non diſceſſit a corde meo, quod antea exiſtebat peccatum.
18. Et cum inimicus maledixit mihi, toleravi.
19. Et rurſus cum deceptionem vitæ mihi injecit, ipſum non ſuſtinui.
20. Tibi autem dico mens mea; principatum in me tenes:
21. Mecum eloquia Dei ſuaviter habens:
22. Ivimus ſimul ad orationem.
23. Et venit ira Dei ſuper cogitationes malas.
24. Et evaneſcunt in ipſo rerum uſu (*f*).
25. Quoniam malitia multa in corde eſt, cum ipſi in eo habitant (*g*).
26. Ego læſus ab ipſis clamavi ad Deum, & Dominus adjuvit (*h*) me.
27. Sine intermiſſione (*i*) mans confitebor tibi.
28. Et quoties clamabo (*k*) ad eum, ut impleat petitionem meam, & curam mei ſumet.
29. Liberabit gratia ſua animam meam ab improbis cogitationibus.
30. Quoniam multæ erant in corde meo.
31. Deprecationem meam in finem adducet, & ſubſternet eos pedibus meis Deus, qui ante ſæcula.
32. Non enim ipſis parcet.
33. Detinere me voluit inimicus, cum me Deus liberaret a peccato.
34. Contaminaverunt homines iniquitate.
35. Decepti ſunt homines a Dæmonum malitia.
36. Et corda eorum concluſa ſunt.
37. Deceptione peccati.
38. Tamquam arcus ſublati (*l*) ſunt ab ipſo.
39. Deprecare Dominum, & ipſe te vivificabit.
40. Non patietur unquam tentari juſtum *.
41. In futuro ſæculo Dæmones.
42. Inimici poteſtates.
43. Erant enim immortales: tradentur autem in ignem æternum ipſis præparatum.
44. Ego autem ſpero in te, quod nunc liberabis me, & in illo ſæculo ab omni ſupplicio.

* *Non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis.* 1. ad Corinth. 10. 13.

Titu-

(*f*) & evaneſcunt ſtatim.
(*g*) habitabunt.
(*h*) exaudivit.
(*i*) Indeſinenter autem futurus confitebor tibi.

(*k*) clamabis &c. petitionem tuam implebit, & curam tui geret.
(*l*) elevati ſunt in ſe ipſis.

In finem, pro populo, qui a Sanctis longe factus est, David, in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.
Psalm. LV.

1. Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo:
2. Tota die impugnans tribulavit me.
3. Conculcaverunt me inimici mei tota die:
4. Quoniam multi bellantes adversum me ab altitudine.
5. Die non timebo:
6. Ego vero in te sperabo:
7. In Deo laudabo sermones meos:
8. In Deo speravi, non timebo, quid faciat mihi caro.
9. Tota die verba mea exsecrabantur.
10. Adversum me omnes cogitationes eorum in malum.
11. Inhabitabunt, & abscondent:
12. Ipsi calcaneum meum observabunt,
13. Sicut sustinuerunt animam meam.
14. Pro nihilo salvos facies illos:
15. In ira populos confringes.
16. Deus, vitam meam annunciavi tibi:
17. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua.
18. Convertentur inimici mei retrorsum:
19. In quacumque die invocavero te:
20. Ecce cognovi quoniam Deus meus es tu.
21. In Deo laudabo verbum,
22. In Domino laudabo sermonem.
23. In Deo speravi, non timebo, quid faciat mihi homo?
24. In me Deus vota, quæ reddam laudationis tuæ.
25. Quoniam eripuisti animam meam de morte:
26. Oculos meos a lacrymis,
27. Et pedes meos de lapsu.
28. Placebo coram Domino * in lumine viventium. * Deo.

In finem, ne disperdas, David, in tituli inscriptionem. Cum ipse fugeret a facie Saul in speluncam. Psalm. LVI.

1. Miserere mei Deus, miserere mei:
2. Quoniam in te confidit anima mea.
3. Et in umbra alarum tuarum sperabo,
4. Donec transeat iniquitas.
5. Clamabo ad Deum altissimum:
6. Deum qui benefecit mihi.
7. Misit de cælo, & liberavit me:
8. Dedit in opprobrium conculcantes me.
9. Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam:
10. Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum:

11. Dor-

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem, pro populo, qui a Sanctis longe factus est, David in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth. Pro populo, qui a Sanctis longe factus est:* hoc est pro gentibus, quæ antea se elongaverunt a Sanctis. Deinde *David, in tituli inscriptionem;* dico autem in fine pro se convertentibus ad conversationem Domino acceptam: veluti enim titulum quemdam hanc describit: Illud autem *David*, allegorice intelligendum est de Domino, quoniam *David* interpretatur *manu fortis:* deinde: *cum tenuerunt eum Allophyli in Geth. Allophyli* interpretantur: *potu cadentes* (*b*); *in Geth* autem interpretatur *in torculari*. Hoc igitur significat: cum quis teneretur in corde suo a contrariis potestatibus, & conversus ad Dominum conversationem incipit dicere Deo appositum psalmum.

1. De Diabolo loquitur.
2. Incessanter injiciens mihi suas cupiditates.
3. Dæmones etiam ipsi similiter, sine intermissione.
4. Cogitationes advolantes, & ingredientes in corda.
5. 6. Existens nunc (*c*) in luce tua non amplius timeo, sed sperabo in te.
7. Orationem meam (*d*) affero.
8. Hoc est, non timebo quid faciet mihi peccatum.
9. Semper orationem meam, quam ad Deum mittebam, illi fugiebant.
10. Et demum consultabant quomodo me laqueis irretirent.
11. Expectabunt & observabunt quomodo me comprehendant.
12. Expectant supplantare me.
13. 14. Quomodo ipsi expectant ut importune perdant animam meam, ipse (*e*) eos dejecit.
15. Eorum multitudinem.
16. Primam meam conversationem confessus sum tibi.
17. Ipse autem effudi (*f*) lacrymas, quemadmodum denunciasti pœnitentibus ut facerent.
18. Recedent Dæmones confusi.
19. Ex ea die, qua te invocavi.
20. Cognovi, quod Deus meus es tu.
21. In Deo, dicit, gloriabor.
22. Orationem meam.
23. Quid faciat mihi Diabolus?
24. Permanebunt Domine gratiarum actiones, quas reddam gloriæ tuæ.
25. A peccato.
26. A Dæmonibus.
27. A casu.
28. Gratias agam (*g*) Domino in viis Sanctorum.

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem ne corrumpas, David, in tituli inscriptionem, cum ipse fugeret a facie Saul in speluncam*. Hoc igitur significat, cum quis fugit a facie Saul in vitam solitariam, non amplius corrumpit (*b*) conversationem Domini, sed clamando ad eum appositum Psalmum dicit. Saul enim pro Diabolo accipitur, quemadmodum sæpe diximus.

1. 2. Deprecor te Deus, miserere mei, quoniam confidi in te, quia misericors es.
3. Et in refrigerio duorum testamentorum tuorum sperabo:
4. Donec consummetur mundus.
5. Deprecabor, inquit, Deum altissimum.
6. Qui sua omnia donavit (*c*).
7. Deum Verbum misit Pater.
8. Dæmones significat.
9. Filium suum & Sanctum suum Spiritum.
10. De medio Dæmonum.

11. Re-

(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) *peccata lapsi*.
(*c*) nunc ... tua *deest*.
(*d*) meam, inquit, affero.
(*e*) tu *ipse* eos dejice.
(*f*) dedisti.
(*g*) Placebo.
(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) corrumpas.
(*c*) mihi donavit.

11. Dormivi conturbatus.
12. Filii hominum, dentes eorum, arma & sagittæ.
13. Et lingua eorum, gladius acutus.
14. Exaltare super cælos Deus:
15. Et in omni terra gloria tua.
16. Laqueum paraverunt pedibus meis:
17. Et incurvaverunt animam meam.
18. Foderunt ante faciem meam foveam:
19. Et inciderunt in eam.

* Cod. P.

* Diapsalma.

20. Paratum cor meum Deus:
21. Paratum cor meum, cantabo *, & psalmum dicam in gloria mea.
22. Exsurge gloria mea:
23. Exsurge psalterium & cithara:
24. Exsurgam diluculo.
25. Confitebor tibi in populis Domine.
26. Et psalmum dicam tibi in gentibus.
27. Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua:
28. Et * usque ad nubes veritas tua.
29. Exaltare super cælos Deus:
30. Et super omnem terram gloria tua.

* ℣. 22. Cantabo, & psallam tibi. *deest illud* in gloria mea. ℣. 23. Exsurge gloria &c.

* Et veritas tua usque ad nubes.

In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptionem. Psalm. LVII.

1. SI vere utique justitiam loquimini:
2. Recta judicate filii hominum.
3. Etenim in corde iniquitates operamini in terra:
4. Injustitiam manus vestræ concinnant.
5. Alienati sunt peccatores a vulva:
6. Erraverunt ab utero, locuti sunt falsa.
7. Furor illis secundum similitudinem serpentis:
8. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas:
9. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici,
10. Quæ incantatur a sapiente.
11. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum:
12. Molas leonum confregit Dominus.
13. Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens.
14. Intendet arcum suum, donec infirmentur.
15. Sicut cera quæ fluit, auferentur:
16. Cecidit ignis super eos, & non viderunt solem.
17. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum:
18. Sicut viventes, sicut in ira absorbet eos *. * *In marg. Cod. Vos.*

19. La-

---

11. Requievi sollicitus de peccatis meis.
12. Doctrinæ hominum mortiferæ sunt.
13. Et loquela eorum acuta ad malum.
14. Glorificare in Sanctis tuis Deus.
15. Et in omni mundo fides tua.
16. Dæmones (*d*) peccatum.
17. Et traxerunt animam meam.
18. Paraverunt mihi ut caderem in peccatum, & me quidem liberasti.
19. Ipsi autem in eo permanserunt.
20. Io voluntatem tuam.
21. Laudans & enarrans dona tua, quæ elargitus es mihi.
22. Gratia tua.
23. Spiritus Sanctus tuus.
24. In luce tua.
25. Glorificabo te, dicit.
26. Cum (*e*) crucifixus es pro universo mundo.
27. Quoniam glorificata est a terra usque ad cælos passio tua.
28. Et fides tua (*f*) in Sanctos.
29. Ascende in cælos (*g*):
30. Et in omni terra passio tua glorificabitur.

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem, ne corrumpas, David in tituli inscriptionem.* Hoc igitur significat: usque in finem, ne corrumpas secundum Deum conversationem tuam: ut enim sæpe diximus tituli inscriptio allegorice explicatur de conversatione seu vitæ institutione.

1. Si revera estis Christiani:
2. Justa & digna de vobis ipsis (*b*) consulite.
3. Etenim in hominibus extrinsecus justi apparetis; intus vero (*c*) omnem errorem colitis.
4. Et corda vestra adinventiones, quasdam componunt.
5. Tales abalienati sunt a meo (*d*) lavacro.
6. A Baptismo (*e*) enim errorem amplexi sunt.
7. Doctrina eorum mortifera, ut filius serpentis.
8. Avertunt auditum a veritate.
9. Ita neque isti audiunt docentes eos veritatem.
10. Magistri eorum sapientia hujus mundi decipiunt eos.
11. Ipsorum doctrinas.
12. Duces eorum.
13. Dies (*f*) judicii projiciet eos.
14. Corroborabit sermonem prædicationis suæ usque ad consummationem.
15. Ut cera igne consumitur, sic erit perditio eorum.
16. Dominatus est eis Satanas, & non cognoverunt Dominum.
17. 18. Priusquam vestræ iniquitatea adhæreant Diabolo, ut adhuc viventes estis, in ira sua devorabit vos propter errorem hæresis vestræ.

19. In

(*d*) in peccatum.
(*e*) Nam.
(*f*) Et fidem tuam (*melius* fides tua) in Sanctos 100s.
(*g*) cælos Deus.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *In finem David*, &c.

(*b*) de me.
(*c*) vero pleni estis omni errore.
(*d*) a me ab ipso lavacro.
(*e*) errorem, quem amplexi sunt a Baptismo.
(*f*) In die judicii projicies eos.

19. Lætabitur justus cum viderit vindictam:
20. Manus suas lavabit in sanguine peccatoris:
21. Et dicet homo, si utique est fructus justo.
22. Utique est Deus judicans eos in terra.

In finem, ne disperdas, David, in tituli inscriptionem, cum misit Saul, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret. Psalm. LVIII.

1. ERipe me de inimicis meis Deus:
2. Et ab insurgentibus in me libera me.
3. Eripe me de operantibus iniquitatem:
4. Et de viris sanguinum salva me.
5. Quia ecce cœperunt animam meam:
6. Irruerunt in me fortes.
7. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine:
8. Sine iniquitate cucurri, & direxi.
9. Exsurge in occursum meum, & vide:
10. Et tu Domine Deus virtutum, Deus Israel,
11. Intende ad visitandas omnes gentes:
12. Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

* *Cod. Pal.* * Diapsalma.

13. Convertentur ad vesperam, famem patientur ut canis, & circuibunt civitatem.
14. Ecce ipsi loquentur in ore suo:
15. Et * gladius in labiis eorum:
16. Quoniam quis audivit? Et tu Domine deridebis eos:

* ℣. 15. Et gladius &c. audivit? ℣. 16. Et tu &c. eos.

17. Ad nihilum deduces omnes gentes.
18. Fortitudinem meam ad te custodiam:
19. Quia tu Deus susceptor meus es.
20. Deus meus misericordia tua præveniet me:
21. Deus meus ostendet mihi super inimicos meos.
22. Ne occidas eos, ne quando obliviscantur legis tuæ.
23. Disperge illos in virtute tua:
24. Et depone eos protector meus Domine.
25. Delictum oris eorum, sermo labiorum ipsorum:
26. Et comprehendantur in superbia sua:
27. Et de exsecratione, & mendacio annunciabuntur in consummatione,
28. In ira consummationis, & non erunt.
29. Et scient, quia Deus dominatur Jacob, & finium terræ.
30. Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canis,
31. Et circuibunt civitatem.

32. Ipsi

---

19. In tempore retributionis.
20. Purum se ipsum ostendet a peccato.
21. Et dicet unusquisque; vere est justo retributio.
22. Profecto est faciens eorum vindictam.

Titulus præpositus (*a*) continet : *In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptionem*. Hoc igitur dicit : *ne* in aliquam Domini virtutem, quæ est tituli inscriptio, *disperdas*, (hoc est, ne pecces) usque *in finem*. Deinde: *cum misit Saul, & custodivit domum ejus, ut interficeret eum*, hoc est, ita etiam Diabolus mittit custodire domum ejus, ut interficiat. Ne disperdas igitur usque in finem aliquod mandatorum Domini, sed dic subjectum hic psalmum. Sæpe enim diximus interpretationem nominis, & *Saul* & *David* nunc accipi de Domino, & de iis, qui Domini sunt, nunc vero de Diabolo.

1. 2. De cogitationibus in corde meo.
3. A voluptatibus militantibus in membris meis
4. De contrariis potestatibus.
5. Quoniam ecce constringunt animam meam.
6. Dæmones.
7. Neque iniquitas mea dulcis mihi est, neque peccatum meum Domine.
8. Odio habens (*b*) iniquitatem cucurri in mandatis tuis, & direxi in corde meo.
9. Veni in auxilium meum.
10. 11. Tu ipse Domine veni, & per adventum tuum sana omnes gentes.
12. (*c*) Contrariis potestatibus.
13. Veniunt in tenebris circumdantes animam, & devorare quærunt ut canes.
14. Ecce hi ipsi plausibilia quædam loquuntur (*d*).
15. Et occidunt in sermonibus suis audientes eos.
16. Et tu Domine dejicies eos.
17. Gentes hujusmodi.
18. Auxilium meum a te postulabo.
19. Quoniam tu es Deus meus.
20. Prospector meus misericordia tua proteget (*e*) me.
21. Dæmonibus (*f*).
22. Ne facias eos prorsus non existere, nequando utpote non existentes non recordentur amplius suppliciorum, quæ ipsis infers.
23. Sed disperge illos in ignem æternum.
24. Et in tartara terræ deduc eos.
25. Propter peccata oris ipsorum, & sermones (*g*), quos locuti sunt adversus te.
26. Et condemnentur in rebellione sua.
27. Et (*h*) de effrænatione oris, & mendacio, quod locuti sunt, & docuerunt in mundo.
28. Et in ira consummationis non subsistent.
29. Et tunc cognoscent, quod (*i*) Deo serviunt omnes tribus, & linguæ.
30. (*k*) Adducentur in consummatione latrantes ut canis.
31. Extra Hierusalem.

32. Ipsi

(*a*) cinnabari scriptus continet : *In finem David, ne disperdas in tituli inscriptionem : cum misit Saul, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret* : Hoc igitur dicit de aliqua Domini virtute, quæ est tituli inscriptio, *ne disperdas* usque *in finem*. Deinde : *cum misit Saul, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret*. Hoc est, ita & Diabolus mittit ad observandum fidelem, ut eum interficiat. Ne disperdas igitur aliquod mandatum Domini &c.
(*b*) Odio habui.... ad mandata tua.
(*c*) *n.* 12. *deest*.
(*d*) loquentur.
(*e*) præveniet me.
(*f*) Dæmonibus dicit.
(*g*) sermones eorum &c.
(*h*) Et excisione mendacii, quod &c.
(*i*) quod Jesu Deo.
(*k*) *n.* 30. Adducentur &c. Hierusalem. *n.* 32. 31. *sub unico num. n.* 33. Si autem abjecerint, ululabunt. *n.* 34. Murmurabunt quidem Dæmones, *hæc desunt in Cod. reliqua habentur* : Ego &c.

32. Ipsi dispergentur ad manducandum:
33. Si vero non fuerint saturati, & murmurabunt.
34. Ego autem cantabo fortitudinem tuam.
35. Et exsultabo mane misericordiam tuam.
36. Quia * factus es susceptor meus,
37. Et refugium meum in die tribulationis meæ.
38. Adjutor meus es, tibi psallam:
39. Quia tu Deus susceptor meus es:
40. Deus meus misericordia mea.

* ℣. 36. 37. sub unico numero.

In finem, pro his, qui immutabuntur, in tituli inscriptionem David in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal: & convertit Joab; & percussit Edom in valle Salinarum, duodecim millia.

Psalm. LIX.

1. DEus repulisti nos, & destruxisti nos:
2. Iratus es, & misertus es nobis.
3. Commovisti terram, & conturbasti eam:
4. Sana contritiones ejus, quia commota est.
5. Ostendisti populo tuo dura:
6. Potasti nos vino compunctionis.
7. Dedisti metuentibus te significationem, ut * fugiant a facie arcus.
8. Ut liberentur dilecti tui:
9. Salvum fac dextera tua, & exaudi me.
10. Deus locutus est in Sancto suo:
11. Lætabor, & partibor Sichimam:
12. Et convallem tabernaculorum metibor.
13. Meus est Galaad, & meus est Manasses:
14. Et Ephraim fortitudo capitis mei.
15. Juda Rex meus:
16. Moab olla spei meæ.
17. In Idumæam extendam calceamentum meum:
18. Mihi alienigenæ subditi sunt.
19. Quis deducet me in civitatem munitam?

* ℣. 8. Ut fugiant &c. ℣. 9. Ut liberentur.

20. Aut

32. Ipsi projicientur.
33. Cibo æterno.
34. Murmurabunt quidem Dæmones, ego autem laudabo potentiam tuam, quoniam illos superasti.
35. Et propter misericordiam tuam exultabo in æterna luce.
36. 37. 38. 39. (*l*) In te ipse mea recipis.
40. Deus meus, (*m*) cujus misericordia reficior.

Titulus (*a*) præpositus continet: *In finem, pro iis, qui immutabuntur in tituli inscriptionem, David in doctrinam: cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & convertit Joab, & percussit Edom in valle Salinarum, duodecim millia.* Hoc igitur est, quod significat, quod in fine, qui immutantur; hoc est, qui transferuntur a malo in bonum, veniunt in tituli inscriptionem, dico autem ad bonam vitæ institutionem. Deinde: *David in doctrinam*, & in doctrinam inquam *manu fortis* [1]; quod ad Dominum refertur; Et demum: *succendit* elevationem [2] sublimitatis [3]; nempe peccatum, & sublimitatem peccati & vetustatis [4]: hoc est mortem: [5] *Duodecim enim millia* dixit, propter omne genus peccati mortalis.

(1) *David, manu fortis.*
(2) *Mesopotamia, elevata.*
(3) *Syria, sublimis sublimitas.*
(4) *Sobal, vana vetustas.* Lexic. Hieron.
(5) *aliqua deesse videntur.*

1. Deus projecisti nos a dono adoptionis (*b*), qua honorasti nos a principio.
2. Non in finem aversatus es, neque oblitus es nostri.
3. Qui ex gentibus sunt (*c*) audientes per prædicationem, quod statuisti diem, in qua judicaturus es orbem in justitia.
4. Sana contritiones ejus, quoniam obedivit tibi.
5. Omnia mandata tua.
6. Gratia tua ad conversionem.
7. Fidelibus (*d*) cognitionem, ut fugiant a peccato.
8. Ab ipso peccato (*e*).
9. Exaudi me, & salva in Filio tuo.
10. Pater in Filio.
11. *Sichima* interpretatur *ascendens*. Ascendentem igitur animam ad (*f*) me, seu ipsam Ecclesiam separabo mihi a mundo.
12. Et in anima humilium inambulabo.
13. *Galaad* interpretatur *inhabitatio* (*g*) *testimonii*. *Manasses* interpretatur *oblitus*. Hoc igitur significat: *meus est Galaad*: qui a peccato transmigraverit ad me in testimonio (*h*): & *meus est Manasses*, qui oblitus est pristinarum suarum malarum actionum.
14. *Ephraim* interpretatur *consolator*, consolator autem est Spiritus Sanctus. Fortitudo igitur mentis meæ est Spiritus (*i*) Sanctus: caput enim sæpe significat nobiliorem mentis partem.
15. *Judas* (*k*): notum autem, quod ex Juda Dominus ortus est.
16. *Ex Ruth Moabitide* genus ducit S. Maria (*l*).
ideo propter virginitatem, *Moab* hic nominatur. Virgo igitur olla Domini facta est, quia & in utero suo concepit Dominum super naturam, non secundum naturam.
17. *Idumæa* (*m*) regio erat Esau. *Esau* autem interpretatur *hirsutus*, quales erant gentes propter asperitatem cordis eorum: ad has igitur, inquit, transitum meum faciam.
18. Auscultaverunt autem (*n*), & crediderunt prædicationi meæ.
19. In cælestem civitatem (*o*) quis me deducet, nisi tu ejus conditor?

20. Aut

(*l*) ℣. 36. 37. Quoniam factus es susceptor meus, & refugium meum in hoc seculo, & in futuro. ℣. 38. Deus incessabiliter. ℣. 39. Quia tu es Deus, in te ipso suscipe quæ ad me pertinent.
(*m*) Deus meus, per quem misericorditer &c.
(*a*) cinnabari scriptus continet &c. Mesopotamiam Syriam &c. & percussit vallem Salinarum &c. in doctrinam inquam &c. & demum elevationem sublimitatis perinde ac si diceret peccatum & &c. hoc est mortem, & percussit hiatum duorum peccati & mortis: *duodecim millia*. Dixit quidem omne peccatum & mortem. *Syria* interpretatur *sublimitas*. *Mesopotamia* interpretatur *elevata vocatione aliqua*. *Sobal* interpretatur *vana vetustas*. *Alon* seu *salinarum* interpretatur *his*.
(*b*) Deus projecisti nos a dono *desunt in Cod.* Adoptionis & *rel. habentur*.
(*c*) Qui ex gentibus sunt, *desunt in Cod.*
(*d*) Dedisti fidelibus.
(*e*) Ut fugiant a peccato. ℣. 9. Ab eodem peccato.
(*f*) ad ipsam &c.
(*g*) *transmigratio*.
(*h*) testimonium.
(*i*) Spiritus Sanctus *desunt*.
(*k*) Judas *deest*. notum &c., ortus est Dominus Jesus ante secula Rex.
(*l*) Maria. Ideo igitur propter Ruth Moabitidem etiam Mariam Virginem *Moab* vocat. Virgo igitur &c.
(*m*) *Idumæa* quidem &c. *hirsutum* &c.
(*n*) autem *deest*.
(*o*) conversationem.

20. Aut quis deducet me usque in Idumæam?
21. Nonne tu Deus, qui repulisti nos?
22. Et non egrederis Deus in virtutibus nostris?
23. Da nobis auxilium de tribulatione:
24. Et vana salus hominis.
25. In Deo faciemus virtutem:
26. Et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

In finem, in hymnis David.
Psalm. LX.

1. EXaudi Deus deprecationem meam:
2. Intende orationi meæ:
3. A finibus terræ ad te clamavi, dum anxiaretur cor meum:
4. In petra exaltasti me.
5. Deduxisti me, quia factus es spes mea,
6. Turris fortitudinis a facie inimici.

* Cod. P. * Diapsalma.

7. Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula:
8. Protegar in velamento alarum tuarum.
9. Quoniam tu Deus exaudisti orationem meam:
10. Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.
11. Dies super dies Regis adjicies,
12. Annos ejus usque in diem generationis, & generationis.
13. Permanebit in æternum in conspectu Dei.
14. Misericordiam & veritatem ejus quis requiret?
15. Sic psalmum dicam nomini tuo in sæcula *: * sæculum.
16. Ut reddam vota mea de die in diem.

In finem, pro Idithum Psalmus David.
Psalm. LXI.

1. NOnne Deo subjecta erit anima mea?
2. Ab ipso enim salutare meum.
3. Nam & ipse Deus meus & salutaris meus,
4. Susceptor meus, non movebor amplius.
5. Quousque irruitis in hominem?
6. Interficitis universi vos:
7. Tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?
8. Veruntamen pretium meum cogitaverunt repellere:
9. Cucurri in siti:
10. Ore suo benedicebant, corde * suo maledicebant. * & corde &c.

* Diapsalma. * Cod. P.

11. Veruntamen Deo subjecta esto anima mea:
12. Quoniam ab ipso patientia mea.
13. Quia ipse Deus meus, & Salvator meus:
14. Adjutor meus, non emigrabo.

15. In

---

20. Aut quis deducet me in tabernaculum tuum æternum?
21. 22. (p) Nisi tu Deus, qui projecisti nos.
23. Reduc nos a peccato in tuam cognitionem.
24. Omnis salus humana inanis.
25. Dei Cruce armabimur.
26. Et ipsa Crux abiget immundos Dæmones.

Titulus præpositus continet (a): *In finem, in hymnis David.* Hoc igitur est, quod significat: in fine in hymnum dictus est Psalmus *manu forti*, hoc est Filio Dei. *David* enim interpretatur *manu fortis*, ut sæpius dixi (b).

1. Accepta fiat coram te deprecatio mea.
2. Ne averseris orationem meam.
3. Cum ab omnibus rebus terrenis, quæ in mundo sunt, mundasses mentem meam; ita te deprecatus sum.
4. Cum dormitaret in peccato cor meum in præceptis tuis fundasti me.
5. In luce gratiæ tuæ deduxisti me.
6. Murus fortissimus mihi (c) es fugienti a peccato.
7. In justificationibus tuis permanebo (d) semper.
8. Custodiar sub duobus testamentis tuis (e).
9. Replens me illuminatione tua.
10. Regnum cælorum dedisti facientibus voluntatem tuam.
11. Et populo tuo fideli, qui in hoc sæculo dignus factus est luce gratiæ tuæ, adjicies ipsi etiam fruitionem æternæ lucis in venturo sæculo.
12. Et vita ejus sempiterna est (f).
13. Et inseparabilis est a visione gloriæ Dei.
14. Miserationem ejus, & justum judicium (g) quis comprehendet?
15. Sic Psalmum dicam tibi (h) incessanter, ut debeo, in gratiarum actionibus.
16. Ut laudem te & in præsenti sæculo, & in futuro.

Titulus præpositus continet (a): *In finem, pro Idithum Psalmus David.* Hoc igitur significat: in fine sæculorum pro *uno Judice venturo*; ita enim interpretatur *Idithum*. Deinde: *Psalmus David*, hoc est Psalmus *manu forti*, ita enim interpretatur *David*. Itaque manifeste loquitur de Filio Dei, qui unicus Judex venturus est, & (b) *manu fortis est*.

1. Neque justum neque utile est animæ meæ ulla in re adversari Deo.
2. Nam apud eum vita mea & in præsenti sæculo (c).
3. Nam & ipse est Creator meus, & Salvator meus.
4. Non discedam ab eo usque in finem.
5. Quousque humana potentia, & auxilio utimini (d)?
6. Et occiditis inferiores vobis:
7. Veluti muro cadenti, & maceriæ disjectæ?
8. Ita mandata mea repelluntur.
9. 10. Veluti currens in siti, qui ore quidem bibit, cor autem ejus nihil potus excipit; ita etiam isti ore eorum eloquia mea accipiunt, cor autem eorum longe abest.
11. Tu autem anima mea Deo subjecta esto.
12. Quoniam apud ipsum retributio mea.
13. Nam & (e) ipse Deus meus, & Salvator meus.
14. Susceptor meus est: nulli alteri adhærebo.

15. In

(p) v. 21. Nisi &c. v. 22. Et non egredietur Deus ut unus nostrorum Regum, aut Principum.
(a) cinnabari scriptos cont-
(b) diximus.
(c) meus.
(d) permaneo.
(e) tuis deest.
(f) erit.
(g) ejus judicium.
(h) tibi deest, incessanter, utinam in &c.
(a) cinnabari scriptus cont-
(b) vere *manu fortis*.
(c) sæculo, & in futuro.
(d) uti?
(e) Nam & &c. desunt.

15. In Deo ſalutare meum, & gloria mea.
16. Deus auxilii mei, & ſpes mea in Deo.
* In marg. Cod. populi. 17. Sperate in eo omnis congregatio populorum *.
18. Effundite coram illo corda veſtra:
* veſter eſt. 19. Quia Deus adjutor noſter *.

* Cod. Pal. * Diapſalma.

20. Veruntamen vani filii hominum:
21. Mendaces filii hominum in ſtateris, ut decipiant.
22. Ipſi de vanitate in idipſum.
23. Nolite ſperare in iniquitate:
24. Et rapinas nolite concupiſcere.
25. Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.
26. Semel locutus eſt Deus, duo hæc audivi:
* V. 27. 28. ſub unico num. 27. Quia * poteſtas Dei,
28. Et tua * Domine miſericordia.
* In marg. Cod. tibi 29. Quia tu reddes unicuique juxta opera ſua.

Pſalmus David: cum eſſet ipſe in deſerto Idumææ. Pſalm. LXII.

1. DEus Deus meus ad te de luce vigilo.
2. Sitivit te anima mea:
3. Quam multipliciter tibi caro mea.
4. In terra deſerta & invia & inaquoſa.
5. Sic in Sancto apparui tibi:
6. Ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
7. Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas:
8. Labia mea laudabunt te.
9. Sic benedicam te in vita mea:
10. Et in nomine tuo levabo manus meas.
11. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: * repleta eſt
12. Et labiis exultationis laudabit os meum.
13. Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis (1) meditabar in te. (1) meditabor
14. Quia fuiſti adjutor meus:
15. Et in velamento alarum tuarum exſultabo.
16. Adhæſit anima mea poſt te:
17. Me autem ſuſcepit dextra tua.
18. Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam:
19. Introibunt in inferiora terræ:
20. Tradentur in manus gladii:
21. Partes vulpium erunt.
22. Rex vero lætabitur in Deo:
23. Laudabitur omnis qui jurat in eo:
24. Quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

In finem, Pſalmus David. Pſalm. LXIII.

1. EXaudi Deus vocem meam, cum deprecor ad te:

2. A

---

15. In Deo vita mea, & gloriatio mea.
16. Deus meus adjutor meus eſt ſemper, & ideo ſpes mea in ipſo eſt.
17. Et vos igitur omnes ſperate in eum (*f*).
18. Prompte opitulanti ſperantibus in eo afferte ipſi corda veſtra.
19. Adverſatur inimicis noſtris.
20. Humana cogitantes.
21. Doloſi impotenter dominantes, & injuſte agentes.
22. Ut ſibi e turpi lucro congregent, cura eorum eſt.
23. 24. 25. *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli.* 1. ad Timoth. vi. 9.
26. Eadem locutus eſt Deus & in lege, & in Prophetis hæc duo:
27. Diliges Dominum Deum tuum.
28. Et facies miſericordiam proximo tuo ſicut tibi ipſi.
29. Ipſe enim unicuique reddet juxta opera ſua.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Pſalmus David: cum eſſet ipſe in deſerto Idumææ*. Hoc igitur eſt, quod ſignificat. *David* interpretatur *abjectio*, & (*b*) *deſerti* nomine *mundus* allegorice intelligitur: *Idumæa* autem interpretatur *deficiens*: nempe peccator, qui coram Deo contemptus & abjectus eſt, manens (*c*) in mundo deficiente, cum vult converti, & venire ad Baptiſma, & rurſus poſt Baptiſma cum peccaverit, & vult pœnitentiam agere, dicit hunc Pſalmum.

1. Deus Deus meus ad lucem tuam volo venire.
2. Deſideravit te anima mea.
3. (*d*) Multipliciter innumerabiliter.
4. Quoniam tanquam nihil ſum coram te: ſiquidem neque radix, neque flos, neque fructus eſt in me.
5. Sic in domo (*e*) ſancta tua acceſſi ad te.
6. Ut diſcerem reſurrectionem (*f*) tuam, & paſſionem tuam.
7. Quoniam multo melior eſt miſericordia tua, quam voluptates, & divitiæ hujus ſæculi.
8. Labia cordis mei laudabunt te.
9. Semper.
10. Intendo ad te cor meum.
11. Gratia tua.
12. Corde exultante laudabit te os meum.
13. Si meminero tui in quiete animæ meæ, in mandatis tuis meditabor.
14. Quia ſemper in mandatis tuis corroboravi (*g*) me.
15. Et in duobus tuis teſtamentis exultabo.
16. Veſtigia tua ſequetur (*h*).
17. Tu autem ipſe deduxiſti me dextera tua.
18. Dæmones.
19. In tartara terræ: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.
20. In ſupplicium æternum.
21. Hæreticorum, & hypocritarum Dæmones partes ſunt.
22. Populus fidelis.
23. Glorificabitur credens Domino; juramentum enim eſt ſermo, cui fides habetur.
24. Dæmonum & hæreticorum.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *In finem*: *Pſalmus David*. De iis, quæ futura ſunt in conſummatione ſæculorum Pſalmus dicitur (*b*) ad Dominum a Davide.

1. Invocans (*c*) te in adjutorium exaudi orationem, quam tibi affero.

2. Dia-

(*f*) in eum, qui prompte opitulatur ſperantibus in eum. *n.* 18. Afferte &c.
(*a*) cinnabari ſcriptus cont-
(*b*) *deſerti* autem.
(*c*) manens adhuc in &c.
(*d*) *n.* 3. *deeſt*.
(*e*) templo ſancto acceſſi &c.
(*f*) requiem.
(*g*) corroboraſti.
(*h*) ſequar.
(*a*) cinnabari ſcriptus cont-
(*b*) dicitur ab iis, qui, ut David, juſti ſunt.
(*c* Me invocante te.

2. A timore inimici eripe animam meam.
3. Protege me a conventu malignantium.
4. A multitudine operantium iniquitatem.
5. Qui exacuerunt ut gladium linguas suas,
6. Intenderunt suum arcum, rem amaram,
7. Ut sagittent in occultis immaculatum:
8. Subito sagittabunt eum, & non timebunt *.
* timebit.
9. Firmaverunt sibi sermonem nequam:
10. Narraverunt ut absconderent laqueum: *
* laqueos:
11. Dixerunt, quis videbit eos?
12. Scrutati sunt iniquitatem:
13. Defecerunt scrutantes scrutinio.
14. Accedet homo, & cor profundum:
15. Et exaltabitur Deus.
16. Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum:
17. Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.
18. Conturbati sunt omnes, qui videbant eos:
19. Et * timuit omnis homo.
* ℣. 19. 20. *sub unico num.*
20. Et annunciaverunt opera Dei.
21. Et facta ejus intellexerunt.
22. Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo:
23. Et laudabuntur omnes recti corde.

In finem, Psalmus cantici David: (canticum Jeremiæ, & Ezechielis, de populi transmigratione quando profecturi erant.)
Psalm. LXIV.

1. TE decet hymnus Deus in Sion:
2. Et tibi reddetur votum in Hierusalem.
3. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.
4. Verba iniquorum prævaluerunt super nos:
5. Et impietatibus nostris tu propitiaberis.
6. Beatus, quem elegisti, & assumpsisti:
7. Inhabitabit in atriis tuis.
8. Replebimur in bonis domus tuæ:
9. Sanctum templum tuum, mirabile in æquitate.
10. Exaudi nos Deus Salvator noster,
11. Spes omnium finium terræ, & eorum qui in mari longe.
12. Præparans montes in virtute sua,
13. Accinctus potentia:
14. Qui conturbas profundum maris,
15. Sonum fluctuum ejus quis sustinebit?
16. Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos a signis tuis:
17. Exitus matutini, & vespere delectabis.
18. Visitasti terram, & inebriasti eam:
19. Multiplicasti locupletare eam.

20. Flu-

---

2. Diaboli.
3. Hæreticorum.
4. Dæmonum.
5. Dæmones præpararunt hæreticos.
6. Et doctrinam erroris eorum auxerunt.
7. Ad dicenda verba blasphema contra Deum.
8. Temere dicunt verba impietatis contra Deum, & non timent.
9. Diabolicas eorum enarrationes.
10. Conscripserunt sermones persuasibiles, quibus illaqueant homines.
11. Cogitant, neminem posse eis resistere (*d*).
12. In Philosophia quædam perversa loquuntur (*e*) contra Deum.
13. Perierunt nullam quærentes veritatem.
14. Veniet ad (*f*) homines habentes gratiam in scripturis.
15. Et glorificabitur Deus in ipsis (*g*).
16. Verba enim eorum existimata acuta esse (*h*) infirma inveniuntur contra hominem Dei.
17. Et confusi sunt in doctrina eorum.
18. Obstupuerunt omnes, qui eos victos viderunt.
19. 20. Et miratus est omnis homo, & ita dixit: gratia Dei est in homine, qui confundit hæreticos.
21. Et veritatem Dei cognoverunt.
22. Exultabit homo (*i*), qui hæreticos superavit.
23. Et laudabuntur omnes, qui recte cogitant de Domino.

Titulus præpositus continet (*a*): *in finem, Psalmus cantici David*. Hoc igitur significat: pro (*b*) iis, quæ futura sunt in novissimis diebus ut fiant a Domino, Psalmus cantici hujus dicitur *David*, hoc est, *manu forti*, qualis est Dominus Deus noster.

1. Te decet hymnus Deus in corde sitienti (*c*): *Sion* enim interpretatur *sitiens*.
2. Et anima vidente te reddetur tibi oratio: *Hierusalem* enim interpretatur *visio pacis*.
3. Exaudi orationem meam, quoniam omnes ante tribunal tuum statuemur (*d*).
4. Doctrina Diaboli, & ministrorum ejus prævaluit contra nos.
5. Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.
6. Beatus, quem liberasti a peccatis suis, & custodisti eum.
7. In æternis refrigeriis.
8. Replebimur justificationibus populi tui.
9. Populus credens in te, in ipso tu habitas.
10. Excipe hymnos nostros, quos tibi offerimus.
11. Judæorum, & omnium gentium.
12. Humilians contrarias potestates.
13. Veniens in potentia.
14. Conterens cornu principis mundi hujus.
15. Insidias potestatum inimici quis sustinebit?
16. Timidæ ac trepidæ fient gentes (*e*) ob mirabilia tua, quæ audiverunt.
17. In luce tua educis gentes, & in consummatione sæculi implebis eas exultatione.
18. In terra visus es, & omni lætitia replevisti homines.
19. Multiplicasti dona tua in Ecclesia.

20. Spi-

(*d*) se opponere.
(*e*) loquentur.
(*f*) ad eos homo habens gratiam in scripturis.
(*g*) ipso.
(*h*) decet esse.
(*i*) homo ille.
(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) de iis, quæ novissimis diebus fient a Domino &c.

(*c*) sitienti te.
(*d*) adstamus. *Sed in marg. Cod. eodem charactere adnotatur in aliis Codicibus legi* statuemur. *Hæc autem adnotatio ostendit vetustatem hujus Interpretationis, seu Commentarii, cujus plures Codices MSS. sæc. 9. jam extabant.*
(*e*) gentes, & in consummatione sæculi &c. exsultatione.

20. Flumen Dei repletum eſt aquis:
21. Paraſti cibum illorum, quoniam ita præparatio.
22. Rivos * ejus inebria: * ℣. 22. 23. ſub unico num.
23. Multiplica genimina ejus.
24. In ſtillicidiis ejus lætabitur germinans.
25. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:
26. Et campi tui implebuntur ubertate.
27. Pingueſcent ſpecioſa deſerti:
28. Et exſultatione colles accingentur.
29. Induti ſunt arietes ovium:
30. Et valles abundabunt frumento:
31. Clamabunt, etenim hymnum dicent.

In finem, canticum Pſalmi reſurrectionis.
Pſalm. LXV.

1. JUbilate Domino omnis terra:
2. Pſalmum dicite nomini ejus:
3. Date gloriam in laude ejus.
4. Dicite Deo: quam terribilia ſunt opera tua:
5. In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
6. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi:
7. Pſalmum dicat nomini tuo, Altiſſime.
8. Venite, & videte opera Dei:

* Diapſalma. * Codex P.

9. Quam terribilis in conſiliis ſuper filios hominum.
10. Qui convertit mare in aridam:
11. In flumine pertranſibunt pede.
12. Ibi lætabimur in ipſo,
13. Qui dominatur in virtute ſua in æternum:
14. Oculi ejus ſuper gentes reſpiciunt:
15. Qui exaſperant non exaltentur in ſemetipſis.
16. Benedicite gentes Deum noſtrum:
17. Et auditam facite vocem laudis ejus.
18. Qui poſuit animam meam ad vitam:
19. Et non dedit in commotionem pedes meos.
20. Quoniam probaſti nos Deus, igne * examinaſti nos, ſicut examinatur argentum. * ℣. 21. Igne &c. ℣. 22. Induxiſti &c. ℣. 23. Poſuiſti &c.
21. Induxiſti nos in laqueum:
22. Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro:
23. Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.
24. Tranſivimus per ignem, & aquam:
25. Et eduxiſti nos in refrigerium.
26. Introibo in domum tuam in holocauſtis:
27. Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea:
28. Et locutum eſt os meum in tribulatione mea.
29. Holocauſta medullata offeram tibi cum * incenſo & arietibus: * ℣. 30. Cum incenſo &c. ℣. 31. Offeram &c.

---

20. Spiritus Sanctus Dei requievit ſuper gentes.
21. Eloquia tua præparaſti eis.
22. Corda fidelium reple gratia tua.
23. Et auge opera juſtitiæ eorum.
24. Cum gratia tua deſcenderit ſuper populum, in lætitia facient fructum pœnitentiæ.
25. Populo, qui credidit.
26. Et manſueti corde implebuntur Spiritu Sancto.
27. Participabunt gratia tua, quos e mundo elegiſti.
28. Et filii Prophetarum gaudebunt.
29. Gratia Sancti Spiritus Apoſtoli.
30. Animæ humiles abundabunt germinibus juſtitiæ.
31. Glorificabunt (*f*), & hymnis te laudabunt.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *In finem, canticum Pſalmi reſurrectionis.* Hoc eſt in fine ſæculorum hoc canticum Pſalmi dictum eſt de reſurrectione Domini, & converſione Gentium.

1. 2. In voce valida laudate Dominum in Pſalmis omnes gentes.
3. Et in fine uniuſcujuſque Pſalmi gloriam præbete (*b*) ei.
4. Dicite Deo: quomodo inenarrabiliter conceptus es, & natus es in terra.
5. Et (*c*) in paſſione, & in reſurrectione tua negabunt te Deum Judæi.
6. Gentes omnes credent, & glorificabunt te.
7. Laudabunt magnificum nomen tuum.
8. Cordibus veſtris attendite (*d*) juſtificationibus ejus.
9. Quoniam doctrina gratiæ ejus glorioſior eſt humana ſapientia.
10. Qui mortificat peccatum mundi.
11. In gratia Sancti Spiritus ſecure vivent.
12. In gratia (*e*) venturi ſeculi lætabimur videntes gloriam Dei.
13. Pater enim eſt venturi ſæculi.
14. Apoſtoli ad prædicationem gentium proficiſcuntur.
15. Populi Judæorum ne gloriemini dicentes: *ſemen Abrahæ ſumus.* Joan. Ev. VIII. 11. Ad Rom. III. 29.
16. Non amplius enim ſolum Judæorum eſt Deus, ſed etiam gentium.
17. Et auſcultate prædicationi gloriæ ejus.
18. Qui transfert a morte in vitam.
19. Et non paſſus eſt me uſque in finem cum peccato perire.
20. Quoniam vidiſti, quod obtemperamus (*f*) prædicationi tuæ: omnem (*g*) immunditiam, quæ erat in nobis, feciſti, ut nos deponeremus.
21. Induxiſti nos in cognitionem tuam.
22. Redarguiſti iniquitates noſtras, & humiliaſti nos.
23. Conſtituiſti nobis duces Sanctos tuos.
24. Per Baptiſmum tuum.
25. Et (*h*) duxiſti nos liberatos a peccatis noſtris in refrigerium.
26. Ingredimur in ſupernam Hieruſalem perfecte (*i*) emundati.
27. Implebo, quæ promiſi tibi in Baptiſmo.
28. Et in quæ conveni adhuc exiſtens in peccato.
29. Totum meipſum adducam tibi cum oratione (*k*), & operibus juſtitiæ progredientibus ante te.

30. Mem-

(*f*) & glorificantes hymnis &c.
(*a*) cinnabari ſcriptus cont-
(*b*) rependite.
(*c*) In multitudine &c.
(*d*) apponite &c.
(*e*) gaudio.
(*f*) obtemperabimus.

(*g*) *n.* 21. Omnem &c. *n.* 22. Duxiſti nos in conſtitutionem tuam. *n.* 23. Redarguiſti &c.
(*h*) *n.* 25. Et *deeſt.*
(*i*) toti emundati.
(*k*) *n.* 30. Cum orationibus & &c. ante me. *n.* 31. Membra &c. *n.* 32. *In Cod.* 33. peccata mea &c.

30. Offeram tibi boves cum hircis.
31. Venite, audite, & narrabo vobis, omnes qui timetis Deum,

* Cod. Pal.

* Diapsalma.

32. Quanta fecit animæ meæ.
33. Ad ipsum ore meo clamavi:
34. Et exaltavi sub lingua mea.
35. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiat me Dominus.
36. Propterea exaudivit me Deus:
37. Attendit voci deprecationis meæ.
38. Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, & * misericordiam suam a me.

* ℣. 39. Et misericordiam &c.

In finem, in hymnis, Psalmus cantici David.
Psalm. LXVI.

1. DEus misereatur nostri, & benedicat nobis:
2. Illuminet * vultum suum super nos,
3. Et misereatur nostri.

* ℣. 2. 3. *Vers. unus.*

4. Ut cognoscamus in terra viam tuam:
5. In omnibus gentibus salutare tuum.
6. Confiteantur tibi populi Deus:
7. Confiteantur tibi populi omnes.
8. Lætentur, & exultent gentes:
9. Quoniam judicabis populos in æquitate,
10. Et gentes in terra diriges.

* Diapsalma.

* Cod. Pal.

11. Confiteantur tibi populi Deus:
12. Confiteantur tibi populi omnes:
13. Terra dedit fructum suum.
14. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus *:
15. Et metuant eum omnes fines terræ.

* Deus abest a Cod.

In finem (1) cantici, Psalmus David.
Psalm. LXVII.

(1) *Psalmus cantici*

1. EXsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus:
2. Et fugiant qui oderunt eum a facie ejus.
3. Sicut deficit fumus, deficiant:
4. Sicut fluit cera a facie ignis,
5. Sic pereant peccatores a facie Dei.
6. Et * justi lætentur, & exultent in conspectu Dei,
7. Delectentur in lætitia.
8. Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus:
9. Iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi:

* ℣. 6. Et &c. lætentur. Diapsalma. ℣. 7. Exultent &c. ℣. 8. Delectentur &c.

10. Et exultate in conspectu ejus.
11. Turbentur a facie ejus:
12. Patris orphanorum, & judicis viduarum.
13. Deus in loco sancto suo:
14. Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo:

15. Qui

---

30. Membra mea, & animam meam dedicabo tibi.
31. Venite, audite quomodo salvavit me.
32. Non solum condonavit mihi peccata, sed etiam filium suum me fecit.
33. Solum invocavi eum.
34. Et confessus sum ipsum lingua mea.
35. Si sincero corde non credidi ipsi, non me exaudiat Dominus.
36. 37. (*l*) Quoniam ex tota anima mea accessi ad eum, propterea exaudivit me.
38. Non repulit orationem meam, sed suscepit eam donans mihi misericordiam suam.

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem, in hymnis:* * hoc est de plenitudine temporum Psalmus canitur.

* *Psalmus cantici David:*

1. Deus miseratione commovebitur erga nos, & veniet in terram.
2. 3. Facie ad faciem videbimur (*b*), & miserebitur nostri.

1. Corinth. XIII. 12.

4. 5. (*c*) Prædicationem Crucis tuæ.
6. Confitebuntur te populi Deum esse.
7. In gratia tua.
8. Quoniam se exhibuerunt in opera bona.
9. 10. Luce gratiæ.
11. Laudabunt te.
12. Glorificabunt te.
13. In die judicii credentes Domino afferent opera justitiæ.
14. Videlicet (*d*) *benedicti Patris mei.*
15. Ipsi enim soli, & nulli alteri demum servient.

Matth. XXV. 34.

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem, Psalmus cantici David:* hoc est de iis, qui in finem in Christum credituri sunt Psalmus canitur *manu forti*: David enim ita interpretatur, qui est Filius Dei.

1. Veniet Dominus (*b*), & conterentur Dæmones.
2. Ipsi Dæmones videntes eum clamabunt (*c*): * *quid nobis, & tibi Jesu Nazarene, venisti huc ante tempus perdere nos.*

* *fine* Matth. VIII. 29. Luc. IV. 33.

3. 4. Contrariæ potestates.
5. (*d*) In adventu ejus videntes eum consumentur.
6. Credentes in ipsum, & facientes voluntatem ejus, videntes (*e*) ipsum gaudebunt.
7. Spiritus Sancti.
8. Angelorum opus peragite super terram.
9. Præparate corda vestra ei, qui descendit e cælis.
10. Quoniam digni facti sunt videre adventum ejus.
11. Inimici potestates.
12. Animarum, quæ tanquam infantes, & sine adjutorio sunt.
13. Deus habitat non solum in cælo, sed etiam in terra.
14. Qui secundum Christum (*f*) vitam monasticam agunt.

15. Eos-

(*l*) *n.* 36. Quoniam &c. *n.* 37. 38. Non &c.
(*a*) cinnabari scriptus cont. . . *in hymnis Psalmus cantici*, hoc est &c. Psalmus loquitur.
(*b*) visus est nobis, & misertus est nostri.
(*c*) *n.* 4. Ut quisque discat fidem tuam. *n.* 5. Prædicationem &c. *n.* 6. Confitebuntur te populi omnes. *n.* 7. Confitebuntur tibi populi, quod Deus tu es. *n.* 8. In gratia tua. *n.* 9. Quoniam adduxisti eos in omne opus bonum. *n.* 10. Luca gratiæ tuæ.
(*d*) Dicet enim eis Dominus: *Venite benedicti Patris mei.*
(*a*) cinnabari scriptus cont. &c. de iis, qui in fine temporum credituri sunt &c. *David* enim interpretatur *manu fortis*, seu *manu potens*. Potentem autem manu vocat Filium Dei.
(*b*) Deus.
(*c*) clamabunt: *Quid &c. fine autem deest.*
(*d*) *n.* 4. 5.
(*e*) *n.* 7. Videntes &c. *n.* 8. Spiritus &c. *n.* 9. Angelorum &c. *n.* 10. Præparate &c. e cælis in terram. *n.* 11. Quoniam digni facti estis.
(*f*) Deum.

15. Qui educit vinctos in fortitudine,
16. Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris.
17. Deus cum egredereris in conspectu populi tui:
18. Cum pertransires in deserto, terra * mota est,
19. Etenim cæli distillaverunt a facie Dei Sinai.
20. A facie Dei Israel.
21. Pluviam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ:
22. Et infirmata est; tu vero perfecisti eam.
23. Animalia tua habitabunt in ea:
24. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.
25. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.
26. Rex virtutum dilecti:
27. Speciei domus dividere spolia.
28. Si dormiatis inter medios cleros:
29. Pennæ columbæ deargentatæ,
30. Et posteriora dorsi ejus in pallore auri.
31. Dum discernit cælestis reges super eam,
32. Nive dealbabuntur in Selmon.
33. Mons Dei, mons pinguis:
34. Mons coagulatus, mons pinguis.
35. Ut quid suspicamini montes coagulatos?
36. Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo:
37. Etenim Dominus habitabit in finem.
38. Currus Dei decem millibus multiplex:
39. Millia abundantium:
40. Dominus in eis in Sina in sancto.
41. Ascendisti in altum, cœpisti captivitatem;
42. Accepisti dona in hominibus:
43. Etenim non credentes inhabitare.
44. Dominus Deus benedictus, benedictus * Dominus die quotidie:
45. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.

* Diapsalma.

46. Deus noster, Deus salvos faciendi:
47. Et Domini, Domini exitus mortis.
48. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum,
49. Verticem capilli perambulantium in delictis suis.
50. Dixit Dominus; ex Basan convertam,
51. Convertam in profundum maris.
52. Ut intingatur pes tuus in sanguine:
53. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
54. Visi sunt ingressus tui Deus,
55. Ingressus Dei mei Regis, qui est in sancto.

56. Præ-

* ℣. 19. Terra &c. usq. ad distillaverunt. ℣. 20. A facie &c. Dei Israel.

* ℣. 45. Benedictus &c. prosperum iter faciet.

* *Cod. P.*

---

15. Eosdem Monachos e vinculis peccatorum redimens in fortitudine (*g*) contra peccatum.
16. Qui prius exacerbaverant eum peccatis (*h*), deinde pœnitentes, & habitantes in sepulcris, hoc est in Monasteriis, educit in fortitudine contra Diabolum.
17. Deus cum tu procederes ex sinu Patris, ut appareres in terra hominibus.
18. Cum tu iter faceres in mundo, Gentes (*i*) translatæ sunt ab idololatria in cognitionem tuam.
19. Etenim Apostoli tui sermonem tuum distillaverunt in eorum corda.
20. A Filio tuo.
21. Prædicationem gentibus.
22. Et gentes infirmatæ sunt, & Dominus cum sanavisset, perfecit eas in voluntatem suam.
23. Fideles in Ecclesia.
24. Populo humili corde supernam Hierusalem.
25. Apostolis.
26. Sanctus Spiritus Filii.
27. Electis populi dat Spiritus Sanctus diversa dona.
28. Si requieveritis in mandatis Dei.
29. Duo testamenta, quæ a Spiritu Sancto enunciata sunt, omnem habent puritatem.
30. Et cognitio divinæ Scripturæ veluti aurum effulget.
31. 32. (*k*) Cum miserit Dominus Apostolos in mundum, emundabuntur in auxilio ejus.
33. Virginem, & Deiparam significat,
34. Obsignatam videlicet Virginitate.
35. Populus Judæorum, qui corde coagulati sunt.
36. Ut non (*l*) existimetis Virginem corruptam.
37. Etenim Dominus in consummatione sæculi habitabit in ea.
38. Novum testamentum, & fides Dei.
39. Et multitudo fidelium.
40. Filius in Sanctis, qui sunt in mandato Patris sui.
41. Assumptus es in gloria accipiens captivos in servitutem redactos a Diabolo.
42. Dono accepisti homines.
43. Etenim fecisti ut qui tibi erant antea infideles, nunc permaneant in præceptis tuis (*m*).
44. Æternus & sine principio.
45. Et dirigat (*n*) cor nostrum in præcepta sua.
46. Jesus Dominus noster.
47. Primus enim ipse resurgens a morte fecit exitum iis, qui dormierunt.
48. Contrariarum potestatum.
49. Diabolum inventorem malitiæ in peccatum.
50. Dixit Dominus (*o*): eos, qui ex confusione sunt, convertam: *Basan* enim interpretatur *ignominia*, *seu confusio*, qualis est mundus.
51. Convertam eos ad Baptismum.
52. Ut postrema membra tua, hoc est gentes, baptizentur in Sanguine tuo.
53. Ipsarum gentium, & lingua tincta est in Sanguine tuo per mortem (*p*), quando converterunt se ex gentibus.
54. Justificationes tuæ cognitæ sunt.
55. Præcepta Filii, qui est in Patre.

56. Præ-

(*g*) fortitudine quidem eos &c.
(*h*) peccatis suis &c. habitantes autem &c.
(*i*) *n.* 19. Gentes &c. corda.
(*k*) *n.* 31. Cum &c. *n.* 32. Emundabuntur &c. *n.* 33. Virginem Deiparam &c. *n.* 34. Constrictam (*sed leg. vid.* Obsignatam) ejus Virginitatem significat.
(*l*) Quare exist-
(*m*) *deest* tuis.
(*n*) diriget.
(*o*) Dominus: ex confusione convertam &c.
(*p*) *In Textu Cod.* per mortem. *In marg. vero adnotatur: In aliis Codd.* immortali; *ex quo apparet, quod superius etiam monui, tunc fuisse sæc. 9. hanc interpretationem, seu commentarium, ut jam plura extarent exemplaria, quibus Scriptor nostri Codicis usus est.*

56. Prævenerunt principes conjuncti psallentibus,
57. In medio juvencularum tympanistriarum.
58. In Ecclesiis benedicite Deo,
59. Domino de fontibus Israel.
60. Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu:

* ℣. 61. 62. sub uno numero, sicuti & 66. & 67. item 81. & 82.

61. Principes * Juda duces eorum:
62. Principes Zabulon,
63. Principes Nephtali.
64. Manda Deus virtuti tuæ:
65. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
66. A templo tuo in Hierusalem,
67. Tibi offerent Reges munera.
68. Increpa feras arundinis:
69. Congregatio taurorum in vaccis populorum:
70. Ut excludantur ii, qui probati sunt argento.
71. Dissipa gentes quæ bella volunt:
72. Venient legati ex Ægypto:
73. Æthiopia præveniet manus ejus Deo.
74. Regna terræ cantate Deo, psallite Domino.
75. Qui ascendit super cælum cæli ad orientem.
76. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis,
77. Date gloriam Deo:
78. Super Israel magnificentia ejus:
79. Et virtus ejus in nubibus.
80. Mirabilis Deus in sanctis suis:
81. Deus Israel; ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ:
82. Benedictus Deus.

In finem, pro iis qui commutabuntur, Psalmus David. Psalm. LXVIII.

1. SAlvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.
2. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.
3. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.
4. Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ.
5. Defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.
6. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.
7. Confortati sunt inimici mei, qui persecuti sunt me, inimici mei injuste:
8. Quæ non rapui, tunc exsolvebam.
9. Deus tu scis insipientiam meam,
10. Et delicta mea a te non sunt abscondita.
11. Non erubescant in me qui exspectant te Domine, Domine virtutum:

12. Ne-

---

56. Præsides Monachorum venerunt obviam Domino secum habentes suos Discipulos.
57. In medio animarum, qui recenter (*q*) renunciaverunt mundo, & mortificaverunt membra sua.
58. In membris vestris benedicite Deo (*r*), quemadmodum scriptum est: *quia vos templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis*. — 1. Corinth. III. 16.
59. Domino (*s*) e cordibus vestris glorificate: *Israel* enim interpretatur, *mens videns Deum*.
60. Paulum significat.
61. Apostoli Dei laudabilis: *Judas* enim interpretatur, *Deus laudabilis*.
62. 63. Ipsi Apostoli, quoniam erant ex tribu Zabulon, & Nephtalim,
64. Gratiæ tuæ.
65. Fidem tuam.
66. 67. Ex anima, & corpore afferent tibi opera fideles justi in superna Hierusalem.
68. Dæmones, & Judæos.
69. Principes, & scribæ Judæorum.
70. Quando conjecerunt in carcerem ipsi (*t*) Judæi, & Pharisæi Apostolos, quemadmodum in Actis narratur: quia loquebantur verbum Dei. — Act. Ap. IV. 3.
71. Populos Judæorum volentes voluptates, & concupiscentias vitæ.
72. Venient Apostoli e carcere loquentes verbum in templo.
73. Judæi, qui crediderunt in illa die animarum quasi quinquemillia. — Act. Ap. II. 41. IV. 4.
74. Apostoli stantes in templo loquimini populo verba vitæ hujus.
75. Qui assumptus est super cælos.
76. Apostolis prædicationem ejus.
77. Unigenito Dei Filio.
78. Gratia sua super eos, qui mente eum vident.
79. Et Sanctus ejus Spiritus in Apostolis.
80. Glorificatur Deus in Sanctis suis.
81. 82. Deus eorum qui corde mundi sunt, ipse dabit Spiritum Sanctum eis, qui ipsi obediunt, nam glorificatus est in ipsis.

Titulus præpositus continet (*a*): *in finem, pro iis, qui commutabuntur, Psalmus David*. Hoc igitur significat, in fine sæculorum pro gentibus, quæ translatæ sunt a peccato in Dominum, & pro Judæis, qui a mandatis Dei se transtulerunt in peccatum. *Psalmus* (*b*) *David*: videlicet Psalmus *manu forti*, hoc est Dei Filio.

1. Veni Deus in adjutorium meum, quoniam cupiditates mundi detinent me.
2. In servitutem redactus sum a peccato, & nequeo abstinere.
3. Veni in voluptates, & concupiscentias mundi, & peccatum dominatum est in me.
4. Demum (*c*) in desperationem veni, eo quod oratio mea non exaudiretur.
5. Dum flerem, & expectarem misericordiam Dei mei.
6. Multi sunt Dæmones, qui mihi adversantur.
7. De ipsis adversariis potestatibus loquitur.
8. Quæ oderam, hæc faciebam.
9. Deus tu nosti peccatum meum.
10. Et iniquitates meæ manifestæ sunt (*d*).
11. Ne timeant Sancti tui propter peccata mea pro me intercedere.

12. Et

(*q*) recenter *deest*.
(*r*) Dominum.
(*s*) Dominus &c. glorificatur. *sed altera lectio præferenda*.
(*t*) ipsi Pharisæi &c. verbum populo.

(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) *Psalmus* autem *David &c.*
(*c*) Demum *abest a Cod.*
(*d*) tibi sunt.

12. Neque confundantur super me, qui quærunt te Deus Israel.
13. Quoniam propter te sustinui opprobrium:
14. Operuit confusio faciem meam.
15. Extraneus factus sum fratribus meis:
16. Et peregrinus filiis matris meæ.
17. Quoniam zelus domus tuæ comedit me:
18. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.
19. Et operui in jejunio animam meam:
20. Et factum est * in opprobria mihi.

* factus sum

21. Et posui vestimentum meum cilicium:
22. Et factus sum illis in parabolam.
23. Adversum me loquebantur qui sedebant in portis:
24. Et in me psallebant qui bibebant vinum.
25. Ego vero * oratione mea ad te Domine:
26. Tempus * beneplaciti.
27. Deus in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me.
28. In veritate salutis tuæ.
29. Eripe me de luto, ut non infigar:
30. Liberatus sum ab iis, qui oderunt me, & de profundis aquarum.
31. Non me demergat tempestas aquæ:
32. Neque absorbeat me profundum:
33. Neque urgeat super me puteus os suum.
34. Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua:

* *In marg. Cod.* Et ego.
* ℣. 26. Tempus beneplaciti Deus. ℣. 27. In multitudine &c.

35. Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.
36. Ne avertas faciem tuam a puero tuo:
37. Quoniam tribulor, velociter exaudi me.
38. Intende animæ meæ, & libera eam:
39. Propter inimicos meos eripe me.
40. Tu enim scis improperium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam:
41. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me.
42. Improperium expectavit anima mea, * & miseriam.

* *In marg. Cod.* cor meum.

43. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit:
44. Et qui consolaretur, & non inveni.
45. Et dederunt in escam meam fel:
46. Et in siti mea potaverunt me aceto.
47. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum,
48. Et in retributionem, & in scandalum.
49. Obscurentur oculi eorum, ne videant:
50. Et dorsum eorum semper incurva.
51. Effunde super eos iram tuam:
52. Et furor iræ tuæ comprehendat eos.
53. Fiat habitatio eorum deserta:
54. Et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet.
55. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt:
56. Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Tom. III. P 57. Ap-

---

12. Et deprecatio Sanctorum tuorum, quam pro me fundunt, infirma non fiat.
13. Quoniam propter spem, quam habeo in te, despicio tribulationes.
14. Infamia peccati mei.
15. Baptizatis.
16. Ablutis in lavacro.
17. Qui (e) mihi est contra peccatum.
18. Ratiocinationes Dæmonum.
19. Et abstinui ab omni malo.
20. Propter (f) sermones, quibus exprobraverunt mihi Dæmones.
21. Fletum significat.
22. In derisum.
23. Contrariæ potestates contra me consultabant.
24. Et in me aspexerunt gaudentes in malis.
25. Ego autem oro ad te Domine.
26. Ecce (g) tempus acceptabile deprecationis meæ.
27. Ecce nunc dies salutis meæ propter multitudinem misericordiæ tuæ.
28. In certa salute, quæ mihi a te (h) est.
29. Reduc me a peccato, ne permaneam.
30. Liberatus sum ab immundis spiritibus, & ab eorum cupiditatibus.
31. 32. (i) Non amplius in me dominetur concupiscentia Dæmonum.
33. Neque concludat me in se ipso Diabolus.
34. Utilis (k) est.
35. Quantum es misericors adjuva me.
36. Ne irasceris Domine servo tuo.
37. Quoniam tribulor propter peccatum meum, velociter exaudi me.
38. Provide animæ meæ.
39. Et si ego dignus non sim, ut te exorem; veruntamen quoniam odisti contrarias potestates (l).
40. Tu enim scis opprobrium meum, quod ab eis mihi est, & confusionem, quam habeo, & pudorem.
41. Contrariæ potestates sunt, quæ tribulant me.
42. Apud omnes probrosus, & abominabilis factus sum.
43. Demum Dominus dicit, quoniam expectavi videre aliquem condolentem peccatori, & nemo omnino fuit.
54. Admonentes (m) quæsivi veniens in terram, & non inveni.
45. In Cruce.
46. Similiter (n) in Cruce.
47. Cor eorum sit præparatum Diabolo, & Angelis ejus.
48. Et in præsenti sæculo (*retributionem*) accipiant, & in futuro condemnentur, quia scandalo sunt.
49. Oculi mentis eorum.
50. Et non resipiscant a peccatis eorum, sed in ipsis moriantur.
51. Igne comburi fac eos (o) e cælo.
52. Et nemo eorum salvetur.
53. Mentem (p) eorum significat.
54. Sine auxilio sint.
55. Quoniam, quem tu misisti in mundum, ipsi occiderunt.
56. Lancea transfixerunt (q).

57. Quem-

(e) Ministri peccati.
(f) Et nunc.
(g) Ecce nunc.
(h) apud te est.
(i) *v.* 31. Non &c. *v.* 32. Diabolus. *v.* 33. Neque *usque* seipso.
(k) Quoniam utilis est misericordia tua.
(l) potestates, libera me.
(m) Et admonentes.
(n) similiter rursus &c.
(o) eos *deest*.
(p) Mens eorum, inquit.
(q) transfixerunt me.

57. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum:
58. Et non intrent in juſtitiam tuam.
59. Deleantur de libro viventium:
60. Et cum juſtis non ſcribaotur.
61. Pauper & dolens ſum ego:
62. Salus tua Deus ſuſcepit me,
* Dei mei 63. Laudabo nomen Dei * cum cantico:
64. Magnificabo eum in laude.
65. Et placebit Deo ſuper vitulum novellum,
* ℣. 66. Cornua &c. ℣. 67. Videant &c. ℣. 68. Quærite &c. veſtra. cornua * producentem & ungulas.
66. Videant pauperes & lætentur,
67. Quærite Deum,
68. Et vivet aoima veſtra.
69. Quoniam exaudivit pauperes Dominus:
70. Et vinctos ſuos non deſpexit.
71. Laudent illum cæli & terra,
72. Mare & omnia reptilia in eo:
73. Quoniam Deus ſalvam faciet Sion;
74. Et ædificabuntur civitates Juda:
75. Et inhabitabunt ibi,& hæreditate acquirent eam.
76. Et ſemen ſervorum tuorum poſſidebit eam:
77. Et qui diligunt nomen tuum habitabunt in ea.

In finem, David, in rememorationem quod ſalvum me fecerit Dominus. Pſalm. LXIX.

1. DEus in adjutorium meum intende:
2. Domine ad adjuvandum me feſtina.
3. Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam meam.
4. Avertantur retrorſum, & erubeſcant, qui volunt mihi mala,
5. Avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, euge, euge.
6. Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te Deus *. * Domine. *At in marg. Cod.* Deus. *charact. divers.*
7. Et dicaot ſemper, magnificetur Dominus *,
8. Qui diligunt ſalutare tuum.
9. Ego vero egenus ſum, & pauper, Deus adjuva me. * Deus.
10. Adjutor meus, & liberator * meus es tu, Domine ne moreris. * protector.

Pſalmus David filiorum Jonadab, & priorum captivorum: ſine titulo apud Hebræos. Pſalm. LXX.

1. IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum.

2. In

---

57. Quemadmodum ipſi contenti non fuerunt me crucifixiſſe, ſed aliam etiam plagam mihi intulerunt.
58. In Regnum tuum.
59. E cælis.
60. In cælis.
61. Mendicavit in ſervitutem redactum genus noſtrum.
62. Et ſepultura & reſurrectio tua Deus ſuſcepit me.
63. Hymnis celebrabo eum in exultatione.
64. Glorificabo eum in laude.
65. Super populum Judæorum petulcum (r), & laſcivientem in peccatis.
66. Pauperes corde,
67. Hoc eſt Gentes.
68. In ſæculum ſæculi.
69. Sanctos (ſ).
70. Confugientes ad eum a peccatis.
71. Cæleſtes, & terreni.
72. Mundus, & qui in eo verſantur.
73. Animam ſitientem eum. *Sion* enim interpretatur *ſitiens*.
74. Et ædificabuntur corda confitentia Deo. *Judæa* enim interpretatur *confitens Deo*.
75. Supernam Hieruſalem.
76. Et opera Sanctorum tuorum obtinebunt eam.
77. Et (t) ipſi Sancti habitabunt in ea.

Titulus præpoſitus continet (a): *In finem, David in rememorationem, quod ſalvum me fecerit Dominus*. Hoc igitur eſt, in fine contemptus, aut (b) cum venerit in rememorationem, quod ſalvum eum fecerit Dominus dicit Pſalmum. *David* enim interpretatur *contemptus*, qualis eſt juſtus, qui invenitur contemptus ab iis, qui in mundo ſunt, aut qualis eſt peccator opprobrioſus,

1. Complaceat tibi Deus mihi opem ferre.
2. Domine ad (c) ferendum pro me auxilium adveni.
3. Voluntatem (d) ſuam nulla in re exequantur.
4. Nihil (e) perficientes ſtatim erubeſcant dicentes mihi, euge, euge.
5. Re infecta ſtatim recedent, qui dicunt mihi: utique utique videamus ejus interitum.
6. Se ad te convertentes.
7. Glorificetur Deus.
8. Diligeotes voluntatem tuam.
9. Pauper ſum juſtitia.
10. Adjutor & liberator meus es tu ex inimicis meis, Domine ne cuncteris.

Titulus præpoſitus cootinet (a): *Pſalmus David filiorum Jonadab, & priorum captivorum: ſine titulo apud Hebræos*. Hoc autem ſignificat *Pſalmus David* (b) *manu forti*: hoc eſt Domino. Deinde: *filiorum Jonadab*, videlicet filiorum beneplaciti Dei, quemadmodum Sancti ſunt. *Jonadab* enim interpretatur *Dei ſpontaneus*. Et deinde: *priorum captivorum*, hoc eſt (c) eorum, qui prius ſubjacebant peccato, & deinde converſi ſunt.

1. In te ſperavi Domine, quod cuſtodiar, & (d) nulla in re inveniar offendens coram te.

2. In

(r) *n. 66.* Petulcum &c. *n. 67.* Pauperes &c. Gentes.
(ſ) Sanctos ſignificat.
(t) Et *deeſt*.
(a) cinnabari ſcriptus cont-
(b) *in fine contemptus* deinde cum venerit *in rememorationem* &c.
(c) ad pugnandum pro me adveni.
(d) Non faciam ulla in re voluntatem eorum.
(e) *n. 4.* Nihil perficientes in me, ita abſcedent. *n. 5.* Inconſolabiles ſtatim &c.
(a) cinnabari ſcriptus cont-
(b) *Pſalmus David filiorum Jonadab* &c.
(c) eorum, inquam, qui &c.
(d) & *deeſt*.

2. In justitia tua libera me, & eripe me:
3. Inclina ad me aurem tuam, & salva me.
4. Esto mihi in Deum protectorem,
5. Et in locum munitum, ut salvum me facias:
6. Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.
7. Deus meus eripe me de manu peccatoris:
8. De manu contra legem agentis, & iniqui.
9. Quoniam tu es patientia mea Domine:
10. Domine spes mea a juventute mea.
11. In te confirmatus sum ex utero:
12. De ventre matris meæ tu meus es protector:
13. In te cantatio mea semper.
14. Tanquam prodigium factus sum multis:
15. Et tu adjutor fortis.
16. Repleatur os meum laude,
17. Ut cantem gloriam tuam:
18. Tota die magnitudinem tuam.
19. Ne projicias me in tempore senectutis:
20. Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
21. Quia dixerunt inimici mei mihi:
22. Et qui custodiebant animam meam,
23. Consilium fecerunt in unum,
24. Dicentes: Deus dereliquit eum:
25. Persequimini, & comprehendite eum:
26. Quia non est qui eripiat.
27. Deus meus ne elongeris a me:
28. Deus meus in auxilium meum respice.
29. Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ.
30. Operiantur confusione, & pudore, qui quærunt mala mihi.
31. Ego autem semper sperabo in te:
32. Et adjiciam super omnem laudem tuam.
33. Os meum annunciabit justitiam tuam,
34. Tota die salutare tuum.
35. Quoniam non cognovi litteraturas,
36. Introibo in potentia Domini:
37. Domine memorabor justitiæ tuæ solius.
38. Deus meus quæ docuisti me a juventute mea:
39. Et usque nunc pronunciabo mirabilia tua.
40. Et usque in senectam & senium: Deus meus ne derelinquas me:
41. Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est.
42. Potentiam * tuam, & justitiam tuam,
43. Deus, usque in altissima, quæ fecisti mihi magnalia.
44. Deus quis similis tibi?
45. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas:
46. Et conversus vivificasti me:
47. Et de abyssis terræ reduxisti * me.
48. Multiplicasti super me magnificentiam tuam:

49. Et

* ℣. 42. Potentiam tuam &c. altissima. ℣. 43. Quæ &c. usque similis tibi?

* iterum reduxisti me. pro iterum positum fuit

---

2. In Filio tuo libera me, & eripe me a peccatis meis.
3. Exaudi (e) me, & salva me.
4. Esto (f) mihi in Deum protectorem.
5. In supernam Hierusalem.
6. Quoniam auxilium (g) meum, & refugium meum es tu.
7. Diaboli (h), inquit.
8. Ejusdem.
9. Quoniam tu es consolatio mea Domine.
10. Tu es spes mea ex quo ingenitus sum (i).
11. A Baptismo.
12. Ex lavacro.
13. Expectatio mea.
14. Tanquam ludibrium (k) Dæmonibus.
15. Et tu adjutor meus validus.
16. Gratia tua.
17. Pulchritudinem (l) potentiæ tuæ.
18. Dormiens, & surgens, & ambulans laudabo magnitudinem incomprehensibilem decoris tui.
19. Ne abjicias me cum prope est, ut dispeream.
20. Ne dimittas me, cum anima mea infirmatur.
21. Quoniam mihi minantur Dæmones.
22. Et qui expectant laqueis me irretire.
23. Fœdus inierunt contra me,
24. Dicentes: Deus dimisit eum.
25. Tenete eum, & dominamini in ipsum.
26. Quoniam nemo potest illum a nobis liberare.
27. Deus meus ne dimittas me.
28. Inspector meus complaceat tibi, ut provisor meus sis.
29. Infirmi fiant, qui insidiantur animæ meæ.
30. Infecta (m) eorum voluntate.
31. Incessanter.
32. Totum cor meum tradam (n) ad te glorificandum.
33. Meditabitur eloquia tua.
34. Indesinenter præcepta tua.
35. * Distentiones (o), aut mundi sapientiam.
36. Gloriabor in præceptis tuis.
37. Præcepta tua.
38. Sacras literas, quas me docuisti a juventute (p) mea.
39. Et usque nunc eas meditabor.
40. Et usque ad extremum meum spiritum in ipsis custodi me.
41. Donec narrem in superna Hierusalem Sanctis tuis auxilium tuum, quo mihi subvenisti.
42. Et fortitudinem tuam magnam, & veram (q) usque in Sanctos tuos.
43. Misericordiam (r), quam ostendisti.
44. 45. Constituisti mentem meam, ut cognoscerem peccata, quæ feci.
46. Et fecisti me gratia tua pœnitere, & vivificari in Baptismo.
47. E peccatis meis.
48. Et rursus cum peccassem, non neglexisti me.

49. Sed

* *Eccles.* c. 13. *juxt. vers.* lxx. *Hieron. in com. ad d. loc.*

(e) Adhuc audiens salva me.
(f) Erie.
(g) auxilium, & refugium meum &c.
(h) E manu Diaboli. *Deest* inquit.
(i) renovatus sum.
(k) ludibrium factus sum.
(l) Divinitatem.

(m) Qui non sunt ejusdem voluntatis.
(n) da.
(o) Quoniam non novi sapientiam &c.
(p) ab infantia.
(q) & veritatem, quam usque in.
(r) Quæ in me ostendisti viscera.

olim a manu recenti, sed iterum legebatur, ut in ỽ. 50.

49. Et conversus consolatus es me.
50. Et de abyssis terræ iterum reduxisti me.
51. Nam & ego confitebor tibi in * populis Domine.

* in populis Domine desunt.

52. Io vasis psalmi veritatem tuam Deus:
53. Psallam tibi In cithara, sanctus Israel.
54. Exultabunt labia mea, cum cantavero * tibi:

* cantabo tibi.

55. Et anima mea, quam redemisti.
56. Sed & lingua mea tota * die meditabitur justitiam tuam:

* tota die desunt; at in marg. Cod. legitur divers. charact. tantum tota

57. Cum confusi, & reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

In finem, Psalmus David in Salomonem. Psalm. LXXI.

1. DEus judicium tuum Regi da:
2. Et justitiam tuam filio Regis.
3. Judicare populum tuum in justitia:
4. Et pauperes tuos in judicio.
5. Suscipiant montes pacem populo:
6. Et colles justitiam.
7. Judicabit pauperes populi:
8. Et salvos faciet filios pauperum:
9. Et humiliabit calumniatorem.
10. Et permanebit cum sole,
11. Et ante lunam in generatione & * generationes. * & deest.
12. Descendet sicut pluvia io vellus:
13. Et sicut gutta stillans * super terram. * guttæ stillantes.
14. Orietur in diebus ejus justitia,
15. Et abundantia pacis, donec auferatur luna.
16. Et dominabitur a mari usque ad mare,
17. Et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum.
18. Coram illo procident * Æthiopes: * cadent
19. Et inimici ejus terram lingent.
20. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent:
21. Reges Arabum, & Saba dooa adducent.
22. Et adorabunt eum omnes reges terræ:
23. Omnes geotes servient ei.
24. Quia liberabit pauperem a potente,
25. Et pauperem, cui non erat adjutor.
26. Parcet pauperi & inopi:
27. Et animas pauperum salvas faciet.
28. Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorum:
29. Et honorabile nomen ejus coram illis.
30. Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ:

31. Et

---

49. Sed coovertens me a peccato sanctis scripturis me admonuisti.
50. Et rursus secundo per pœnitentiam eripuisti me ab iniquitatibus meis.
51. Narrabo omnibus, quomodo misertus es mei.
52. In lingua mea, & in labiis meis (*f*).
53. Mortificando (*t*) corpus meum per continentiam ita laudabo te.
54. Labia cordis mei.
55. Ex inimicis suis.
56. In lege tua quæret (*u*), quodcumque placitum io ea tibi est.
57. Dæmones.

Titulus præpositus continet (*a*): *in finem*: *Psalmus David in Salomonem*. Hoc igitur significat: in ultimis diebus in summe pacificum est Psalmus: Dico autem in Dominum Jesum. *Salomon* enim interpretatur *pacificus*.

1. Filio tuo.
2. Sanctis tuis.
3. Facere, ut populus tuus in justitia tua ambulet,
4. Et pauperes spiritu in veritate.
5. Prophetæ prædicabunt Domini adventum.
6. Et Apostoli ipsum Dominum annunciabunt.
7. Adducet pauperes spiritu.
8. Et salvos faciet Apostolorum Discipulos.
9. Diabolum.
10. (*b*) Et permanebit cum Sanctis.
11. Et ante mundum elegit eos.
12. Descendet e cælis emundans omnem iniquitatem.
13. Dona sua in Apostolis.
14. Sancti.
15. Pax (*c*) multa erit in eis usque ad consummationem sæculi.
16. A principio mundi usque ad finem (*d*).
17. Et (*e*) a gentibus usque ad reliquos omnes populos.
18. Procident coram eo denigrati a peccatis (*f*).
19. Dæmones.
20. Apostoli, & populus fidelium adducent animas suas. Dicemus autem & aliam interpretationem. *Tharsis* interpretatur *inspectio gaudii*, quod convenit Apostolis, eo quod (*g*) visitarent ejus populum. *Insulæ* vero *Ecclesiæ* dictæ sunt, quia omnes in ipsis salvantur.
21. Item similiter Apostoli, & se convertentes adducent se ipsos in donum Domino. Dicamus autem & aliam interpretationem. *Saba* interpretatur *conversio*: *Arabes* autem *gens Judæorum*, quoniam in monte Sina legem acceperunt; Sina autem mons in Arabia est. Ideo igitur (*h*) Judæorum populum *Saba* & *Arabes* vocavit.
22. Regnantes contra peccatum.
23. Redimentur (*i*) ab ipso.
24. Pauperes (*k*) a Diabolo.
25. Fidelem veterem (*l*).
26. Sanctis.
27. Eorum qui ad ejus misericordiam confugiunt.
28. Ex præcedentibus eorum peccatis.
29. Glorificatum est (*m*) nomen ejus in ipsis.
30. Apostoli dabunt ei ex gente Judæorum.

31. In-

(*f*) meis *deest*.
(*t*) Mortificans &c. ex *pro* per.
(*u*) inquiram, quid placitum sit tibi.
(*a*) cinnabari scriptus continet: In Salomonem. Hoc igitur &c.
(*b*) ỽ. 10. *deest*.
(*c*) Et pax &c.
(*d*) ad principium.
(*e*) & *deest*.
(*f*) a peccato.
(*g*) quod ipsi visitarent populum.
(*h*) igitur Apostolos, qui ex Judæis erant, Arabes vocavit.
(*i*) Redimentur enim &c.
(*k*) Fideles.
(*l*) Fidelem populum.
(*m*) est *non legitur*.

31. Et adorabunt de ipso semper.
32. Tota dia benedicent ei.
33. Et erit firmamentum in terra in summis montium.
34. Superextolletur super Libanum fructus ejus:
35. Et florebunt de civitate sicut fœnum terræ.
36. Erit nomen ejus benedictum in sæcula:
37. Ante solem permanet nomen ejus.
38. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ:
39. Omnes gentes beatificabunt eum.
40. Benedictus Dominus Deus Israel:
41. Qui facit mirabilia solus.
42. Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum, & in sæculum sæculi.
43. * Et replebitur majestate ejus omnis terra: * ℣. 43. 44. sub unico num.
44. Fiat, fiat.

Defecerunt laudes David filii Jesse. Psalmus Asaph. Psalm. LXXII.

1. QUam bonus Deus Israel his, qui recto sunt corde.
2. Mei autem pene moti sunt pedes:
3. Pene effusi sunt gressus mei.
4. Quia zelavi super iniquos, pacem * peccatorum videns. * ℣. 5. Pacem &c. ℣. 6. Et firmamentum &c. ℣. 7. In labore &c.
5. Quia non est respectus in morte eorum:
6. Et firmamentum in plaga eorum.
7. In laboribus hominum non sunt:
8. Et cum hominibus non flagellabuntur.
9. Ideo tenuit eos superbia eorum * in finem. * eorum in finem desunt.
10. Operti sunt iniquitate & impietate sua.
11. Prodibit quasi ex adipe iniquitas eorum:
12. Transierunt in affectum cordis.
13. Cogitaverunt, & locuti sunt in nequitia:
14. Iniquitatem in excelso locuti sunt.
15. Posuerunt in cælum os suum:
16. Et lingua eorum transivit in terra.
17. Ideo convertetur populus meus hic:
18. Et dies pleni invenientur in eis.
19. Et dixerunt: quomodo scivit Deus?
20. Et si est scientia in excelso?
21. Ecce ipsi peccatores, & abundantes:
22. In sæculo obtinuerunt divitias.
23. Et dixi: ergo sine causa justificavi cor meum:
24. Et lavi inter innocentes manus meas.
25. Et fui flagellatus tota die:

---

31. Incessanter de eo prædicabunt.
32. Indesinenter ipsum glorificabunt.
33. Erit confirmatio Propheticorum (*n*) sermonum prædicatio Apostolorum.
34. Populus fidelis super populum Judæorum.
35. Et (*o*) affulgebunt in superna Hierusalem.
36. In infinita sæcula.
37. Sine principio, & incomprehensibiliter.
38. In nomine ejus credentes (*p*) in ipsum sanctificabuntur.
39. Fideles glorificabunt eum.
40. Sanctificatus secundum naturam erit Deus Sanctorum.
41. Miraculorum patrator, & antea, & post adventum suum.
42. Et sanctificatum nomen excellentiæ ejus in præsenti sæculo, in sæculo judicii, & in sæculum interminabile.
43. 44. Et implebitur omnis terra fide ejus, amen, amen.

Titulus præpositus continet (*a*): *Defecerunt laudes David filii Jesse: Psalmus Asaph*. Hoc igitur significat: defecerunt (*b*) penitus laudes populi Judæorum. *David* enim interpretatur hoc loco *contemptio*, quod convenit Judæis: hae enim de re & Psalmus eos (*c*) accusat, ut prorsus a Deo declinantes. Deinde: *Filii Jesse*: *Jesse* (*d*) autem interpretatur *immutatio*. Conversi enim sunt a Deo in Idololatriam. Apertius autem id significat dicens: *Psalmus Asaph*, hoc est *Synagogæ*, ita enim interpretatur *Asaph*.

1. Bonus est Deus iis, qui mente eum vident.
2. Ego autem pene declinavi & cecidi (*e*).
3. Pene consensi (*f*) peccato.
4. Quoniam videbam peccatores hic in deliciis esse, pene (*g*) quæsivi talem fieri.
5. Quoniam non pœnitet eos de peccatis suis.
6. Et manent in peccato (*h*).
7. Non considerant seipsos veluti reliquos homines.
8. Neque quod cum aliis hominibus judicandi sunt.
9. Propterea eos non pœnituit propter elationem cordis eorum.
10. Constringuntur peccatis, & iniquitatibus suis.
11. In die judicii grave ostendetur eorum peccatum.
12. Secuti sunt.
13. Consideraverunt, & locuti sunt improba contra Deum.
14. Verba blasphema locuti sunt contra Dominum (*i*).
15. Murmurantes contra Deum.
16. Et doctrina eorum obtinuit super terram.
17. Propterea populus (*k*) meus congregabitur in regno meo.
18. Et nullum opus tenebrosum in ipsis, sed (*l*) omnia lux erunt.
19. Et dixerunt impii, unde scivit Deus (*m*) aliquid de me?
20. Et si ulla est cura de his Deo?
21. In mundo prospere agentes (*n*).
22. In (*o*) hoc sæculo.
23. Et apud me ipsum cogitavi; ergo frustra abstinui cor meum a mundi divitiis.
24. Et emundavi mentem meam ab ipsis.
25. Et plaga statim venit super me, solum quia hoc dixi.

(*n*) sermonum Prophetarum.
(*o*) Et *deest*.
(*p*) qui crediderunt.
(*a*) cinnabari scriptus continet.
(*b*) defecerunt omnes laudes &c.
(*c*) eos accusat quam sæpius, ut a Deo &c.
(*d*) Illud autem *Jesse* &c.
(*e*) & cecidi *deest*.
(*f*) concidi in peccatum.
(*g*) quæsivi in hac inferiori Mundi parte pene talis fieri.
(*h*) peccato eorum.
(*i*) Deum.
(*k*) populum meum congregabo.
(*l*) sed omnia luce plena.
(*m*) Deus, quid faciamus?
(*n*) prospere agunt, *seu abundant*.
(*o*) In æternum, quas nunc habent obtinuerunt divitias.

26. Et castigatio mea in matutinis.
27. Si dicebam, narrabo sic:
28. Ecce nationem filiorum tuorum reprobavi *.
* cui constituisti.
29. Et existimabam ut cognoscerem:
30. Hoc labor est ante me.
31. Donec intrem in sanctuarium Dei:
32. Et intelligam in novissimis eorum.
33. Veruntamen propter dolos eorum posuisti eis mala:
34. Dejecisti eos dum allevarentur.
35. Quomodo * facti suot in desolationem:
36. Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.
* ℣. 35. Quomodo &c. subito. ℣. 36. Defecerunt &c.
37. Velut somnium surgentis,
38. Domine in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
39. Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt.
40. Et ego ad nihilum redactus sum, & nescivi:
41. Jumentum factus sum apud te.
42. Et ego semper tecum:
43. Tenuisti manum dexteram meam:
44. Et in consilio tuo deduxisti me:
45. Et cum gloria suscepisti me.
46. Quid enim mihi est io cælo?
47. Et a te quid volui super terram?
48. Defecit caro mea & cor meum, Deus * cordis mei:
* ℣ 49. Deus &c. in æternum.
49. Et pars mea Deus in æternum.
50. Quia ecce qui elongant se a te, peribunt:
51. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.
52. Mihi autem adhærere Deo, bonum est:
53. Ponere in Domino Deo spem meam.
54. Ut * annunciem omnes laudes tuas,
* ℣. 54. 55. *sub unico num.*
55. In portis filiæ Sion.

Intellectus Asaph. Psalm. LXXIII.

1. UT quid Deus repulisti in finem?
2. Iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?
3. Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio:
4. Redemisti virgam hæreditatis tuæ:
5. Mons Sioo, in quo habitasti in eo.
6. Leva manus tuas in superbias eorum in finem:
7. Quanta malignatus est inimicus in * sancto tuo?
* in sanctis tuis. *At in marg.* in sancto tuo *eod. charact.*
8. Et gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ.
9. Posuerunt signa sua signa, & non cognoverunt,

10. Sic-

---

26. Et evigilans, cor me damnavit.
27. 28. Et (*p*) dicebam Deo, narrabo generationi filiorum tuorum, cui præcepta dedisti, quod si ita cogitavi, & æmulatus sum peccatorum divitias, etiam flagellatus sum a Deo.
29. 30. Consideravi (*q*) & cognovi, quod tribulatio constitit in mundo adversus me.
31. Donec revertar ad Deum meum.
32. Et tunc videbo, quæ erunt (*r*) omnia novissima peccatorum.
33. Veruntamen (*s*) propter peccata eorum præparasti eis supplicia æterna.
34. Dispersisti eos a te propter superbiam cordis eorum.
35. Quomodo exterminati sunt.
36. Mortui sunt, & perierunt propter injustas eorum divitias.
37. Quemadmodum dormiens amat (*t*) sæpe se ipsum in divitiis esse, expergefactus autem nihil invenit, ita contigit etiam his circa divitias suas.
38. Domine io superna Hierusalem abjicies eos a facic tua.
39. Quoniam tribulatus sum io mundo, & omoino consumptus.
40. Et contemptus sui ab ipsis, & neglexi.
41. Et veluti jumentum fui apud te omni (*v*) voluntati tuæ deditus.
42. Et Dominus dicit ad eum, & ego propterea fui semper tecum.
43. 44. Et veluti jumentum, quocunque deduxit (*u*) me manus tua, & voluntas tua, procedebam.
45. Et nunc in regno tuo cum gloria suscepisti me.
46. Quid enim mihi est aliud in cælo, nisi ut per gratiam tuam a te glorificer?
47. Et adhuc vivens in terra hoc volui a te.
48. Nullam voluntatem cordis mei, & carnis meæ effeci.
49. Sed omni (*x*) io re, & io omnibus Deus meus est.
50. 51. (*y*) Sejungentes seipsos a te peribunt.
52. Mihi autem non separari a Deo in votis est.
53. Omnem curam tuam (*z*) jacta super eum.
54. Ut enarrem beneficientias tuas.
55. Indesinenter te laudans in superna Hierusalem. *Psalm.* liv. 23.

Titulus præpositus continet (*a*) : *Intellectus Asaph*. Hoc igitur significat: de venientibus in intellectum ex populo Judæorum, & se convertentibus ad Dominum. *Asaph* enim interpretatur *Synagoga*.

1. Gentem Judæorum.
2. Minatus es iratus eo quod ipsi epularentur supra montes, & sub arbores idololatrantes.
3. Memor esto, quod ab initio propter misericordiam tuam possedisti eos, ut salvares ex Ægypto.
4. Sanctos tuos.
5. In choro Sanctorum.
6. Contra Dæmones.
7. Diabolus contra populum fidelem.
8. Judæi qui te crucifixerunt.
9. Cognoverunt voces Prophetarum veras esse, & fallo eas interpretati sunt.

10. Au-

(*p*) Et si dicebam &c. quod ita cogito, & vehementer desidero peccatorum divitias, flagellatus sum a Deo.
(*q*) Et consideravi &c. tribulatio nunc est in mundo ei, qui secundum Deum vivit.
(*r*) erunt novissima omnium &c.
(*s*) Similiter &c. præparavi &c. *sed melior alt. lectio*.
(*t*) videt sæpe &c. ita & his nihilum factæ sunt divitiæ suæ.
(*v*) in voluntate tua reponebam omnia.
(*u*) deducet.
(*x*) Sed omnia in omnibus &c.
(*y*) *n.* 50. Quia ecce sejungentes &c. *n.* 51. De idolis loquitur.
(*z*) meam.
(*a*) cinnabari scriptus cont-

10. Sicut in exitu ſuper ſummum.
11. Quaſi in ſilva lignorum, ſecuribus exciderunt januas * ejus:

* radices. *In marg. vero cod. charact.* januas.

12. In idipſum in ſecuri, & aſcia dejecerunt eam.
13. Incenderunt in igne ſanctuarium * tuum:

* Sanctuarium Dei.

14. In terra polluerunt tabernaculum nominis tui.
15. Dixerunt in corde ſuo cognationes * eorum ſimul:

* *In marg. Cod.* cognatiu.

16. Venite & quieſcere faciamus nmnes dies feſtos Dei a terra.
17. Signa noſtra non vidimus:
18. Non eſt amplius propheta, & nos non cognoſcet amplius.
19. Uſquequo Deus improperabit inimicus?
20. Irritabit adverſarius nomen tuum in finem?
21. Ut quid avertis manum tuam?
22. Et dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem?
23. Deus autem rex noſter ante ſæcula,
24. Operatus eſt ſalutem in medio terræ.
25. Tu confirmaſti in virtute tua mare:
26. Tu contriviſti * capita draconum in aqua.

* confregiſti.

27. Tu confregiſti * caput draconis:

* contriviſti.

28. Dediſti eum eſcam populis Æthiopum.
29. Tu dirupiſti fontes & torrentes:
30. Tu ſiccaſti fluvios Etham.
31. Tuus eſt dies, & tua eſt nox:
32. Tu fabricatus es auroram & ſolem.
33. Tu feciſti omnes terminos terræ:
34. Æſtatem & ver tu plaſmaſti ea,
35. Memor eſto hujus.
36. Inimicus improperavit Domino:
37. Et populus inſipiens incitavit nomen tuum.
38. Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi:
39. Animas pauperum tuorum ne obliviſcaris in finem.
40. Reſpice in teſtamentum tuum:
41. Quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum.
42. Ne avertatur humilis factus, & * confuſus:

* & *deoſt.*

43. Pauper, & inops laudabunt nomen tuum.
44. Exurge Deus, judica cauſam tuam *:

* meam:

45. Memor eſto improperiorum tuorum, quæ ab inſipiente ſunt tota die.
46. Ne obliviſcaris vocem ſervorum tuorum:
47. Superbia eorum, qui oderunt te aſcendit * ſemper.

* aſcendit ad te ſemper.

In finem: ne corrumpas. Pſalmus cantici Aſaph. Pſalm. LXXIV.

1. Confitebimur tibi Deus:
2. Confitebimur tibi, & * invocabimus nomen tuum.

* ℣. 2. Et invocabimus etc. ℣. 3. Narrabo omnia etc.

3. Nar-

---

10. Auxerunt nunc peccata, quæ peccaverunt in exitu Ægypti.
11. Ut ligna infructifera ad comburendum parata, ita facti ſunt eorum Principes.
12. In peccatis, & iniquitatibus exiſtentes conciderunt.
13. Contaminaverunt peccato templum Dei.
14. Carnalibus concupiſcentiis, quas perpetrarunt (*b*), ita ut blaſphemaretur Deus.
15. 16. (*c*) Cognati eorum Dæmones conſultaverunt dicentes; faciamus, ut omnes deficiant a Deo.
17. Non videmus nos ipſos projectos eſſe ab hominibus.
18. Nemo eſt in terra, qui ipſi complaceat, & nos non impugnabit amplius.
19. Uſquequo gloriatur Diabolus.
20. Ipſe (*d*).
21. 22. Ut quid abſcondis, per quem omnia feciſti, Filium tuum Unigenitum in ſeipſo, & non manifeſtas eum uſque in finem?
23. Deus enim Verbum Filius tuus Rex noſter ante ſæcula.
24. Crucifixus eſt.
25. Tu confirmaſti populum (*e*) tuum in fide tua.
26. 27. (*f*) Diaboli.
28. Dediſti Diabolum in conſummationem Sanctis tuis. *Æthiopes* enim interpretantur *humiles*, quales ſunt corde Sancti.
29. Apoſtolos, & eorum Diſcipulos.
30. Populum Judæorum. *Æsbam* enim interpretatur *alta irritatio*, quales erant Judæi.
31. Tuus eſt prior adventus in quo omnia illuminaſti, tua quoque eſt ſæculorum conſummatio.
32. Tu feciſti filios lucis, & uti ſolem ſplendere Sanctos.
33. Præcepta tua.
34. Sanctos tuos in quibus creſcit lux tua, & germinant flores donorum tuorum, tu feciſti.
35. Memor eſto igitur teſtamenti hujus.
36. Diabolus.
37. Judæorum populus.
38. Ne tradas Dæmonibus ſupplices ſe tibi proſternentes.
39. Sanctorum tuorum.
40. In eoſdem Sanctos tuos.
41. Dæmones ſibi adhærentibus.
42. Ne abjicias confugientem ad te.
43. Pauperes corde.
44. 45. (*g*) Exſurge, & memor eſto eorum, quæ fecit Satanas in hoc ſæculo.
46. Sanctorum tuorum.
47. Superbia Dæmonum, & Hæreticorum cognita tibi eſt.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *In finem, ne corrumpas: Pſalmus cantici Aſaph*. Hoc igitur Pſalmus ſuadet, ut (*b*) nemo corrumpat uſque in finem aliquod Dei præceptum. Pſalmus autem *Aſaph*, quod interpretatur *congregatio*, &; *congregans*. Hæc autem *congregans* interpretatur de Domino, *congregatio* autem de mundo.

1. Confitebimur Deus nos ſervitio tuo addictos eſſe.
2. Orabimus, ut invocetur nomen tuum ſuper nos.

3. Præ-

(*b*) perpetrarunt, ut blaſphemaretur Deus, effecerunt.
(*c*) *n.* 15. Et cognati &c. dicentes. *n.* 16. Faciamus &c.
(*d*) Ipſe Diabolus.
(*e*) Mundum in &c.
(*f*) *n.* 26. Diaboli. *n.* 27. 28. Dediſti.
(*g*) *n.* 44. Veni Domine: judica mundum. *n.* 45. Memor &c.
(*a*) cinnabari ſcriptus cont. *paulo poſt*: *Pſalmus Aſaph cantici*.
(*b*) ne corrumpas &c.

3. Narrabo mirabilia tua:
4. Cum accepero tempus, ego justitias judicabo.
5. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea:

* Cod. P. * Diapsalma.

6. Ego confirmavi columnas ejus.
7. Dixi iniquis, nolite inique agere:
8. Et delinquentibus, nolite exaltare cornu.
9. Nolite extollere in altum cornu vestrum:
10. Et nolite loqui adversus Deum iniquitatem.
11. Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente,
12. Neque a desertis montibus, quoniam Deus judex est.
13. Hunc humiliat, & hunc exaltat:
14. Quia calix in manu Domini, vini * meri plenus mixto.
15. Et inclinavit ex hoc in hoc, veruntamen fæx ejus non est exinanita:
16. Bibent omnes peccatores terræ.
17. Ego autem gaudebo in sæculum:
18. Cantabo Deo Jacob.
19. Et omnia cornua peccatorum confringam:
20. Et exaltabitur cornu justi.

* ℣. 15. Vini etc. ℣. 16. Et inclinavit etc, ℣. 17. Verumtamen etc. ℣. 12. Bibent etc.

In finem, in laudibus: Psalmus Asaph. Canticum ad Assyrium. Psalm. LXXV.

1. Notus in Judæa Deus:
2. In Israel magnum Nomen ejus.
3. Et factus est in pace locus ejus:
4. Et habitatio ejus in Sion.
5. Ibi confregit potentias arcuum,
6. Scutum & gladium & bellum.
7. Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis:
8. Turbati sunt omnes insipientes corde.
9. Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt,
10. Omnes viri divitiarum in manibus suis.
11. Ab increpatione tua Deus Jacob,
12. Dormitaverunt qui ascenderunt equos.
13. Tu terribilis es, & quis resistet tibi?
14. Ex tunc ira tua.
15. De cælo auditum fecisti judicium:
16. Terra tremuit & quievit, cum exsurgeret in judicium. Deus:
17. Ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.
18. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi:

19. Et

---

3. Prædicabo mirabilia opera tua.
4. In adventu meo dicit Dominus.
5. A (*c*) peccato.
6. Apostolos.
7. Populo Judæorum.
8. Iisdem Judæis loquitur.
9. Nolite dicere, *filii Abrahæ sumus.* Joan. VIII. 31. 37.
10. Et nolite dicere Filio (*d*), *homo tu es, & non Deus.* Joan. X. 33.
11. 12. Neque hominum ab ortu usque ad occasum, aut adversariarum potestatum aliquis Judex est, præterquam solus Deus.
13. Hunc (*e*) quidem ad senectutem adducit, illum autem ætate progredi non facit.
14. Quoniam mors omnium in ejus potestate est, & (*f*) infantis, & juvenis, & viri, & senis.
15. Et adduxit eum a sene usque ad infantem: veruntamen ipsa mors adhuc finem non accepit.
16. Usquequo veniat in omnes peccatores terræ.
17. In futurum sæculum dicit.
18. Hymnum reddam Deo Jacob.
19. Regna adversariarum potestatum.
20. In Regno Cælorum.

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem, in laudibus: Psalmus Asaph. Canticum ad Assyrium. Asaph* interpretatur *colligens. Assyrius* autem interpretatur *dirigens:* Hoc dicit in fine sæculorum, psalmus dictus est in laudem Asaph, hoc est, Domino Canticum: Illud autem *ad Assyrium* contra Diabolum significat.

1. Visus est in Judæa Deus.
2. In hominibus videntibus eum, quod Deus est, magnum nomen ejus.
3. In Hierusalem enim erat locus ejus, *Salem* (*b*) enim *pax* interpretatur.
4. Illic enim habitavit in Sion.
5. 6. Crucifixus enim in Sion, & Hierusalem, contrivit principatus, & potestates Diaboli.
7. Prophetarum scripturas tu nobis mirabiliter aperis.
8. Judæi dicebant: *unde hic literas scit cum non didicerit?* Joan. VII. 15.
9. Custodientes sepulcrum Jesu.
10. Omnes Principes Judæorum dederunt argentum militibus.
11. A jussione (*c*).
12. Milites *facti sunt velut mortui.* Matth. XXVIII. 4.
13. Nihil enim est, quod sustinere possit excedentem gloriam tuam.
14. Ex quo peccare cœpit genus humanum (*d*).
15. E cælo auditum est, quod judicium est.
16. Gentes omnes (*e*) mundi corde conciderunt, cum Deus venit in terram.
17. Cessantes (*f*) a peccato.
18. Cum cogitationes meæ accusabunt, aut defendent.

19. Osten-

(*c*) Liquefacti (*seu consumpti*) sunt a peccato.
(*d*) dicere Jesu: *Homo es* &c.
(*e*) Etenim hunc &c. illum autem intelligentia proficere facit.
(*f*) *n.* 15. Et infantis &c. *n.* 16. Et traduxit eum (*calicem hoc est mortem*) &c. *n.* 17. Veruntamen. *n.* 18. Usquequo &c.
(*a*) cinnabari scriptus cont- &c. Asaph enim &c. Hoc igitur dicit &c. in laudem colligenti, hoc est, Domino Cantici.
(*b*) *Hierusalem* &c.
(*c*) A jussione tua, Deus Jacob.
(*d*) *In Cod. leg. tantum*: Hominum.
(*e*) Gentes omnes cessaverunt a malo, cum &c.
(*f*) (*Ut salvos faceret*) mansuetos a peccato.

19. Et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi,
20. Vovete, & reddite Domino Deo vestro.
21. Omnes qui in circuitu ejus afferent munera,
22. Terribili, & auferenti spiritum principum.
23. Terribili apud Reges terræ.

In finem, pro Idithum: Psalmus Asaph.
Psalm. LXXVI.

1. VOce mea ad Dominum clamavi,
2. Voce mea ad Deum, & intendit mihi.
3. In die tribulationis meæ Deum exquisivi,
4. Manibus meis nocte coram eo, & non sum deceptus.
5. Renuit consolari anima mea:
6. Memor fui Dei, & delectatus sum:
7. Exercitatus sum, & defecit spiritus meus.
8. Anticipaverunt vigilias oculi mei:
9. Turbatus sum, & non sum locutus.
10. Cogitavi dies antiquos:
11. Et annos æternos in mente habui, & meditatus sum:
12. Nocte cum corde meo exercitabar, & scopebat spiritus meus.
13. Numquid in æternum projiciet Dominus?
14. Et non apponet ut complacitior sit adhuc?
15. Aut * in finem misericordiam suam abscindet, consummavit verbum a generatione in generationem?
16. Numquid obliviscetur misereri Deus?
17. Aut continebit in ira sua misericordias suas?
18. Et dixi, nunc cœpi:
19. Hæc mutatio dexteræ Excelsi.
20. Memor fui operum Domini:
21. Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum:
22. Et meditabor in omnibus operibus tuis:
23. Et in adinventionibus tuis exercebor.
24. Deus in sancto via tua:
25. Quis Deus magnus sicut Deus noster?
26. Tu es Deus, qui facis mirabilia:
27. Notam fecisti in populis virtutem tuam:
28. Redemisti in brachio tuo populum tuum,
29. Filios Jacob & Joseph.
30. Viderunt te aquæ Deus:
31. Viderunt te aquæ & timuerunt.

32. Tur-

* ℣. 15. Aut in finem abscindet misericordiam suam. ℣. 16. Consummavit &c. ℣. 17. Numquid &c. ℣. 18. Aut continebit &c. ℣. 19. Et dixi &c.

---

19. Ostendentium *opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis* (g) *conscientia*. — Ad Rom. 11. 15.
20. Quæ promisistis in Baptismo Domino Deo nostro implete.
21. Sancti ejus afferent ipsi opera justitiæ.
22. Forti, & potenti auferenti animas eorum, qui sunt (h) in potestate.
23. Potenti super Reges terræ.

Titulus præpositus continet (a): *In finem, pro Idithum: Psalmus Asaph*. Hoc igitur significat in consummatione sæculi *pro Judice* (b) *adveniente*; ita enim interpretatur *Idithum*. Deinde: *Psalmus Asaph*, hoc est, *Psalmus colligenti*. *Asaph* enim interpretatur *colligens*, qualis est Dominus, qui omnes congregat (c).

1. E labore, & cordis mei angustia clamavi (d) ad te Domine Deus.
2. Et vox mea audita est a Deo, & intendit (e), ut impleret deprecationem meam.
3. Tempore peccati mei Deum exquisivi.
4. Corde meo in silentio eum deprecatus sum, & non deceptus sum a cogitationibus subeuntibus mihi.
5. Desperavit de se anima mea propter subingredientia in eam.
6. Veruntamen (f) Domini recordatus lætatus sum.
7. Cogitavi mecum, quæ ad me spectabant, & ad nihilum redactus sum.
8. Præmunivi mente (g) mea mihi ipsi.
9. Turbatus sum a cogitationibus meis, & silui.
10. Et cogitavi dies meos præteritos, in quibus peccavi.
11. Et in mente habui vitam æternam, & æternum (h) supplicium.
12. In silentio manens conferebam hæc in corde meo, & in sollicitudine multa fui dicens:
13. Nunquid perpetuo projiciet me Deus (i)?
14. Et non permanebit voluntas ejus erga me?
15. Aut (k) omnino misericordiam suam abscindet a me?
16. Nunquid super me cessabit Deus misereri?
17. Aut propter iram suam contra me a largiendis mihi miserationibus suis se continebit?
18. Et dixi: Domine veluti nunc incipiente me adhærere tibi, esto misericordia mea.
19. Et ita me transferri a peccato in timorem tuum, gratiæ tuæ est.
20. Et demum in mente accepi, quod est beneplacens (l) Domino.
21. Quoniam ab initio memor ero justificationum tuarum.
22. Et in omnibus ipsis permanebo.
23. Et delectabor in operibus justitiæ tuæ.
24. Deus in Filio tuo fides tua.
25. De quo Paulus dicebat: *Magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit seipsum redemptionem pro omnibus*. — ad Tit. 11. 13. 1. ad Timoth. 11. 6.
26. Tu es Deus, qui sanasti in adventu tuo omnes, qui erant sub dominatione Diaboli.
27. Manifestasti Christum tuum hominibus.
28. In ipso Filio tuo.
29. Judæos, & Gentes. *Joseph* enim interpretatur *ablatio opprobrii*, quales erant gentes.
30. Cognoverunt te Dæmones.
31. Dicebant enim Dæmones (m) *Quid nobis & tibi &c. Sanctus Dei?* — Marc. 1. 24. Luc. 1v. 34.

32. Cla-

(g) *illorum*.
(h) in potentia ac dignitate vivunt.
(a) cinnabari scriptus cont-
(b) *Judice uno &c.*
(c) colligit.
(d) vocem emisi ad te, *deest* Domine Deus.
(e) intendit mihi, ut &c.
(f) Verumtamen memor fui Dei, & lætatus sum.
(g) mentem meam in ipsum.
(h) æternam recubationem.
(i) Dominus?
(k) n. 15. A me inquit. *Quæ autem leguntur sub hoc num. 15. desunt in Cod. n. 16.* Ego novi, quod hujusmodi verbum prædixit: misereri indesinenter. n. 17. Numquid super me cessabit misereri Deus? n. 18. Aut propter &c. n. 19. Et dixi: *deest* Domine &c. propitius mihi esto.
(l) placitum.
(m) Dæmones: Novimus te, qui & Sanctus Dei.

32. Turbati sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum:
33. Vocem dederunt nubes,
34. Etenim sagittæ tuæ transeunt:
35. Vox tonitrui tui in rota.
36. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ:
37. Commota est & contremoit terra,
38. In mari viæ * tuæ: (* In marg. Cod. via tua.)
39. Et semitæ tuæ in aquis multis:
40. Et vestigia tua non cognoscentur.
41. Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi & Aaron.

Intellectus Asaph, Psalm. LXXVII.

1. Attendite popule meus legem meam:
2. Inclinate aurem vestram in verba oris mei.
3. Aperiam in parabolis os meum:
4. Loquar propositiones ab initio.
5. Quanta audivimus, & cognovimus ea,
6. Et patres nostri narraverunt nobis:
7. Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera:
8. Narrantes laudes Domini,
9. Et virtutes ejus,
10. Et mirabilia ejus, quæ fecit.
11. Et suscitavit testimonium in Jacob:
12. Et legem posuit in Israel.
13. Quanta mandavit patribus nostris,
14. Ut nota faceret ea filiis suis.
15. Ut cognoscat generatio altera, filii qui nascentur:
16. Et exsurgent, & narrabunt ea filiis suis.
17. Ut ponant in Deo spem suam:
18. Et non obliviscantur operum Dei:
19. Et mandata ejus exquirant.
20. Ne fiant sicut patres eorum,
21. Generatio prava & exasperans:
22. Generatio, quæ non direxit cor suum,
23. Et non est creditus cum Deo spiritus ejus.
24. Filii Ephræm intendentes & mittentes arcum *, (* arcubus.)
25. Conversi sunt in die belli.
26. Non custodierunt testamentum Dei.
27. Et in lege ejus noluerunt ambulare.
28. Et obliti sunt benefactorum ejus *, (* Dei. In marg. ejus.)
29. Et mirabilium ejus, quæ ostendit * eis. (* dedit. In marg. ostendit.)
30. Coram patribus eorum, quæ fecit mirabilia,

31. In

(Matth. VIII. 29. Marc. V. 7. Luc. VIII. 28.) 32. Clamaverunt enim (n) hoc ipsum: *Obsecramus te ne torqueas nos:* multitudo legionis descendens in abyssum.
33. Prophetæ prænunciaverunt de ipso.
34. Eloquia tua audita sunt.
35. Prædicatio tua in mundo.
36. Apostoli, inquit (o).
37. Cum timore audiverunt (p) gentes.
38. 39. 40. Quoniam (q) Dominus ambulavit supra mare stadia vigintiquinque, aut triginta, ut inquit, Euangelista, quæ sunt plus minus tria millia. (Joan. Eu. VI. 19.)
41. In potestate Filii tui. *Moyses* enim, & *Aaron* de ipso interpretantur. *Moyses* quidem interpretatur *ablatio ex aqua*, quod ad Dominum refertur, assumptus enim est e mundo. *Aaron* autem interpretatur *mons virtutis*, istud ipsum quoque convenire in Dominum invenies, quemadmodum Daniel dixit: quod *abscissus est lapis de monte sine manu* (r), *& implevit universam terram:* hoc est Dominus. (Daniel II. 34. 35.)

Titulus præpositus continet (a): *Intellectus Asaph*, hoc est, *populo*, qui in intellectu est. *Asaph* enim interpretatur *congregatio*.

1. Intendite oculis mentis (b) vestræ in legem meam.
2. Auscultate verbis oris mei.
3. In Euangeliis.
4. Loquar in initio Euangelii parabolas.
5. Quæcumque audivimus a Prophetis de te, & ipsis oculis vidimus ea.
6. Prophetæ.
7. In singulis generationibus ea (c) enunciantes.
8. In Judæis.
9. (d) Et in Pharaone.
10. Et in reliquis inimicis Israel.
11. Crucem suam.
12. Pater Filium in videntibus ipsum Deum per fidem; ita enim interpretatur *Israel*.
13. (e) Prophetis prænunciavit passiones in Christo.
14. Qui occursuri sunt in finibus sæculorum, hoc est nobis.
15. 16. Eas prædicabant.
17. Fidem suam.
18. Passionum ejus.
19. Quæ in Euangeliis sunt.
20. Qui fuerunt in deserto.
21. Ipse populus Judæorum.
22. In adventu ejus eum (f) non crediderunt.
23. Non crediderunt Deo de iis, quæ ipsis mandaverat.
24. Filii, qui aucti fuerant, repugnabant Domino. *Ephraim* enim interpretatur *auctus*, qualis erat (g) Judæorum populus.
25. (h) Et tempore belli, quod gessit Dominus propter ipsos, & propter nos contra Diabolum aversati sunt Dominum ob infidelitatem.
26. In iis quæ de Domino dicta sunt per Prophetas.
27. Et ea, quæ legis erant, noluerunt facere.
28. 29. Obliti sunt quomodo pertransivit ipsis omnibus benefaciens, & sanans omnes, qui possidebantur a Diabolo.
30. Coram Principibus Judæorum, quæ fecit mirabilia.

31. In

(n) enim ad ipsum.
(o) inquit, *deest*.
(p) obediverunt.
(q) Quando perambulavit in mare stadia vigintiquinque aut trigintaa, ut &c. quæ sunt plus minus septem millia passuum.
(r) *manibus*.
(a) cinnabari scriptus cont.
(b) cordis vestri.
(c) ea *non legitur*.
(d) n. 9. 10. In Pharaone &c. Israel.
(e) n. 13. Prophetis. n. 14. Ut prænunciarent &c. n. 15. Iis, qui &c. n. 16. eas prædicabunt.
(f) ei.
(g) est.
(h) n. 25. 26. Et tempore &c. n. 27. Et iis, quæ &c. per Prophetas & legem, noluerunt credere.

31. In terra Ægypti, in campo Taneos.
32. Interrupit mare, & perduxit eos:
33. Et statuit aquas quasi utrem.
34. Et deduxit eos in nube diei:
35. Et tota nocte in illuminatione ignis.
36. Interrupit petram in eremo:
37. Et adaquavit eos velut in abysso multa.
38. Et eduxit aquam de petra:
39. Et eduxit tanquam flumina aquas.
40. Et apposuerunt adhuc peccare ei:
41. In iram excitaverunt Excelsum in inaquoso.
42. Et tentaverunt Deum in cordibus suis,
43. Cum peterent escas animabus suis.
℣. 44. Et &c. usq. ad dixerunt. ℣. 45. Numquid &c.
44. Et * male locuti sunt de Deo:
45. Et dixerunt: numquid poterit Deus parare mensam in deserto?
46. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ:
47. Et torrentes inundaverunt.
48. Numquid & panem poterit dare?
49. Aut parare mensam populo suo?
50. Ideo audivit Dominus, & distulit:
51. Et ignis accensus est in Jacob:
52. Et ira ascendit in Israel.
53. Quia non crediderunt in Deo:
54. Nec speraverunt in salutari ejus.
55. Et mandavit nubibus desuper:
56. Et januas cæli aperuit.
57. Et pluit illis manna ad manducandum:
58. Et panem cæli dedit eis.
59. Panem Angelorum manducavit homo:
60. Cibaria misit eis in abundantia.
61. Transtulit Austrum de cælo:
62. Et induxit in virtute sua Africum.
63. Et pluit super eos sicut pulverem carnes:
64. Et sicut arenam maris volatilia pennatá.
65. Et ceciderunt in medio castrorum eorum,
66. Circa tabernacula eorum.
67. Et manducaverunt, & saturati sunt nimis:
68. Et desiderium eorum attulit ais:
69. Non sunt fraudati a desiderio suo.
70. Adhuc esca erat in ore ipsorum,
71. Et ira Dei ascendit super eos.
72. Et occidit plurimos eorum:
73. Et electos Israel compedivit.
74. In omnibus his peccaverunt adhuc:

75. Et

---

31. In terra obtenebrata in gente, quæ nihil sublime agit. *Taneis* enim interpretatur *humilia jussus* (*i*), hoc est Judæi.
32. Aperuit (*k*) corda eorum, ut cessarent a pristina eorum conversatione.
33. Et advocavit gentes mortuas (*l*) ob peccatum.
34. In luce sua.
35. Et omnem tenebrosam (*m*) priorem ipsorum conversationem commutans, in illuminatione gratiæ suæ deduxit eos.
36. Latus suum in mundo aperuit.
37. Sanguine (*n*) suo adaquavit justificationes suas.
38. Ex latere suo.
39. Et ipsa aqua, quæ fluxit ex latere ejus illuminavit gentes.
40. Increduli Judæi.
41. Contristaverunt Spiritum Sanctum in sterilitate animæ eorum.
42. Filium Dei in adventu suo.
43. Cum ipsi concupiscerent carnales concupiscentias.
44. Quando venerunt ex Ægypto.
45. Impotens est, dicebant, ad hoc (*o*) faciendum.
46. 47. (*p*) Puta, quoniam ex petra potuit adducere aquas, exitum, multitudinem aquarum:
48. Numquid autem (*q*) panem habet, quem Deus dare possit in deserto?
49. Panes, & carnem?
50. Ideo cum audivisset eos tunc Dominus, postea satiavit ipsos in adventu suo in deserto, quando *tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos, & septem sportas*, ut ostenderet eis, quod potest parare mensam in deserto.

Matth. xiv. 30. xv. 37. Marc. vi. 43. viii. 8.

51. Et iratus, in interitum dedit eos.
52. Et ex ais multitudinem devoravit.
53. 54. Quoniam neque ante, neque in adventu ipsius Filio Dei crediderunt.
55. Post hæc (*r*) Prophetis, quos comprehenderunt, ne amplius eis loquerentur verbum vitæ.
56. Apostolos, per quos (*f*) aperuit, unde Fideles in Cælos ingrediantur.
57. Filium suum ad eos misit.
58. Ipsum Dominum Jesum credentibus in eum.
59. Vivificantem homines (*t*), manducavit unusquisque credentium ei, quod est Deus.
60. Vitam sempiternam (*u*).
61. Transtulit populum Judæorum de (*x*) promissis suis.
62. Et adduxit eis ex Occidente Vespasianum.
63. 64. (*y*) Multitudinem exercitus.
65. Pars eorum descendit in castra Judæorum.
66. Circumdederunt eos.
67. Plagis ab eo (*z*) illatis.
68. Et sermonem, quem locuti sunt crucifigentes Dominum dicentes, *nos Cæsaris sumus*, attulit eis.
69. Quod exquisiverunt, & adepti sunt (*aa*).
70. Ex quo dicebant hoc in ore suo.
71. Fuit ipsa ira a Deo super eos.
72. Et occidit multitudinem eorum.
73. Et eorum reliquos, qui censebantur pios esse, tradidit in servitutem.
74. Et rursus permanserunt in peccato.

75. Et

(*i*) *jussi*.
(*k*) Aperuit corda eorum, *desunt hæc verba in Cod. reliqua extant*.
(*l*) victas a peccato.
(*m*) Et omnes tenebras, priorem scilicet eorum conversationem.
(*n*) Per sanguinem suum potui dedit eis justificationes suas.
(*o*) hoc *deest*.
(*p*) *n.* 46. Puta &c. aquas. *n.* 47. Exitus multitudinis aquarum.
(*q*) autem & Deus *non leguntur*.
(*r*) Post hæc Prophetis Agabo, aliisque non amplius u loqui verba vitæ.
(*f*) per quos Fideles in cælos ingrediuntur.
(*t*) Angelos &c. credentium quod est. *deest* ei, & Deus.
(*u*) non deficientem.
(*x*) ex gentibus suis paternis.
(*y*) *n.* 63. Multitudinem exercitus. *n.* 64. Jacula eorum, & venerunt in &c. *n.* 65. 66. & circumdederunt eos.
(*z*) eis illatis.
(*aa*) & acceperunt.

75. Et non crediderunt in mirabilibus ejus.
76. Et defecerunt in vanitate dies eorum:
77. Et anni eorum cum festinatione.
78. Cum occideret eos, tunc quærebant eum:
79. Et revertebantur, & diluculo veniebant ad Deum.
80. Et rememorati sunt quia Deus adjutor est eorum:
81. Et Deus excelsus Redemptor eorum est,
82. Et dilexerunt eum in ore suo:
83. Et lingua sua mentiti sunt ei.
84. Cor autem eorum non rectum cum eo:
85. Nec fideles habiti sunt in testamento ejus.
86. Ipse autem * est misericors:
87. Et propitius fiet peccatis eorum:
88. Et non disperdet.
89. Et abundabit, ut averteret iram suam:
90. Et non accendet omnem iram suam.
91. Et recordatus est, quia caro sunt,
92. Spiritus vadens, & non rediens.
93. Quoties exacerbaverunt eum in deserto?
94. In iram concitaverunt eum in terra * inaquosa?
95. Et conversi sunt, & tentaverunt Deum:
96. Et Sanctum Israel exacerbaverunt.
97. Et * non recordati sunt manus ejus,
98. Die, qua redemit eos * de manu tribulantis.

* enim. *In marg.* autem.

* terra *deest in textu sed leg. in marg.*

* Et *non legitur.*

* eos *deest in textu, leg. in marg.* eos tribulantium. *in marg.* tribulantis.

99. Sicut posuit in Ægypto signa sua,
100. Et prodigia sua in campo Taneos.
101. Et convertit in sanguinem flumina eorum,
102. Et imbres eorum, ne biberent.
103. Misit in eos cynomyiam, & comedit eos:
104. Et ranam, & disperdidit eos.
105. Et dedit ærugini fructus eorum:
106. Et labores eorum locustæ.
107. Occidit in grandine vineas eorum:
108. Et moros eorum in pruina.
109. Et tradidit grandini jumenta eorum:
110. Et possessionem eorum igni.
111. Misit in eos iram indignationis suæ,
112. Indignationem & iram & tribulationem,
113. Immissionem per angelos malos.
114. Viam fecit semitæ iræ suæ:
115. Et non pepercit a morte animarum eorum:
116. Et jumenta eorum in morte conclusit.
117. Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti,
118. Primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
119. Et abstulit sicut oves populum suum:
120. Et perduxit eos tanquam gregem in deserto:
121. Et deduxit eos in spe, & non timuerunt:

122. Et

---

75. Et non crediderunt eis, quæ facta sunt ipsi a Deo.
76. Et in vanitate mentis eorum perierunt.
77. Et anni eorum cum festinatione (*bb*) defecerunt.
78. Cum occideret eos scilicet quærebant eum.
79. Et veniebant, & confitebantur eum (*cc*).
80. 81. Et ascendit in cor eorum quidquid fecit duobus Regibus Amorræorum, & Amalec in via.
82. Et assensi sunt mandatis ejus ore suo.
83. Negabant eum.
84. Cor autem eorum longe aberat ab eo.
85. Neque sustinuerunt intendere (*dd*) testamento ejus.
86. Ipse autem longanimis est.
87. Et propitius redditur peccatis eorum.
88. Et non perdit (*ee*) eos expectans eorum pœnitentiam.
89. Et multum expectabit ob suam bonitatem.
90. Et non irascitur usque in finem.
91. Recordatur enim, quod multitudo sunt.
92. Quod (*ff*) si recesserit ab eis anima, non amplius possunt pœnitere.
93. 94. Irritaverunt in corde eorum.
95. 96. Et finxerunt se ipsos pœnitentes.
97. Non recordati sunt pœnitentiæ ejus.
98. Quod ipse est, qui liberavit eos de manu Pharaonis.
99. Quanta (*gg*) fecit in Ægypto.
100. Et mirabilia ejus in punitionibus (*hh*).

101. *Et quoniam noluerunt habere* (*ii*) *Deum in cognitione, tradidit eos peccato eorum.* *Ad Rom. 1. 28.*
102. Et corda eorum non dignatus est gratia sua.
103. Gentes, quæ eos in captivitatem redegerunt.
104. Et contrarias potestates.
105. Et tradidit concupiscentiæ corda eorum.
106. Et filios eorum in captivitatem gentibus.
107. In ira dejecit eorum gentem,
108. Et duritiam cordis eorum ob peccatum.
109. Et impios (*kk*) eorum tradidit in interitum,
110. Et multitudinem eorum Diabolo.
111. Permisit ut in eos dominarentur adversariæ potestates.
112. Concupiscentias mundi.
113. Per immundos spiritus.
114. Concessit, ut tyrannide opprimerentur.
115. Quoniam noluerunt (*ll*).
116. Et redarguit insipiens cor eorum existens in peccato.
117. Et post hæc contrivit laqueos (*mm*) Diaboli.
118. A principe eorum Diabolo, & omni ejus potestate. *Cham* enim interpretatur *audax*.
119. Et veluti præ miseratione (*nn*) liberavit credentes in ipsum.
120. Et reduxit eos a corruptione peccati per Baptismum.
121. Et deduxit eos in fide, & non timuerunt peccatum.

122. Ad-

(*bb*) eorum inaniter defecerunt.
(*cc*) ei.
(*dd*) obedire.
(*ee*) perdet.
(*ff*) *n.* 92. Cum recedet ab &c. *n.* 93. 94. Irritaverunt *non legitur.* *n.* 95. Et &c. *n.* 96. Jesum Filium Dei.
(*gg*) Quæ fecit.

(*hh*) in mundo.
(*ii*) *habere Deum* non legitur; mox: *dimisit eos in peccato eorum.*
(*kk*) insipientes.
(*ll*) noluit.
(*mm*) potestates.
(*nn*) Et veluti a leone liberavit &c.

122. Et inimicos eorum operuit mare.
123. Et induxit eos in montem sanctificationis suæ,
124. Montem hunc, quem acquisivit dextera ejus.
125. Et ejecit a facie eorum gentes:
126. Et sorte divisit eis in funiculo distributionis.
127. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.
128. Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelsum:
129. Et testimonia ejus non custodierunt.
130. Et averterunt se, & non servaverunt pactum, quemadmodum & patres eorum;
131. Conversi sunt in arcum pravum.
132. Et in iram concitaverunt eum in collibus suis:
133. Et in sculptilibus suis ad æmulationem provocaverunt eum.
134. Audivit Deus, & sprevit,
135. Et ad nihilum redegit valde Israel.
136. Et repulit tabernaculum Silo,
137. Tabernaculum, quod habitavit in hominibus.
138. Et tradidit in captivitatem virtutem eorum:
139. Et pulcritudinem eorum in manus inimicorum.
140. Et conclusit in gladio populum suum:
141. Et hæreditatem suam sprevit.
142. Juvenes eorum comedit ignis:
143. Et virgines eorum non sunt lamentatæ.
144. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt:
145. Et viduæ eorum non plorabuntur.
146. Et excitatus est tanquam dormiens Dominus,
147. Tanquam potens, & crapulatus a vino:
148. Et percussit inimicos suos in posteriora:
149. Opprobrium sempiternum dedit illis.
150. Et repulit tabernaculum Joseph:
151. Et tribum Ephraim non elegit.
152. Et elegit tribum Juda,
153. Montem Sion, quem dilexit.
154. Et ædificavit sicut unicornis Sanctificium suum,
155. In terra quam fundavit in sæcula.
156. Et elegit David servum suum:
157. Et sustulit eum de gregibus ovium,
158. De post fœtantes accepit eum:
159. Pascere Jacob servum suum,
160. Et Israel hæreditatem suam,
161. Et pavit eos in innocentia cordis sui:
162. Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

---

122. Adversarias potestates mortificavit Baptismus.
123. In Ecclesiam (*oo*).
124. Ecclesiam, quam comparavit proprio Sanguine Unigenitus Filius Dei.
125. Dæmones ex cordibus eorum.
126. Divisit eis dona gratiæ suæ.
127. Et constituit Duces eorum Apostolos.
128. Judæi, qui ipsi non crediderunt.
129. Testimonia dicta de ipso per Prophetas.
130. Et negaverunt eum, quemadmodum patres eorum.
131. In doctrinam perversam.
132. 133. In cordibus eorum.
134. Reliquit eos.
135. Reprobavit (*pp*) eos.
136. Et repulit gentem Judæorum, unde ipse dignatus est Hominem fieri. *Silo* enim interpretatur, *non est eorum* (*qq*).
137. Et in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.
138. Et gentibus tradidit scripturas Prophetarum.
139. Et mandata, quæ ipsi habebant, dedit (*rr*) in corda gentium.
140. Et redarguit Judæos omnes existentes sub peccato.
141. Populum Judæorum incredulum.
142. Peccatum.
143. Animæ eorum pœnitentiam non egerunt.
144. Magistri eorum cum peccato mortui sunt.
145. Corda eorum auxilio destituta non resipuerunt.
146. Et resurrexit a mortuis tertia die.
147. Tanquam fortis, & ex passione vulneratus.
148. Et contrivit potentiam immundorum spirituum.
149. Eos perpetuo infirmos effecit.
150. 151. (*ss*) Et repulit non resipiscentes, sed addentes peccata peccatis. *Joseph* enim interpretatur *addens peccato*. *Ephraim* autem *fructifer*.
152. Confitentes ei. *Judas* enim interpretatur *confitens*.
153. Ecclesiam fidelium in mandato suo. *Sion* enim interpretatur *mandatum*.
154. Multitudinem Sanctorum habentem in fronte Crucem, sicut unicornis cornu suum.
155. Ecclesiam (*tt*).
156. Chorum Apostolorum desideratum. *David* enim interpretatur *desideratus*.
157. Ex tribubus Judæorum ipsum chorum elegit.
158. Post Prophetas accepit chorum Apostolorum.
159. Ut pasceret populum simplicem, hoc est, innocentem.
160. Et videntes Deum mente sua; ita enim interpretatur *Israel*.
161. Et pavit eos in choro Apostolorum.
162. Et in doctrinis Apostolorum illuminavit eos.

Titu-

(*oo*) Ecclesiam, inquit.
(*pp*) Et prorsus reprobavit eos.
(*qq*) *non est ipsi*.
(*rr*) dederunt *sed leg.* dedit.

(*ss*) *n.* 150. Et &c. *Joseph* enim interpretatur *addens*. *n.* 151. Fructificantes peccato. *Ephram* enim interpretatur *fructifer*.
(*tt*) Ecclesiam, inquit.

Psalmus Asaph. Psalm. LXXVIII.

1. DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam:
2. Polluerunt templum sanctum tuum.
3. Posuerunt Hierusalem velut * pomorum custodiam:

* in pomorum &c.

4. Posuerunt morticinia servorum tuorum escas volatilibus cæli:
5. Carnes Sanctorum tuorum bestiis terræ.
6. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in * circuitu Hierusalem,
7. Et non erat, qui sepeliret.

* V. 7. In Circuitu &c. sepeliret.

8. Facti sumus opprobrium vicinis nostris:
9. Subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.
10. Usquequo Domine irasceris in finem?
11. Accendetur velut ignis zelus tuus?
12. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt,
13. Et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.
14. Quia comederunt Jacob, & locum ejus desolaverunt.
15. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum:
16. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ Domine:
17. Quia pauperes facti sumus nimis.
18. Adjuva nos Deus salutaris noster:
19. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos:
20. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.
21. Ne forte dicant Gentes, ubi est Deus eorum?
22. Et innotescat in nationibus coram oculis nostris,
23. Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est.
24. Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
25. Secundum multitudinem brachii tui,
26. Posside filios mortificatorum.
27. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum,
28. Improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine.
29. Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ,
30. Confitebimur tibi Deus in sæculum:
31. In generationem & generationem annunciabimus laudem tuam.

In finem: pro his, qui commutabuntur testimonium Asaph, Psalmus pro Assyrio. Psalm. LXXIX.

1. QUi regis Israel intende:
2. Qui deducis velut ovem Joseph.
3. Qui sedes super Cherubim manifestare,

4. Co-

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus Asaph*, quod interpretatur Psalmus *colligenti*: hoc est *Dei Filio*.

1. Contrariæ potestates in servos tuos.
2. Animas, & corpora servorum tuorum.
3. Cor nostrum videns (*b*) posuerunt in desolationem.
4. Adversariæ potestates Judæos mortuos ob peccatum posuerunt in consumptionem.
5. Filios Abraam, & Isaac, & Jacob ipsos Judæos immundis spiritibus.
6. Animas eorum in perditionem.
7. In universo mundo non est mortificans peccatum.
8. Adversariis potestatibus.
9. Ipsis (*c*) similiter *.
10. Quare omnino iratus es.
11. Contra Dæmones.
12. In ipsos exercitus inimici.
13. Potestates diaboli.
14. Judæorum populum, & corda eorum.
15. Quæ tot, tantisque temporibus congregatæ sunt.
16. Antequam absolvamus vitam nostram.
17. 18. Quoniam omnino denudati sumus auxilio tuo, nunc elargire nobis istud Deus Salvator noster.
19. Quoniam benignus es.
20. Quoniam misericors, & faciens misericordias nominaris.
21. Immundi spiritus.
22. Et cognoscant ipsæ potestates inimici, quod nobis spectantibus vindictam facis.
23. De animis servorum tuorum, quæ perierunt.
24. Digna fiat ingredi ad te confessio eorum, qui sunt constricti a peccato.
25. Secundum fortitudinem Filii tui.
26. Posside sanguine tuo in salutem filios transgressionum.
27. Perpetuum supplicium præpara potestatibus Diaboli.
28. Quoniam gloriati sunt tamquam insuperabiles.
29. Nos autem hæreditas tua, & oves tuæ, qui es Pastor verus, & tui ovilis.
30. Invicem narrabimus, & in omni generatione.
31. Gloriam benignitatis tuæ.

Titulus ** præpositus continet: *in finem: pro iis, qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus pro Assyrio:* hoc est pro iis, qui in finem commutabuntur ab improba vitæ conversatione in rectam, & irreprehensibilem. Deinde *testimonium Asaph*, quod ea significatione sumptum est, perinde ac diceret: *testimonium colligenti*, hoc est, *Dei Filio*. Postea *Psalmus pro Assyrio*, quod etiam interpretatur *pro dirigente* nempe dirigente cor tuum.

1. Qui regis videntes te Dominum (*a*), & Deum mente: ita enim interpretatur *Israel*.
2. Convertentem se, & liberatum a peccatis suis. *Joseph* enim interpretatur *ablatio opprobrii*.
3. Deus Verbum appare.

4. Co-

(*a*) cinnabari scriptus contra cum interpretatione Tituli Psalmi sequentis.
(*b*) videns te &c.
(*c*) Iisdem immundis spiritibus.
* *Post pag. 212. quæ sequitur pagina desideratur; ob idque deest textus & commentarius a vers. 12. Psalmi hujus LXXVIII.*
** *Interpretatio tituli, seu inscriptionis hujus Psalmi deest in Cod. ut dixi.*
(*a*) Dominum, &. *Desunt hæc duo verba in Cod.*

4. Coram Ephraim & Benjamin & Manaſſe.
5. Excita potentiam tuam, & veni, ut ſalvos facias nos.
6. Deus converte nos,
7. Et oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.
8. Domine Deus virtutum,
9. Quouſque iraſceris ſuper orationem ſervorum tuorum?
10. Cibabis nos pane lacrymarum:
11. Et potum dabis nobis in lacrymis in menſura.
12. Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris:
13. Et inimici noſtri ſubſannaverunt nos.
14. Domine Deus virtutum converte nos:
15. Et oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.

* Cod. Pal. * Diapſalma.

16. Vineam de Ægypto tranſtuliſti.
17. Ejeciſti gentes, & plantaſti eam.
18. Dux itineris fuiſti in conſpectu ejus:
19. Et plantaſti radices ejus, & implevit terram.
20. Operuit montes umbra ejus:
21. Et arbuſta ejus cedros Dei.
22. Extendit palmites ſuos uſque ad mare,
23. Et uſque ad flumina propagines ejus.
24. Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus:
25. Et vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?
26. Exterminavit eam aper de ſylva:
27. Et ſingularis ferus depaſtus eſt eam.
28. Deus virtutum convertere jam:
29. Et reſpice de cælo, & vide,
30. Et viſita vineam iſtam.
31. Et perfice eam, quam plantavit dextera tua:
32. Et ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.
33. Incenſa igni, & ſuffoſſa:
34. Ab increpatione vultus tui peribunt.
35. Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ,
36. Et ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.
37. Et non diſcedimus a te *:
38. Vivificabis nos, & nomen tuum invocabimus. * a te, & a gloria miſericordiæ tuæ.
39. Domine Deus virtutum converte nos:
40. Et oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.

In

---

4. Coram afferentibus fructum, & filiis dexteræ tuæ, & obliviſcentibus priorum malarum actionum. *Ephraim* (*b*) interpretatur *fructum ferens*. *Benjamin* interpretatur *oblivio*.
5. Divina charitate motus propter humanum genus veni ad ſalvandum nos.
6. Ex peccato.
7. Et (*c*) manifeſta Filium tuum ſuper terram, & ſalvi erimus.
8. 9. Prophetæ dicunt.
10. In tribulatione eſt vita noſtra.
11. In (*d*) dolore aſſidue.
12. Nam omnes homines contradicunt prædicationi noſtræ.
13. Nos (*e*) irriſui habent.
14. Ex peccato.
15. Appare ſuper terram, & ſalvi erimus.
16. Populum Judæorum, ut ceſſaret a peccato, hortatus es per legem.
17. A doctrinis Gentium eos ceſſare feciſti, & plantaſti in lege tua.
18. Præcepta tua appoſuiſti ei.
19. Sermones Prophetarum.
20. Mortificavit adverſarias poteſtates auxilium ejus, hoc eſt Deus ejus.
21. Et divinæ doctrinæ cuſtodiverunt Sanctos Dei (*f*).
22. Miſit Apoſtolos in mundum.
23. Et (*g*) uſque ad flumina doctrinas Apoſtolorum.
24. Ut quid abſtuliſti auxilium ſynagogæ:
25. Et dominantur in ea adverſariæ poteſtates?
26. Mors per peccatum.
27. Et Diabolus conſumpſit eam.
28. Deus virtutum veni ad nos.
29. Et de cælo miſerere, & attende.
30. Et viſita ſynagogam Judæorum.
31. Et perfice eandem ſynagogam in fide, quam plantavit Filius tuus, & (*h*) manus tua.
32. Et credere in Filium Hominis (*i*), quem confirmaſti eſſe Filium tuum æternum.
33. A peccato corrupta eſt, & conſumpta.
34. Adventu Filii tui conterentur adverſariæ poteſtates.
35. Fiat nobis auxilium tuum per Hominem, qui eſt dextera tua.
36. Et ſuper Filium Hominem, quem per te ipſum teſtatus es eſſe Filium tuum coæternum.
37. Et ſi in ipſo opitulaberis nobis, non amplius diſcedemus a te.
38. Et per eum vivificabis nos, & nomen tuum invocabimus.
39. Revoca nos, & manifeſta Filium tuum, & ſalvi erimus.
40. Oſtende nobis figuram ſubſtantiæ tuæ tibi in omnibus æqualem, & ſalvi erimus. *ad Hebr. 1. 3.*

Titu-

(*b*) *Ephraim* enim &c. *Benjamin* interpretatur *filius dexteræ*: *Manaſſes* interpretatur *oblivio*.
(*c*) Et *deeſt*.
(*d*) Et in.
(*e*) Et nos.

(*f*) Sanctos ejus.
(*g*) *In Cod. deeſt Comment. hujus verſ.*
(*h*) Et manus tua *deſunt in Cod.*
(*i*) Hominis, & perficere nos in ipſo, quem &c.

In finem, pro torcularibus, Psalmus Asaph. Psalm. LXXX.

1. EXsultate Deo adjutori nostro:
2. Jubilate Deo Jacob.
3. Sumite psalmum, & date tympanum,
4. Psalterium jucundum cum cithara.
5. Buccinate in neomenia tuba,
6. In insigni die solemnitatis vestræ.
7. Quia præceptum in Israel est:
8. Et judicium Deo Jacob.
9. Testimonium in Joseph posuit illud:
10. Cum exiret ipse de terra Ægypti:
11. Linguam quam non noverat, audivit.
12. Divertit ab oneribus dorsum ejus:
13. Manus ejus in cophino servierunt.
14. In tribulatione invocasti me, & liberavi te:
15. Exaudivi te in abscondito tempestatis:
16. Probavi te apud aquam contradictionis.

* Cod. Pal. — * Diapsalma.

* ℣. 18. Israel si audieris &c. ℣. 19. Non erit &c. * ℣. 20. Neque adorabis &c. ℣. 21. Ego enim &c. ℣. 22. Qui eduxi &c.

17. Audi populus meus, & contestor te Israel: *
18. Si audieris me, non erit in te deus recens:
19. * Neque adorabis deum alienum.
20. Ego enim sum Dominus Deus tuus:
21. Qui eduxi te de terra Ægypti:
22. Dilata os tuum, & implebo illud.
23. Et non audivit populus meus vocem meam:
24. Et Israel non intendit mihi.
25. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum:
26. Ibunt in adinventionibus suis.
27. Si populus meus audisset me:
28. Israel in viis meis si ambulasset:
29. Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem:
30. Et super tribulantes eos, misissem manum meam.
31. Inimici Domini mentiti sunt ei:
32. Et erit tempus eorum in sæcula.
33. Et cibavit eos ex adipe frumenti:
34. Et de petra melle saturavit eos.

Psalmus Asaph. Psalm. LXXXI.

1. DEus stetit in synagoga deorum: *
2. In medio autem deos dijudicat.
3. Usquequo judicatis iniquitatem:
4. Et facies peccatorum sumitis?

* Diapsalma.

5. Judicate egeno, & pupillo:

6. Hu-

* *deorum deest in textu. At in marg. eod. charact. adnotatur: in aliis Cod.* Deorum. * *Ita Cod. Pal.* * ℣. 9. 10. *sub unico vers.*

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem, pro torcularibus, Psalmus Asaph.* In fine (*b*) sæculorum pro excipientibus in semetipsis vinum lætitiæ Dominum nostrum Jesum (*c*). Deinde *Psalmus Asaph* perinde ac diceret, *colligenti* (*d*): hoc est Psalmus Filio Dei. Nam Asaph *colligens* interpretatur.

1. Gaudete in Domino semper.
2. Canticis spiritualibus ipsum glorificate.
3. Excipite gratiam Dei, & mortificate membra vestra peccato.
4. Corda vestra grata facite Deo mortificantes vos ipsos peccato.
5. Prædicate in gratia prædicationis.
6. In tempore passionis Dei nostri.
7. 8. (*e*) Quoniam ita præcepit Apostolis suis, qui eum viderunt. *Israel* enim interpretatur *Vir videns Deum*.
9. Passionem suam memoriam posuit in populo emundato a peccatis (*f*). *Joseph* enim interpretatur *oblatio opprobrii*, quod convenit illuminatis.
10. Cum (*g*) liberaret populum a peccatis eorum.
11. Dominicam prædicationem; quam non noverant, audiverunt gentes.
12. Discessit (*h*), & retro conversa est post hæc pervicacia Judæorum.
13. Apostoli in mundo stupore perculso prædicationem administrabant.
14. Ad populum loquitur: existens in peccatis invocasti me, & liberavi te.
15. Exaudivi te (*i*) in tenebris peccati.
16. In Baptismo.
17. 18. (*k*) In Baptismo contestatus est ei; vir videns Deum, si audieris me, non erit in te, quemadmodum nec antea fuit, ut postea dicit.
19. Neque rem creatam additamentum aliquod adorabis, sed solam Trinitatem.
20. 21. Ego enim sum Dominus, & Creator tuus, qui per passionem meam eduxi te e servitute peccati.
22. Aperi os tuum, & accipe Spiritum Sanctum.
23. Et increduli Judæi mihi non crediderunt.
24. Iidem Judæi negaverunt me.
25. Et dimisi eos in concupiscentiis cordium eorum.
26. In iniquitatibus suis.
27. Ipsi Judæi.
28. In justificationibus meis.
29. Diaboli potestates.
30. Super immundos spiritus.
31. Judæi, quæ ei promiserant in monte Sina adimplere, non fecerunt.
32. Et maledictio eorum perpetua est (*l*).
33. Fideles Pane Cælesti (cibavit).
34. Et de gratia sua eloquiis suis saturavit eos.

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus Asaph*, quod interpretatur *Psalmus in colligentem*, *&* *in Synagogam* seu *congregationem* Judæorum (*b*), utroque enim modo interpretatur *Asaph*, & *colligens*, & *synagoga*, seu *congregatio*: primum (*c*) igitur in Deum, deinde in Judæos.

1. Deus Verbum advenit in medio Judæorum.
2. In (*d*) manifesto autem redarguit eos.
3. Usquequo nihil verum facitis;
4. Hominibus placetis?
5. Justum judicium judicate, & opitulamini pupillo, & pauperi.

6. Et

(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) Hoc autem significat: in fine &c.
(*c*) Jesum Christum.
(*d*) *colligenti* filio Dei.
(*e*) *n.* 7. Quoniam &c. *n.* 8. Et voluntatem suam in Deo posuit.
(*f*) peccatis eorum.
(*g*) *n.* 10. In Baptismo.
(*h*) Discessit, & *desunt*
(*i*) ta cum esses in.
(*k*) *n.* 17. In &c. *n.* 18. Vir &c. *n.* 19. Non erit in te Deus, prius non existens, postea existens. *n.* 20. Neque rem creatam, aut additamentum &c. *n.* 21. Ego &c. *n.* 22. Qui per passionem &c.
(*l*) erit.
(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) Judæorum *deest*.
(*c*) Ita igitur interpretatur; primum quidem in Dominum, deinde &c.
(*d*) Et in m. r. eos.

6. Humilem & pauperem justificate.
7. Eripite pauperem, & egenum:
8. De manu peccatoris liberate eum.
9. Nescierunt *, neque intellexerunt:
* ℣. 9. 10. sub unico vers.
10. In tenebris ambulant:
11. Movebuntur omnia fundamenta terræ.
12. Ego dixi, dii estis, & filii Excelsi omnes:
13. Vos autem sicut homines morimini:
14. Et sicut unus de principibus caditis.
15. Surge Deus judica terram:
16. Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Canticum Psalmi Asaph.
Psalm. LXXXII.

1. Deus quis similis erit tibi?
2. Ne taceas, neque compescaris Deus.
3. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt:
4. Et qui oderunt te extulerunt caput.
5. Super populum tuum malignaverunt consilium:
6. Et cogitaverunt adversus sanctos tuos:

Tom. III.

7. Dixerunt, venite, & disperdamus eos de gente:
8. Et non memoretur nomen Israel ultra.
9. Quoniam cogitaverunt unanimiter simul,
10. Adversum te testamentum disposuerunt,
11. Tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ,
12. Moab, & Agareni,
13. Gebal, & Ammon, & Amalec,
14. Alienigenæ cum habitantibus Tyrum:
15. Etenim & Assur venit cum illis:
16. Facti sunt in adjutorium filiis Lot.
17. Fac illis sicut Madian & Sisaræ,
18. Sicut Jabin in torrente Cisson:
19. Disperierunt in Endor:
20. Facti sunt ut stercus terræ.
21. Pone principes eorum sicut Oreb, & * Zeb, & Zebee, & Salmana:
* ℣. 22. Et Zeb etc.
22. Omnes principes eorum.
23. Qui dixerunt, hæreditate possideamus nobis sanctuarium Dei.
24. Deus meus pone illos ut rotam:
25. Et sicut stipulam ante faciem venti.
26. Sicut ignis, qui comburet sylvam:
27. Et sicut flamma, quæ comburet montes.

T 28. Ita

---

6. Et humilibus ac pauperibus subvenite.
7. Injuria affectum.
8. Vindicate oppressum.
9. Neque cognoverunt, neque intellexerunt (*e*) quomodo ipsis præcepi.
10. Sed in peccato ambulant.
11. Transferantur omnes gentes in præcepta Judæorum.
12. Ego dixi, esse vos Deos gratia mea, & Filios Patris mei.
13. Vos autem veluti terra, & cinis permanetis in terrenis concupiscentiis.
14. Et tanquam Diabolus a Cælestibus præceptis caditis in terrena.
15. Tertia (*f*) die, & salva mundum.
16. Quoniam tu proprio tuo sanguine omnes gentes ad eas salvandas acquires.

Titulus præpositus continet (*a*): similiter ac antecedens Psalmus ioterpretationem habet in Dominum, & Judæos.

1. Non est aliquis ita potens & justus.
2. Ne diutius feras, quæ patrata sunt.
3. Dæmones exaltati sunt (*b*).
4. Et Judæi contra te elevati suot.
5. Contra populum tuum dolose egeruot.
6. Cootra Prophetas.
7. Dæmooes dixerunt contra Sanctos: venite, & tollamus eorum memoriam e terra.
8. Videntium Deum mente.
9. 10. (*c*) Et Dæmooes cum Judæis consilium iniverunt contra te.
11. Deficientes Dæmones, & exaudientes eos Judæi (*d*) *.
12. 13. (*e*) Et hospitantes in peccato. * *Gebal* interpretatur *populus deficiens*, quæ omnia de Judæis interpretantur.
14. Judæi cum Dæmonibus habitaotibus (†) idololatriam: * qualis est gens Judæorum. *Tyrus* autem interpretatur *angustia*, quale est peccatum.
15. *Assur* interpretatur *insidiæ*, quod de (*f*) populo Judaico dictum est.

* *Idumæa interpretatur deficiens. Ismael exauditio Domini.* * *Moab ex patre aut locusta. Agar advena. Gebal vorago vetus. Ammon de genere meo. Amalec interpretatur populus lingens, vel declinans.* * *Allophyli interpretantur cadentes cadavere aut potu.* * *elevationes rebellionis.*

16. Adjutores fuerunt filiis Diaboli. *Lot* enim interpretatur *exclusus*, qualis est Diabolus.
17. 18. (*g*) Fac illis sicut iniquitati, & Diabolo. *Sisar* enim interpretatur * *elevans rebelles*. *Jabin* interpretatur *ignominia exsiccata* in duritia eorum.
19. Disperiit intelligentia generationis eorum. *Endor* enim interpretatur *oculus generationis*.
20. Perditio facti sunt in mundo.
21. (*h*) Ut *corvum aridum*, ita enim interpretatur *Oreb*, & ut *lupum*, & ut *victimam*, & ut *umbram fluctuationis*. Hæc est enim illorum nominum interpretatio.
22. In gladio consume ut illos.
23. In captivitatem abducamus populum ejus, & templum ejus (*i*) diripiamus.
24. Io orbem versatos a trahentibus eos in peccatum.
25. Huc illos circumdelatos a dominantibus (*k*).
26. Ut ligna infructifera consume eos.
27. Sicut Divinitas tua comburit contrariam (*l*) potestatem.

28. In

(*e*) neque intelligunt quæ ipsis &c.
(*f*) Surge Deus tertie *etc.*
(*a*) cinnabari scriptus continet: *Canticum Psalmi Asaph*: similiter &c.
(*b*) Dæmones sonuerunt.
(*c*) *n.* 9. Quoniam Dæmones &c. iniverunt. *n.* 10. Consilium posuerunt contra te.
(*d*) Judæi: *Hoc enim significat nominum interpretatio*.
(*e*) *n.* 12. Qui ex patre sunt, & qui hospitantur, hoc est, in peccato. *n.* 13. *Gebal* interpretatur *vorago vetus*. *Ammon* autem interpretatur *filius populi mei*. *Amalec* autem interpretatur *populus deficiens*, *seu declinans* quæ omnia &c.
(†) habitantibus *deest*. idololatriam. *Alienigenæ* enim interpretantur *cadentes potu*, qualis est &c.
(*f*) de Juda.
(*g*) *n.* 17. Fac &c. *elevans rebellionem*. *n.* 18. *Jabin* &c. *exsiccata*. *Cisson* autem interpretatur *durities*. Simili modo Judæi fuerunt ignominia exsiccata in eorum duritie.
(*h*) *n.* 21. Ut *corvum* &c. *Oreb*. *n.* 20. Ut *lupum* &c.
(*i*) eorum.
(*k*) Dominantibus in eis.
(*l*) contrarias potestates.

28. Ita persequeris illos in tempestate tua:
29. Et in ira tua conturbabis eos.
30. Imple facies eorum ignominia:
31. Et quærent nomen tuum Domine.
32. Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi:
33. Et confundantur & pereant.
34. Et cognoscant, quia nomen tibi Dominus:
35. Tu solus altissimus in omni terra.

In finem, pro torcularibus filiis Core Psalmus. Psalm. LXXXIII.

1. QUam dilecta tabernacula tua Domine virtutum:
2. Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.
3. Cor meum & caro mea exsultaverunt in Deum vivum.
4. Etenim passer invenit sibi domum:
5. Et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos:
* Ꝟ. 7. Rex etc. Ꝟ. 2. Beati omnes ect. 6. Altaria tua Domine virtutum, Rex * meus, & Deus meus.
7. Beati qui habitant in domo tua:
8. In sæcula sæculorum laudabunt te.

* Diapsalma. * Cod. Pal.

9. Beatus vir, cui est auxilium ipsi abs * te: * in marg. Cod. apud te.
10. Ascensiones in corde suo disposuit,
11. In valle lacrymarum in loco, quem posuit.
12. Etenim benedictionem dabit legislator:
13. Ibunt de virtute in virtutem:
14. Videbitur Deus deorum in Sion.
15. Domine Deus virtutum exaudi orationem meam:

* Diapsalma. * Cod. P.

16. Auribus percipe Deus Jacob.
17. Protector noster aspice Deus:
18. Et * respice in faciem Christi tui. * Et deest.
19. Quia melior est dies una in atriis tuis, super millia:
20. Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis, quam * habitare in tabernaculis peccatorum. * Ꝟ. 21. Quam habitare etc. Ꝟ. 22. Quia etc.
21. Quia misericordiam, & veritatem diligit Dominus Deus,
22. Gratiam & gloriam dabit.
23. Dominus non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.
24. Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

In

---

28. In indignatione tua.
29. Cum eorum iniquitatibus perdes eos.
30. Corda eorum.
31. Et post ea cognoscent (*m*) auxilium tuum, & beneficia tua.
32. Semper, qui tibi non obediunt.
33. In die Judicii.
34. 35. In gloria (*n*) adventus tui cognoscant, quod quem contempserunt Filium Hominis, hic Dominus omnium est, & ipsi omnis lingua confitebitur, quoniam tu es Dominus altissimus in gloria Dei Patris Amen.

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem, pro torcularibus filiis Core Psalmus*, quod interpretatur in fine sæculorum pro habentibus in cordibus (*b*) vinum lætitiæ Dominum Nostrum Jesum. Deinde *filiis Core Psalmus*. *Core* enim interpretatur *calvus*. Calvus autem secundum legem *mundus* est.

1. Æterna tua refrigeria.
ad Philipp. 2. 23. 2. *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.*
3. Tota anima, & corpore in Deo inhæreo.
4. Omnis anima Sanctorum apud Deum requiem habet.
5. Et Filius Dei habet (*c*) rursus ubi habitare faciat Sanctos suos.
6. Corda Sanctorum tuorum (*d*), regnans (*e*) & dominans in me.
7. In superna Hierusalem.
8. Incessanter.
9. In quo inhabitavit gratia tua.
10. Cælestia cogitat, & operatur.
11. Humilians se (*f*), & plorans corde suo inhærente tibi.
Matth. xxv. 34. 12. In regno suo, dicit Dominus, *venite benedicti Patris mei accipite paratum vobis regnum* (*g*).
13. Ibunt ex gratia, quæ hic est in ipsis, in futuram vitam.
14. Videbitur Dei Filius (*h*) Deus deorum, qui tales gratia sunt, in adventu suo.
15. Imple petitiones meas.
16. Audi Deus Jacob.
17. Attende Deus.
18. Suscipe (*i*) Sanctos tuos.
19. Quia melior est æterna lux regni tui super sex millia annorum præsentis sæculi *. * Vide Psal. vi. et xi. et Præfationem.
20. Potius vexari cum populo (*k*) Dei, quam temporaria (*l*) voluptate peccati frui inter divites præsentis sæculi, qui non faciunt Dei voluntates.
21. Quoniam misericordia, & fide delectatur Deus.
22. Hæc facientibus in hoc sæculo dabit gratiam, & in futuro glorificabit eos.
23. Non enim privabit futuris bonis eos, qui nihil improbum faciunt.
24. Qui in te credit.

Titu-

(*m*) cognoscant.
(*n*) In glorioso tuo adventu &c. Patris nostri.
(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) cordibus suis.
(*c*) habet civitatem, ubi &c. suos *deest*.
(*d*) tuorum *abest*.
(*e*) *n.* 7. Regnans in me, & &c. *n.* 8. In superna &c.
(*f*) se ipsum.
(*g*) *regnum a constitutione mundi*.
(*h*) Videbitur Filius Deus &c.
(*i*) Et suscipe.
(*k*) cum sanctis Dei.
(*l*) *n.* 21. Quam temporaria &c. Dei voluntatem. *n.* 22. Quoniam &c. Dominus Deus.

In finem, filiis Core. Psalmus LXXXIV.

1. Benedixisti Domine terram tuam:
2. Avertisti captivitatem Jacob.
3. Remisisti iniquitates plebi tuæ:
4. Operuisti omnia peccata eorum.
5. Mitigasti omnem iram tuam:
6. Avertisti ab ira indignationis tuæ.
7. Converte nos Deus salutaris noster:
8. Et averte iram tuam a nobis.
9. Numquid in æternum irasceris nobis?
10. Aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
11. Deus tu conversus vivificabis nos:
12. Et plebs tua lætabitur in te.
13. Ostende nobis Domine misericordiam tuam:
14. Et salutare tuum da nobis.
15. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.
16. Quoniam loquetur pacem in plebem suam,
17. Et super Sanctos suos, & super eos, qui convertunt cor ad eum.
18. Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius,
19. Ut inhabitet gloria in terra nostra.
20. Misericordia & veritas obviaverunt:
21. Justitia & pax osculatæ sunt.
22. Veritas de terra orta est:
23. Et justitia de cælo prospexit.
24. Etenim Dominus dabit benignitatem:
25. Et terra nostra dabit fructum suum.
26. Justitia ante eum ambulabit:
27. Et ponet in via gressus suos.

Oratio David. Psalm. LXXXV.

1. Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me:
2. Quoniam inops & pauper sum ego.
3. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum:
4. Salvum fac servum tuum, Deus meus sperantem in te.
5. Miserere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die.
6. Lætifica animam servi tui:
7. Quoniam ad te * animam meam levavi. * Quoniam ad te Domine &c.
8. Quoniam tu Domine suavis, & mitis,
9. Et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.
10 Auribus percipe Domine orationem meam:
11. Et intende voci deprecationis meæ.
12. In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudisti me.

13. Non

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem, filiis Core Psalmus*, quod interpretatur *filiis peccati*. Core enim contradictione separatus (*b*) est adversus Deum. Igitur filiis contradictionis, hoc est peccati, populo Judæorum, & gentium Psalmus dictus est de iis, quæ in fine sæculorum præbita sunt ipsis a Deo.

1. Desiderio desiderasti salvare mundum. (*c*)
2. Liberasti Judæos (*d*) credentes tibi e servitute peccati.
3. Condonasti (*e*) omnes iniquitates mundo,
4. In oblivionem tradidisti omnia peccata ejusdem mundi.
5. Totus conversus es in misericordiam.
6. Propitius factus es universo generi humano.
7. Ad te ipsum congrega nos.
8. Et cessare fac maledictum, quod fuit ab Adam, & Cain, & reliquis.
9. Numquid permanebit sententia illa semper?
10. Transeuntem de generatione in generationem?
11. Deus tu, qui convertisti nos ex morte peccati, vivifica per gratiam tuam.
12. Credentes in te.
13. Filium tuum.
14. Spiritum Sanctum tuum.
15. Adjiciam jam mentem meam iis, quæ ab eo dicta (*f*) sunt in adventu suo.
16. Quoniam pacem suam donabit nobis.
17. Et super Apostolos suos, & super omnes credentes in eum.
18. Veruntamen proxima est salus timentium eum, & credentium ipsi.
19. Ut gratia Dei veniat in corda nostra (*g*).
20. Gentium & Judæorum populus simul crediderunt.
21. Similiter Judæorum, & Gentium populi conjucti sunt invicem in fide, & caritate.
22. Opera justitiæ de cordibus hominum.
23. Filius Dei advenit.
24. Spiritum suum Sanctum, & bonum donabit nobis.
25. Genus humanum opera justitiæ.
26. Joannes Baptista, & multitudo Prophetarum.
27. Et præcipiet in fide justificationes ejus.

Titulus præpositus continet (*a*): *oratia David*, hoc est, *manu forti*, ita enim interpretatur David, qualis est Filius Dei.

1. Benignam (*b*) mihi fac aurem tuam, & exaudi orationem meam.
2. Corde.
3. Muni animam meam, quoniam ego te colo.
4. Salva me servum tuum Deus, quoniam spero, quod me salvabis.
5. Indesinenter oro corde illuminato.
6. Per gratiam tuam.
7. In voluntate tua eam reposui.
8. Bonus, & mitis.
9. Et immensa est misericordia tua erga eos, qui confugiunt ad te.
10. Audi.
11. Et opus (*c*) effice orationem meam.
12. In tempore, quo perii a peccato deprecatus sum te, quoniam & alias me exaudisti.

13. Be-

(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) usus est.
(*c*) mundum tuum.
(*d*) ipsos Judæos.
(*e*) Pepercisti universo mundo tuo.
(*f*) mihi dicta.

(*g*) vestra.
(*a*) cinnabari scriptus cont- &c. *David manu potens*, qualis &c.
(*b*) Cupida tui sit oratio mea.
(*c*) Et effectum da orationi meæ.

13. Non eſt ſimilis tui in diis Domine:
14. Et non eſt ſecundum opera tua.
15. Omnes gentes, quaſcumque feciſti, venient,
16. Et adorabunt coram te Domine,
17. Et glorificabunt Nomen tuum.
18. * Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia:
19. Tu es Deus ſolus.
20. Deduc me Domine in via tua:
21. Et ingrediar in veritate tua.
22. Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.
23. Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo:
24. Et glorificabo nomen tuum in æternum.
25. Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me:
26. Et eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
27. Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me:
28. Et ſynagoga potentium quæſierunt animam mem:
29. Et non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
30. Et tu Domine Deus meus, miſerator, & miſericors,
31. Patiens, & multæ miſericordiæ, & verax:
32. Reſpice in me, & miſerere mei.
33. Da imperium tuum puero tuo:
34. Et ſalvum fac filium ancillæ tuæ.
35. Fac mecum ſignum in bonum:
36. Ut videant, qui oderunt me, & confundantur.
37. Quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me.

* ℣. 18. 19 ſub unico verſ.

Filiis Core pſalmus Cantici, Pſalm. LXXXVI.

1. FUndamenta ejus in montibus ſanctis:
2. Diligit * Dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Jacob.
3. Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei.
4. Memor ero Rahab, & Babylonis ſcientium me.

* Diligit *etc.* Super *etc.* *verſ. duo ſub unico num.*

ⁿ Diapſalma.

* *Cod. P.*

5. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi ⁿ fuerunt illic.
6. Mater Sion, dicet homo:
7. Et homo natus eſt in ea:
8. Et ipſe fundavit eam Altiſſimus.
9. Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.
10. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.

* ℣. 6. Hi *etc.* Mater *etc.* Et homo *etc.* *Verſ. tres ſub unico num.* ℣. 7. Et ipſe *etc.* ℣. 8. Dominus *etc.* Diapſalma. ℣. 9. Et principum *etc.* ℣. 10. Sicut *etc.*

Can-

---

13. Benignus.
14. Ita liberans, & ſalvans.
15. Ad tremendum tuum Baptiſma (*d*).
16. Flectet omne genu.
17. Et omnis lingua confitebitur tibi (*e*), *quia Dominus Jeſus in gloria Dei Patris, Amen.*
18. 19. Inenarrabilis (*f*).
20. 21. (*g*) Duc me Domine in fide tua in omne opus bonum.
22. Gratia Sancti Spiritus tui impleatur cor meum, ut timeam nomen tuum.
23. Interminabiliter laudabo te.
24. In omni tempore.
25. Quoniam condonaſti (*h*) mihi multitudinem peccatorum meorum.
26. E Diabolo.
27. Adverſariæ poteſtates.
28. Exercitus Diaboli.
29. Et non cogitaverunt, quod tuipſe (*i*) inſpectas, quæ ipſi faciunt.
30. Et novi Domine Deus meus, quoniam miſerator, & miſericors es.
31. Patiens, & indeſinenter miſereris, & in veritate.
32. Attende Domine, & miſerere mei.
33. Da gratiam tuam ſervo tuo.
34. Et ſalva populum ſynagogæ Judæorum.
35. Mortuum me vivifica.
36. Contrariæ poteſtates.
37. Quoniam tu Domine adjuviſti me, & recreaſti me a labore, & onere peccatorum meorum.

* *ad Philip. 11. 10.*

Titulus præpoſitus continet (*a*) *filiis Core Pſalmus cantici*: hoc eſt mundis corde Pſalmus canitur,
1. Teſtimonia adventus, & paſſionum ejus in Prophetis.
2. Apoſtolos diligit Dominus ſupra multitudinem Judæorum.
3. Magna, & (*b*) mirabilia dicta ſunt de te ſuperna Hieruſalem.
4. Eccleſiæ (*c*) Judæorum (*a*) credentium in me. *Rahab* interpretatur *dilatata*. *Babylon* autem interpretatur *confuſio*, quales ſunt gentes.
5. Et ecce *credentes* (*d*): ita enim interpretantur *alienigenæ*. Deinde *Tyrus* hoc eſt *anguſtia*, & * populus humilis denigratus a peccato, hi omnes in lavacro renovati ſunt.
6. Matrem vocant Eccleſiam, ubi confeſſio ſingulorum Fidelium.
7. 8. (*e*) Et Altiſſimus Homo advenit in eam, & ipſe fundavit eam.
9. Dominus hæc ipſa narrabit in ſcripturis Judæorum, & Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, qui ſunt in Eccleſia Fidelium.
10. Sicut exercitus Sanctorum Angelorum ſemper lætantium, ita eſt habitatio in te.

* *populus Æthiopum*

Titu-

(*d*) tribunal.
(*e*) tibi *non legitur*.
(*f*) Inenarrabilia.
(*g*) *n.* 20. Duc &c. fide tua. *n.* 21. Et procedam in omne &c.
(*h*) condonaverunt. *mendoſe*.
(*i*) quod tu eos &c.
(*a*) cinnabari ſcriptus cont. &c.
(*b*) & *deeſt*.
(*c*) Eccleſiæ Gentium credentium &c. *Rahab* enim interpretatur *confuſio*, quales &c.
(*a*) Aliquid deeſſe videtur, atque ita legendum exiſtimo. *Eccleſiæ Judæorum & Gentium credentium in me: Rahab* enim interpretatur *dilatata* *, *quod convenit in Judæos*. *Babylon* autem &c.
(*d*) Et ecce *qui ceciderunt*: ita &c.
(*e*) Et Altiſſimus &c. *n.* 8. Dominus &c. Judæorum. *n.* 9. Et Apoſtolorum. *n.* 10. Sicut &c. in te ſuperna Hieruſalem.

* *Deuter.* xxxii. 15

Canticum psalmi filiis Core, in finem pro Mabeleth, ad respondendum sermonem intellectus Æthan Israelitæ.
Psalm. LXXXVII.

1. DOmine Deus salutis meæ,
2. Die clamavi, & nocte coram te.
3. Intret in conspectu tuo oratin mea:
4. Inclina aurem tuam ad precem meam.
5. Quia repleta est malis anima mea:
6. Et vita mea inferno appropinquavit.
7. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum:
8. Factus sum sicut homo sine adjutorin, inter mortuos liber.
9. Sicut vulnerati dormientes in sepulcro *, quorum non es memor amplius:

* in sepulcris. *In marg.* sepulcro.

10. Et ipsi de manu tua repulsi sunt.
11. Pnsuerunt me in lacu inferiori,
12. In tenebrosis, & in umbra mortis.
13. Super me confirmatus est furor tuus:
14. Et omnes elevationes tuas induxisti super me.
15. Longe fecisti notos meos a me:
16. Pnsuerunt me abominationem sibi.
17. Traditus sum, & non egrediebar:
18. Oculi mei languerunt præ inopia.
19. Clamavi ad te Domine tota * die:
20. Expandi ad te manus meas.
21. Numquid mortuis facies mirabilia?

* ℣. 20. Tota *etc.* manus meas.

* Diapsalma.

* *Cod. P.*

22. Aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?
23. Numquid narrabit aliquis in tenebris * mirabilia tua?

* in sepulcro misericordiam tuam?

24. Et veritatem tuam in perditione?
25. Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua?
26. Et justitia tua in terra oblivioni tradita?
27. Et ego ad te Domine clamavi:
28. Et mane nratio mea præveniet te.
29. Ut quid Domine repellis animam meam?
30. Avertis faciem tuam a me?
31. Pauper sum ego, & in laboribus a juventute mea:
32. Exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus.
33. In me transierunt iræ tuæ:
34. Et terrores tui conturbaverunt me.
35. Circumdederunt me sicut aqua tota * die:
36. Circumdederunt me simul.

* ℣. 36. Tota die *&c.* ℣. 37. Elongasti, *&c.* ℣. 38. Et notos *&c.*

37. Elon-

Titulus præpositus (*a*) continet: *Canticum psalmi filiis Core, in finem pro Mabeleth, ad respondendum sermonem intellectus Æthan Israelitæ*. Hæc igitur est interpretatio inscriptinnis. *Core contradictor* factus est contra Deum. *Mabeleth* autem interpretatur *primitiæ*. *Æthan* autem interpretatur *altissimus*. *Israelita* autem interpretatur *Vir videns Deum*. Canticum igitur Psalmi est etiamnum contradicentibus, hoc est populn Judæorum pro primitiis, nempe Christn respondente in intellectum, ipsi Altissimo Dei Filio videnti Patrem. *Nemo vidit Patrem, nisi qui Patris est:* quemadmodum dixit in Euangelio. Ex persona igitur Judæorum convertentium se ad Dominum est Psalmus.

Joan. Eu. 1. 18. vi. 46.

1. Domine Deus vitæ meæ.
2. Incessanter.
3. Non prohibebunt peccata mea ne ad te accedat deprecatio mea.
4. Libenter excipe supplicatinnem (*b*) meam.
5. Quia repleta est peccatis anima mea.
6. Et propterea vita mea Christus inferno appropinquavit, ut liberaret me.
7. Et reputatus est Dominus cum infirmis (*c*), & morientibus.
8. Et factus est Dominus (*d*) tanquam homo sine adjutorio inter mortuos liber, hoc est non debens mortem.
9. Sicut peccatores morientes, quorum nulla (*e*) est memnria.
10. Viventes enim depulsi sunt de auxilio tuo.
11. Dæmones in peccato.
12. In concupiscentiis mundi, & mortis.
13. Iratus es mihi.
14. Minas tuas.
15. Prophetas.
16. Odinsum.
17. Detentus sum a peccato, & non potui absistere.
18. Oculi mentis meæ infirmati sunt, quod sine adjutorio essem.
19. Deprecor te,
20. Cor meum ad te intendi.
21. Numquid postquam mortuus fuero facies super (*f*) me mirabilia tua?
22. Aut Medici possunt me suscitare, ut confitear tibi?
23. Numquid in sepulcro dabit (*g*) mihi veniam peccatorum meorum?
24. Et discam facere justificationes tuas, postquam reversus fuero in terram, ex qua sumptus sum?
25. Numquid qui in peccato sunt, possunt cognoscere mirabilia tua?
26. Et justitia tua numquid potest intelligi in corde derelicto?
27. Non (*h*) aliud auxilium mihi proposui, nisi te.
28. Cum lux tua in corde meo exoritur, oratio mea te præstolabitur (*i*).
29. Projicis me?
30. Non exaudis (*k*) me?
31. Sine adjutorin sum, & in peccatis a principio.
32. Gloriatus autem humiliatus sum, & abjectus.
33. Tolerantiæ (*l*) in lege tua.
34. Minæ tuæ.
35. Continuerunt me.
36. Indesinenter.

37. Omnes

(*a*) cinnabari scriptus continet *&c.* ad respondendum intellectus *&c.* Canticum igitur Psalmi contradictoribus est, hoc *etc.* Christo. Respondent in intellectum *etc. nisi qui ex Patre est*, quemadmodum *etc.* convertentium se est Psalmus.
(*b*) deprecationem.
(*c*) infirmis, & *non leguntur*.
(*d*) est Mundus homo *&c.*
(*e*) quorum non amplius memoria.
(*f*) in me.
(*g*) dabit veniam peccatorum nostrorum?
(*h*) Et ego non aliud *&c.*
(*i*) præstolatur.
(*k*) exaudies.
(*l*) Maledictiones, quæ in *&c.*

37. Elongasti a me amicum,
38. Et proximum, & notos meos a miseria.

Intellectus Etham Israelitæ.
Psalm. LXXXVIII.

1. Misericordias tuas Domine in æternum cantabo;
2. In generationem, & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.
3. Quoniam dixisti, in æternum misericordia ædificabitur:
4. In cælis præparabitur veritas tua,
5. Disposui testamentum electis meis:
6. Juravi David servo meo.
7. Usque in æternum præparabo semen tuum:
8. Et ædificabo in generationem, & generationem Sedem tuam.

* Cod. P. — * Diapsalma.

9. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine:
10. Etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum,
11. Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino?
12. Similis erit Domino in filiis Dei?
13. Deus, qui glorificatur in consilio Sanctorum,
14. Magnus & terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt,
15. Domine Deus virtutum, quis similis tibi?
16. Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.
17. Tu dominaris potestati maris:
18. Motum autem fluctuum ejus tu mitigas.
19. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum:
20. In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
21. Tui sunt cæli, & tua est terra:
22. Orbem terræ, & plenitudinem ejus tu fundasti.
23. Aquilonem, & mare tu creasti:
24. Thabor & Hermon in nomine tuo exsultabunt:
25. Tuum brachium cum potentia.
26. Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.
27. Justitia & judicium, præparatio sedis tuæ.
28. Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam:
29. Beatus populus, qui scit jubilationem.
30. Domine in lumine vultus tui ambulabunt:
31. Et in nomine tuo exsultabunt tota die:
32. Et in justitia tua exaltabuntur.
33. Quoniam gloria virtutis eorum tu es:
34. Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
35. Quia Domini assumptio,
36. Et Sancti Israel regis nostri.
37. Tunc locutus es in visione filiis tuis,
38. Et dixisti: posui adjutorium in potente:

39. Exal-

---

37. Omnes Sanctos tuos (*m*).
38. Prophetas, & Apostolos ab omni peccato.

Titulus appositus continet (*a*): *intellectus Æthbam Israelitæ:* hoc est, gratiæ Altissimi Dei seminantis Psalmus. Intellectus enim bonus gratia ipsius est. *Æthbam* autem interpretatur *Altissimus*, *Israelita* autem interpretatur *Deus seminans*.

1. Quæ fecisti in singulis generationibus filiis hominum.
2. Præcepta tua prædicabo.
3. Quia indesinenter denunciasti populum misericordiam adeptum possidere in ædificationem.
4. In Sanctis fides (*b*).
5. Annunciavi Sanctis regnum meum (*c*).
6. Juxta (*d*) David mitibus corde.
7. Producam in mundo.
8. Regnum tuum.
9. Narrabunt Apostoli (*e*), & Sancti mirabilia tua.
10. Etenim fidem tuam in multitudine Sanctorum.
11. 12. (*f*) Quis Prophetarum, aut Sanctorum æqualis esse potest Domino? Illi enim gratia ejusdem Jesu sunt Dei filii, Ipse autem natura.
13. In cordibus eorum.
14. Incomprehensibilis, & Omnipotens est super omnes Sanctos suos.
15. Benignus, & misericors.
16. Sancti tui.
17. Totius simul Universi potestatem (*g*) habes ut ejusdem Creator.
18. Tentationes ejus infirmas facis.
19. Diabolum.
20. In fortitudine Filii tui perdidisti contrarias potestates.
21. Tui sunt (*h*) Sancti tui in cælo, & gentes credentes in te: similiter & cælum, & terra tua sunt, quia ea creasti.
22. Omnes simul homines fundasti in fide tua.
23. Adversantes tibi Judæos, & mundum tu rursus renovasti.
24. (1) Electi tui, & (2) peccatores in nomine tuo gaudebunt.
25. Filius tuus (*i*), qui potens est.
26. Regnet Filius tuus, & glorificetur tuus Unigenitus.
27. Severitas, & æquitas in tuo Tribunali.
28. In præsenti autem sæculo fides, & misericordia acceptæ apud te.
29. Qui ex corde suo gemit.
30. In gratia Filii tui.
31. Indesinenter in æterna futura luce gaudebunt.
32. Et in Filio tuo glorificabuntur.
33. Quoniam in te gloriantur, & corroborantur.
34. Et in voluntate tua, & Filii tui dirigetur (*j*) potestas nostra, quam nobis ab initio dedisti.
35. 36. Quoniam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti assumptio nostra.
37. Tunc Judæis in ænigmatibus per Prophetas locutus es,
38. Et dixisti, in Filio meo adjuvabo vos.

(1) *Thabor electus lætus.*
(2) *Ermone anathematizatus.* Lexic. Origen.

39. Cho-

(*m*) tuos *non legitur*.
(*a*) cinnabari scriptus continet &c.
(*b*) fides tua.
(*c*) tuum.
(*d*) Iis, qui juxta David mites sunt, secundum cor meum.
(*e*) Apostoli, & *desunt*.
(*f*) *n.* 11. Quis &c. Domino. *n.* 12. Illi &c.
(*g*) tu potestatem.
(*h*) Tui sunt & Sancti &c. tamen & &c. *leg. vid.* similiter.
(*i*) Filius tuus potens.
(*j*) Dirigatur.

39. Exaltavi electum de plebe mea.
40. Inveni David servum meum:
41. Oleo sancto meo unxi eum.
42. Manus enim mea auxiliabitur ei.
43. Et brachium meum confortabit eum.
44. Nihil proficiet inimicus in eo:
45. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei.
46. Et concidam a facie ipsius inimicos ejus:
47. Et odientes eum in fugam convertam.
48. Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso:
49. Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus:
50. Et ponam in mari manum ejus:
51. Et in fluminibus dexteram ejus.
52. Ipse invocabit me: Pater meus es tu,
53. Deus meus, & susceptor salutis meæ.
54. Et ego primogenitum ponam illum,
55. Excelsum præ regibus terræ.
56. In æternum servabo illi misericordiam meam:
57. Et testamentum meum fidele ipsi.
58. Et ponam in sæculum sæculi semen ejus:
59. Et thronum ejus sicut dies cæli.
60. Si autem dereliquerint filii ejus legem meam:
61. Et in judiciis meis non ambulaverint.
62. Si justitias meas profanaverint:
63. Et mandata mea non custodierint.
64. Visitabo in virga iniquitates eorum:
65. Et in verberibus peccata eorum.

66. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis.
67. Neque nocebo in veritate mea.
68. Neque profanabo testamentum meum:
69. Et quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita.
70. Semel juravi in sancto meo, si David mentiar?
71. Semen ejus in æternum manebit *. * manet.
72. Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo.
73. Et sicut luna perfecta in æternum:

* Diapsalma. * Cod. Pal.

74. Et testis in cælo fidelis.
75. Tu vero repulisti & despexisti,
76. Distulisti Christum tuum,
77. Evertisti testamentum servi tui:
78. Profanasti in terra sanctuarium ejus.
79. Destruxisti omnes sepes ejus:
80. Posuisti firmamentum ejus formidinem.
81. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam:
82. Factus est opprobrium vicinis suis:
83. Exaltasti dexteram deprimentium eum:
84. Lætificasti omnes inimicos ejus.
85. Avertisti adjutorium gladii ejus:

86. Et

---

39. Chorum Sanctorum Apostolorum elegi, & glorificavi.
40. Inveni populum desideratum (*k*).
41. In Spiritu Sancto meo eumdem fidelem populum dilexi (*l*).
42. Nam Filius meus protegit ipsum.
43. Et idem Filius meus confortat (*m*) eum.
44. Non dominabitur in eum Diabolus.
45. Idem adversarius nihil poterit adversus eum.
46. Adversarias potestates.
47. Dæmones subjiciam ipsis.
48. Et Spiritus Sanctus meus, & Filius meus non separabuntur a populo fideli.
49. Regnum populi.
50. In mundo dominationem ejus.
51. Et in gentibus præcepta ipsius.
52. *Pater noster, qui es in cælis.*
53. *Ne inducas nos* (*n*) *in tentationem, sed libera nos a malo.*
54. In Regno Cælorum.
55. Glorificatum super (*o*) reges.
56. Indesinenter.
57. Et passiones (*p*) fideles ipsi.
58. Opera justitiæ ejus.
59. Et regnum ipsius interminabile.
60. In concupiscentiis cordium eorum sequentur.
61. Et declinabit cor eorum in vanitatem.
62. In intemperantias convertentur.
63. Et omnino a me discedent (*q*).
64. Quem enim diligo, corrigo & castigo.
65. Flagello autem in infirmitate & tribulatione, omnem filium expectans ad pœnitentiam.

66. Ca-

66. Castigans autem eos non morti tradam.
67. Neque projiciam eos convertentes se in præceptis meis.
68. Neque omnino exterminabuntur.
69. Et quæ promitto, non destituo.
70. Semel constitui in Filio meo David, non mentiar.
71. Sancti (*r*).
72. Regnum ipsorum (*s*) effulgebit.
73. Similiter regnum ipsius fundatum est.
74. Hoc dicitur de (*t*) Patre, & de Filio, & de Spiritu Sancto: de Patre quidem, quoniam e cælo dixit: *hic est Filius meus dilectus:* de Filio autem, quia passus est in terra: de Sancto autem Spiritu, quia testimonium perhibuit de Filio, quemadmodum Dominus dixit: *cum autem venerit Paracletus Spiritus veritatis, ille testimonium perhibebit de me.* Jo. xv. 26.
75. Tu autem popule Judæorum repulisti, & despexisti Filium Dei Regem tuum.
76. Alium Christum præter eum expectans.
77. Populi Judæorum.
78. Abstulisti gratiam tuam a Sanctuario eorum.
79. Abstulisti adjutorium tuum ab ipsis.
80. Audaciam (*u*) eorum convertisti in formidinem.
81. In captivitatem abduxerunt eos gentes.
82. In servitutem facti sunt gentibus (*x*).
83. Permisisti, ut homines in eos dominarentur.
84. Sivisti eos ab ipsis jactari (*y*).
85. Infirmi facti sunt.

86. Non

(*k*) desideratum: ita enim interpretatur David.
(*l*) sanctificavi.
(*m*) confortabit.
(*n*) me. *ita paulo post.*
(*o*) apud Reges terræ.
(*p*) passiones meæ.
(*q*) discesserint.

(*r*) Hoc est Sancti.
(*s*) ejus.
(*t*) & de Patre, & *&c.*
(*u*) Fiduciam ejus.
(*x*) gentibus suis.
(*y*) spoliari.

86. Et non es auxiliatus ei in bello.
87. Destruxisti ab emundatione sua:
88. Et sedem ejus in terra collisisti.
89. Minorasti dies temporis ejus:
90. Perfudisti eum confusione.

* Cod. P. * Diapsalma.

91. Usquequo Domine avertis in finem?
92. Exardescet sicut ignis ira tua?
93. Memorare quæ mea substantia:
94. Numquid enim vane constituisti omnes filios hominum?
95. Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem?
96. Eruet manum suam de manu inferi?
97. Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine:
98. Quas jurasti David in veritate tua?
99. Memor esto Domine opprobrii servorum tuorum,
100. Quod continui in sinu meo multarum gentium.
101. Quod exprobraverunt inimici tui Domine,
102. Quod exprobraverunt commutationem Christi tui.
103. Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.

Oratio Moysi Hominis Dei, Psalm. LXXXIX.

1. Domine refugium factus es nobis in generatione & generatione.
2. Priusquam montes fierent, & formaretur terra, & orbis,
3. Et a sæculo, & usque in sæculum tu es.
4. Ne avertas hominem in humilitatem:
5. Et dixisti: convertimini filii hominum.
6. Quoniam mille anni ante oculos tuos Domine, tamquam * dies,
7. Dies hesterna, quæ præteriit, & custodia in nocte, * ℣. 7. Tamquam &c. in nocte.
8. Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.
9. Mane sicut herba transeat:
10. Mane floreat, & transeat:
11. Vespere decidat, induret, & arescat.
12. Quia defecimus in ira tua:
13. Et in furore tuo turbati sumus.
14. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo:
15. Sæculum nostrum, in illuminatione vultus tui.

16. Quo-

---

86. Non amplius curam de illis gessisti (z).
87. Eorum circumcisionem reprobasti (aa).
88. Gloriam eorum, & superbiam in pulverem deduxisti.
89. Æterna vita privati sunt.
90. Et in præsenti, & in futuro sæculo.
91. Propheta pro ipsis deprecatur: *Quare perpetuo averseris eos?*
92. Super eos in adventu tuo.
93. Quod terra, & pulvis sum,
94. Numquid fecisti homines, ut perderes?
95. 96. Quis hominum potest vivere, & non videre mortem? Et si viderit mortem, quis potest eruere animam suam, nisi tu solus, qui propter nos homo factus es? Etenim non solum se ipsum suscitavit, sed *multa corpora Sanctorum, qui dormierant*. Matth. XXVII. 52.
97. 98. Ubi sunt misericordiæ, quas promisisti Filio tuo facere super omnes?
99. 100. Recordare Domine quod opprobriis afficimur ab adversariis potestatibus dicentibus, ubi sunt, quæ promisit Deus ostendere (bb) Genti David?
101. (cc) Judæi.
102. Quando conviciati sunt Filio tuo, qui dedit seipsum commutationem pro populo tuo, qui unctus est.
103. Amen, amen.

Titulus præpositus continet (a): *oratio Moysi Hominis Dei*. Hæc igitur interpretatio est. *Moyses assumptio* interpretatur. Omnis igitur homo Dei orat appositum Psalmum assumptioni hoc est Filio Dei. Non enim dixit, *oratio Moysis*, sed *Moysi* proinde ac si dixisset assumptioni (b), hoc est Filio Dei, sicut antea diximus, quod unusquisque homo Dei ita orat quemadmodum psalmus continet.

1. Ab Abel, & (c) in singulis generationibus.
2. 3. (d) Nam sicut Deus æternus ante omnia existens, ut omnium Creator, neque habuit dierum principium, neque habebit vitæ finem.
4. Ne ita finas nos in peccatis existentes reverti in terram, ex qua sumpti sumus.
5. Et dixisti: *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat.*
6. Dies judicii,
7. Sicut dies, quæ præteriit, ita transit (e) & dies judicii: & quemadmodum in nocte custodia est, ita & post diem judicii securitas erit, & æternæ vitæ, & æterni supplicii.
8. Supplicia eorum, in quibus (f) fine ulla temporis mensura permanebunt.
9. Infantia sicut herba transeat.
10. Et rursus statim adolescentia adolescet in juventutem, & ipsa similiter pertransibit.
11. Cum autem senuerit incurvabitur, & morietur.
12. Quoniam peccantibus nobis per inobedientiam iratus es, & avertisti (g) nos.
13. Quoniam reliquisti me, & (h) te irascente exterminati sumus.
14. Descriptæ sunt iniquitates nostræ coram te.
15. Vita nostra illuminetur adventu tuo.

16. Quo-

(z) geram.
(aa) dissolverunt.
(bb) demonstrari gentes Dei?
(cc) n. 101. Judæi *deest*.
(a) cinnabari scriptus continet: *oratio Moysi homini Dei*.
(b) assumptioni filio Dei &c.
(c) *deest* &.
(d) n. 2. Nam &c. existis *pro existens* &c. n. 3. Neque habes d. p. neque vitæ finem.
(e) ita advenit & &c. securitas est &c.
(f) in quæ tradentur, sine &c.
(g) convertisti nos eo, unde sumpti sumus.
(h) n. 13. Et te irascente in nihilum redacti sumus.

16. Quoniam omnes dies nostri defecerunt:
17. Et in ira tua defecimus.
18. Anni nostri sicut aranea meditabuntur:
19. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni:
20. Si autem in Potentatibus octoginta anni:
21. Et amplius eorum labor, & dolor.
22. Quoniam supervenit mansuetudo super nos, & corripiemur.
23. Quis novit potestatem iræ tuæ?
24. Et præ timore tuo iram tuam dinumerare?
25. Dexteram tuam sic notam fac mihi:
26. Et eruditos corde in sapientia.
27. Convertere Domine, usquequo?
28. Et deprecabilis esto super servos tuos.
29. Repleti sumus mane misericordia tua Domine *:
30. Et exsultavimus *, & delectati sumus,
31. In * omnibus diebus nostris.
32. Lætati sumus:
33. Pro diebus quibus nos humiliasti:
34. Annis, quibus vidimus mala.
35. Et respice in servos tuos, & in opera tua:
36. Et dirige filios eorum.
37. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos:
38. Et opera manuum nostrarum dirige super nos:
39. Et opus manuum nostrarum dirige.

* *Deest* Domine. * exultabimus. * ℣. 31. 32. *sub unico num.*

Laus cantici David, sine titulo apud Hebræos. Psalm. XC.

1. QUi habitat in adjutorio Altissimi,
2. In protectione Dei cæli commorabitur.
3. Dicet * Domino: susceptor meus es tu:
4. Et refugium meum: Deus meus, sperabo in eum:
5. Quoniam ipse liberabit te de laqueo venantium,
6. Et a verbo aspero.
7. Scapulis suis obumbrabit tibi:
8. Et sub pennis ejus sperabis.
9. Scuto circumdabit te veritas ejus:
10. Non timebis a timore nocturno.
11. A sagitta volante in die:
12. A negotio perambulante in tenebris,
13. Ab incursu, & dæmonio meridiano.
14. Cadent a latere tuo mille,
15. Et decem millia a dextris tuis:
16. Ad te autem non appropinquabit.
17. Veruntamen oculis tuis considerabis:

* ℣. 3. Dicet Domino susceptor meus es tu, & refugium meum. ℣. 4. 5. Deus meus sperabo in eum: Quoniam ipse liberabit me &c.

18. Et

16. Quoniam jam completum est hoc sæculum.
17. Nam priori sæculo nongentorum annorum erat vita hominum, nunc autem diminuta est in centum viginti annos.
18. Anni nostri miserabiles, & infirmi facti sunt.
19. 20. 21. Nam ad septuaginta, & octoginta annos pervenimus, si autem longius vixerit homo labor est, & dolor propter peccatum, quod est in mundo.
22. Quoniam Filius Dei venit, & edocti sumus contemnere hanc vitam.
23. Quis novit æterna supplicia?
24. Habens timorem tuum potest cognoscere judicium tuum.
25. Potentiam tuam per timorem tuum fac (*i*) me intelligere.
26. Et humiles corde repletos gratia tua fac me agnoscere.
27. Veni ad nos Domine.
28. De anterioribus temporibus peccati.
29. Exoriente te, impleti sumus gratia tua.
30. In Spiritu Sancto.
31. (*k*) In omni opere bono.
32. In præsenti sæculo.
33. 34. Tempore peccati.
35. Credentes in te.
36. Opera eorum bona.
37. Gratia ipsius.
38. Et bonas nostrorum cordium supplicationes adimple in (*l*) nobis.
39. Et voluntatem deprecationis nostræ dirige in omne opus bonum.

Titulus præpositus continet (*a*): *Laus cantici David, sine titulo apud Hebræos* (*b*), hoc est *manu forti*, nempe Dei Filio. Illud autem: *sine titulo* aut *inscriptione apud Hebræos*, hoc, ut reor, significat; hic Psalmus inscriptus non est in cordibus Hebræorum. Præcipit enim ipsis Psalmus, ut permaneant in Deo ejusque adjutorio, Hebræi autem noluerunt permanere. Itaque recte Psalmus inscriptus est sine titulo apud Hebræos, utpote qui non permanserunt in adjutorio Altissimi, ut eos redarguens & alio loco dicit: * *ipsi non permanserunt in adjutorio* (*c*) *meo*, *& ego neglexi eos dicit Dominus*.

* *Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* ad Hebr. VIII. 9.

1. Omnem curam spei suæ habens in Deo. (*d*)
2. Munitus est gratia ipsius.
3. (*e*) Dicit enim orans Dominum ne finas, ut me Domine aliquis dominetur.
4. Ab omni tempestate portus mihi es Deus meus, credo enim in te.
5. Ab omni avaritia.
6. Et ab omni Diabolica doctrina.
7. In donis (*f*) suis refocillabit te.
8. Et in duobus testamentis ejus credens salvus
9. Invulnerabilem te custodiet gratia ipsius.
10. Ab (*g*) omni comminatione Diaboli.
11. Ab (*h*) astu Dæmoniaco.
12. Ab omni voluptate (*i*) Diaboli.
13. Ab omni peccato permanente, & Dæmonio effundente in te concupiscentias pravas.
14. (*k*) Signato te signo Crucis suæ.
15. Omnes adversariæ potestates conterentur.
16. Et earum nulla approximabit tibi.
17. Vigila tamen mentis oculis.

18. Et

(*i*) faciam intelligere.
(*k*) *n.* 31. 32. In omni &c. *n.* 33. In præsenti &c. *n.* 34. Tempore &c.
(*l*) super nos.
(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) *Hebræos*. Hoc igitur dicit: Laus *cantici David*, hoc est &c.
(*c*) *testamento* &c.
(*d*) ad Deum.
(*e*) *n.* 1. Domine Deus meus, susceptor meus es tu. *n.* 4. 5. Ab avaritia.
(*f*) In canticis &c.
(*g*) Ab omni deceptione inimici.
(*h*) Ab *deest*.
(*i*) Deceptione.
(*k*) *n.* 14. 15. 16. *Unus Comment.*

18. Et retributionem peccatorum videbis.
19. Quoniam tu es Domine spes mea:
20. Altissimum posuisti refugium tuum.
21. Non accedet ad te malum:
22. Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
23. Quoniam Angelis suis mandavit de te,
24. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.
25. In manibus portabunt te:
26. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum,
27. Super aspidem, & basiliscum ambulabis:
28. Et conculcabis leonem, & draconem.
29. Quoniam in me speravit, & liberabo eum:
30. Protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.
31. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum:
32. Cum ipso sum in tribulatione:
33. Eripiam eum, & glorificabo eum.
34. Longitudine dierum replebo eum:
35. Et ostendam illi salutare meum.

Psalmus cantici, in diem Sabbati.
Psalm. XCI.

1. BOnum est confiteri Domino,
2. Et psallere nomini tuo Altissime.
3. Ad annunciandum mane misericordiam tuam,
4. Et veritatem tuam per noctem,
5. In decachordo psalterio cum cantico in cithara.
6. Quia delectasti me Domine in factura tua:
7. Et in operibus manuum tuarum exsultabo *. * exsultabimus.
8. Quam magnificata sunt opera tua Domine:
9. Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.
10. Vir insipiens non cognoscet:
11. Et stultus non intelliget hæc.
12. Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum,
13. Et apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.
14. Ut intereant in sæculum sæculi.
15. Tu autem Altissimus in æternum Domine.

16. Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam * ecce inimici tui peribunt.
17. Et dispergeotur omnes, qui operaotur iniquitatem.
18. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum;
19. Et senectus mea in oleo uberi.
20. Et despexit oculus meus inimicos meos:
21. Et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.
22. Justus ut palma florebit:
23. Sicut cedrus in libano multiplicabitur.
24. Plantati in domo Domini,

* ℣. 17. Quoniam &c. peribunt. ℣. 18. Et dispergentur &c. ℣. 19. Et exaltabitur sicut unicornium &c.

25. In

---

18. Et in die judicii videbis æternum supplicium Diaboli, & Angelorum ejus, eorumque, qui eis obtemperarunt.
19. 20. 21. *Non accedent ad te mala*, & (*l*) dic: *tu Domine spes mea*: Dominus autem ad eum dicit: *pone me adjutorem tuum, non approximabit aliquod malum*.
22. Et potestas Diaboli in te non dominabitur.
23. 24. (*m*) Quoniam præcipiet Angelis suis, ut ab omni deceptione te liberent.
25. Et te deducant in omne opus bonum.
26. Ne forte (*n*) obeunte te opus secundum Deum ea cogites, quæ sunt concupiscentis Diaboli, sed declines ab ipsa.
27. Super venenatam, & tyrannicam Diaboli operationem prævalebis.
28. Et eorum (*o*) potentiam conteres.
29. Quoniam me adjutorem posuit in corde suo
30. Custodiam eum, quoniam credidit in me.
31. Voluntatem ejus faciam.
32. Adjutor ejus ero in die defensionis.
33. E supplicio æterno liberans eum transferam eum in regnum meum.
34. (*p*) In æterna refrigeria introducam ipsum.
35. Retributionem meam.

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus cantici, in diem Sabbati*, quod interpretatur *in consummationem*. Hoc enim declarat dictio illa *Sabbatum* quod interpretatur *requies*.

1. Abscondita (*b*) cordis enarrare Domino.
2. In (*c*) meditatione laudem tibi afferre.
3. Ad manifestandum quomodo misertus (*d*) es.
4. Et ad (*e*) proferendam contra omne peccatum veritatem præceptorum tuorum.
5. In decem præceptis mortificato corpore canere meote psalmos Domino (*f*).
6. Cor meum in mandatis tuis.
7. In præceptis Spiritus tui.
8. (*g*) Glorificata sunt judicia tua.
9. Investigabiles sunt voluntates tuæ.
10. (*h*) *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei*. 1. Corinth. 11. 14.
11. Nam qui in divitiis, & dignitatibus sunt, perturbantur curis sæculi.
12. Visi sunt solum glorificati in mundo.
13. In futuro judicio.
14. In igne æterno.
15. Indesinenter glorificatus es.
16. Dæmones.
17. Qui obediunt ipsis, erunt in perditionem.
18. In cælis erit subsistentia mea.
19. Et mea novissima in multo refrigerio.
20. Et vidit oculus meus, quomodo Viri impii tradantur in punitionem æternam.
21. Et audiam sententiam prolatam a Domino contra adversarias potestates.
22. Mundus corde invenietur in regno cælorum.
23. In (*i*) incorruptibilia sæcula permanebit.
24. In (*k*) superna Hierusalem.

25. Sem-

(*l*) *n. 19. incipit ab his verbis*: Et dic &c. *omissis præcedentibus*. *n.* 20. 21. Dominus &c. *deest* aliquod.
(*m*) *n.* 23. Quoniam &c. *n.* 24. Ut ab omni &c. *n.* 25. Ipsi autem deducant te &c.
(*n*) Ne forte cogitante te opus secundum Deum, cogitatio diabolicę operationis advertetur.
(*o*) Et ejus potentiam contereт.
(*p*) *n.* 32. 33. 34. In &c. adducam ipsum.
(*a*) cinnabari scriptus cont- &c. interpretatur: Psalmus Cantici in consummationem dictus est. Hoc enim &c.
(*b*) Quę de corde sunt enunciare Deo.
(*c*) In misericordia laudes tibi &c.
(*d*) misericordiam consecutus sum.
(*e*) Ad &c. deest &.
(*f*) Deo.
(*g*) *Deest Commentarius iste in Cod., sed num. 8. & 9. sunt sub unica Comm. num. 9.* Investigabilia sunt præcepta tua.
(*h*) *n.* 10. 11. *Animalis* &c. *n.* 12. Nam qui in d. & d. s. tis remissio non est a curis sæculi. *n.* 13. Visi sunt &c. *n.* 14. In futuro &c. *n.* 15. Indesinenter &c. *n.* 16. Dæmones. *n.* 17. In ignem æternum. *n.* 18. Qui obediunt &c. *n.* 19. In cælis erit laudatio mea.
(*i*) Incorruptibilis permaneat.
(*k*) *n.* 24. In superna Hierusalem semper. *n.* 25. Effulgebunt &c. *n.* 26. Infinitis sæculis permaneant bene agentes. *n.* 27. Erunt in bonis &c. *n.* 28. Quoniam verax &c. *n.* 29. Et nullum mendacium &c.

25. In atriis Dei nostri florebunt.
26. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi:
27. Et bene patientes erunt ut * annuncient.
28. Quoniam rectus Dominus Deus noster:
29. Et non est iniquitas in eo.

* ℣. 18. Ut annunciens: Quoniam etc.

Laus cantici David, in die ante Sabbatum, quando fundata est terra (1).
Psalm. XCII.

(1) *sine titulo apud Hebraeos.*

1. Dominus regnavit, decorem indutus est:
2. Indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.
3. Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.
4. Parata sedes tua ex tunc:
5. A sæculo tu es.
6. Elevaverunt flumina Domine:
7. Elevaverunt flumina voces suas.
8. Elevaverunt flumina fluctus suos:
9. A vocibus aquarum multarum.
10. Mirabiles elationes maris:
11. Mirabilis in altis Dominus.
12. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:
13. Domum tuam decet sanctitudo Domine, in longitudinem dierum.

Psalmus David quarta Sabbati.
Psalm. XCIII.

1. Deus ultionum Dominus, Deus * ultionum libere egit.
2. Exaltare, qui judicas terram:
3. Redde retributionem superbis.
4. Usquequo peccatores Domine?
5. Usquequo peccatores gloriabuntur?
6. Effabuntur & loquentur iniquitatem?
7. Loquentur omnes, qui operantur injustitiam.
8. Populum tuum Domine humiliaverunt:
9. Et hæreditatem tuam vexaverunt.
10. Viduam, & pupillum interfecerunt:
11. Et advenam occiderunt.
12. Et dixerunt: Non videbit Dominus:
13. Neque intelliget Deus Jacob.
14. Intelligite insipientes in populo:
15. Et stulti aliquando sapite.
16. Qui plantavit aurem, non audit?
17. Aut qui finxit oculum, non considerat?

18. Qui

* ℣. 1. Deus &c.

---

25. Semper effulgebunt in æternis refrigeriis.
26. In infinita sæcula permanebunt.
27. Bene agentes erunt in bonis, ut psallant Deo.
28. 29. Verax Dominus Deus noster, & nullum mendacium in Deo est.

Titulus præpositus continet (*a*): *Laus cantici David * sine titulo apud Hebræos*. Hoc (*b*) autem significat: laus *manu potenti*, hoc est *Psalmus Dei Filio*, & * quia per fidem regnat super omnes gentes. Quoniam autem Hebræi non susceperunt regnum Dei, ideo inscribitur *sine titulo*, seu *inscriptione* apud Hebræos, tamquam si diceret, quod inscriptus non est in cordibus eorum ille, de quo loquitur psalmus.

* *in die ante Sabbatum, quando fundata est terra*
* illud *in die ante Sabbatum, quando fundata est terra*.

1. Regnavit (*c*) super cælos, & fidelem populum acquisivit sanguine suo.
2. Exivit in bellum contra Diabolum.
3. Firmavit Ecclesiam in fide sua, * *& portæ inferi non prævalebunt adversus eam*.
4. Semper extitit regnum tuum.
5. Qui visus est super terram.
6. Euangelii præcones prædicationem suam.
7. Exaltaverunt magna voce cum fiducia prædicationem suam.
8. Separabunt doctrinas suas Euangelii prædicatores
9. A doctrina hujus mundi, scilicet a sapientia mundana.
10. Glorificati Sancti in mundo.
11. Glorificatus in Sanctis Dominus.
12. Passiones tuæ creditæ sunt in mundo.
13. Populum tuum decet gratia tua in (*d*) infinita sæcula.

* Matth. XVI. 18.

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus David quarta Sabbati*: ut sæpius diximus: *Psalmus David*, hoc est, *manu forti*, nempe Dei Filio. Deinde *quarta Sabbati*, quod significat, Psalmum agere de jejuniis, & continentia; ita (*b*) enim mos est accipere numerum quaternarium. Dictio autem illa *Sabbati* indicat, quod etiam de futuro judicio Psalmus dictus (*c*) est. Sabbatum enim requies interpretatur.

1. Unigenitus Dei Filius, quando (*d*) visus est in terra, & cum hominibus conversatus est, dicebat Judæorum Sacerdotibus (1): *ego palam locutus sum in templo*.
2. Glorificare Fili Dei.
3. In die Judicii.
4. Deliciabuntur in mundo?
5. In jactantia, & rapinis suis.
6. Contra te Domine (*e*).
7. Gloriabuntur in jactantiis suis.
8. Credentes in te occiderunt.
9. Sanctos tuos in carceribus concluserunt.
10. Egenos populi tui.
11. Et pauperes potentia sua oppresserunt.
12. Non prospicit hominibus.
13. Neque quæ facta sunt (*f*) noscit.
14. Intelligite dicentes non esse Deum.
15. Et insipientes resipiscite.
16. Qui (*g*) solo tactu sanavit servum Principis, quando Petrus ei abscidit auriculam, num ipse, qui aurem sanavit, non audit?
17. Qui oculos cæci a nativitate proprio sputo formavit (*b*)?

18. 19. Qui

(1) *Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, et in templo* &c. Joan. Eu. XVIII. 20.

(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) Hoc igitur significat: laus Cantici *manu potenti* h. e. Filio Dei. Nam de ejus adventu loquitur Psalmus, & quod per fidem &c.
(*c*) Dominus regnavit &c.
(*d*) *n.* 14. In &c.
(*a*) cinnabari scriptus cont-
(*b*) hic enim &c.
(*c*) locutus, est. *Desunt reliqua*.
(*d*) *n.* 2. Quando &c. dicebat enim &c. *n.* 3. Glorificare &c.
(*e*) *Deest* Domine.
(*f*) quæ sunt.
(*g*) Qui sanavit servum Principis, quando Petrus abscidit auriculam ejus, solo tactu sanavit aurem, & ipse qui sanavit, num non audit?
(*h*) formavit, ut putatur, non inspicit.

18. Qui corripit gentes, non arguet?
19. Qui docet hominem scientiam?
20. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.
21. Beatus homo, quem tu erudieris Domine:
22. Et de lege tua docueris eum.
23. Ut mitiges ei a diebus malis:
24. Donec fodiatur peccatori fovea.
25. Quia non repellet Dominus plebem suam:
26. Et hæreditatem suam non derelinquet.
27. Quoadusque justitia convertetur in judicium:
28. Et qui juxta illam omnes, qui recto sunt corde.
29. Quis consurget mihi adversus malignantes?
30. Aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?
31. Nisi quia Dominus adjuvit me:
32. Paulo minus habitasset in inferno anima mea.
33. Si dicebam: motus est pes meus:
34. Misericordia tua Domine adjuvabat me.
35. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.
36. Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis,
37. Qui fingis laborem in præcepto?
38. Captabunt in animam justi:
39. Et sanguinem innocentem condemnabunt.
40. Et factus est mihi Dominus in refugium:
41. Et Deus meus in adjutorium spei meæ.
42. Et reddet illis Dominus iniquitatem * ipsorum. * Secundum iniquitatem &c.
43. * Et secundum malitiam eorum: * V. 43. 44. Versumus.
44. Disperdet illos Dominus Deus *. * Deus noster.

Laus cantici David, sine titulo apud Hebræos. Psalm. XCIV.

1. VEnite exsultemus Domino:
2. Jubilemus Deo salutari nostro:
3. Præoccupemus faciem ejus in confessione:
4. Et in psalmis jubilemus ei.
5. Quoniam Deus magnus Dominus:

6. Et

---

18. 19. Qui inhabitat in cordibus credentium in eum, & docet ipsos voluntatem suam redarguere nequibit vos in die judicii?
20. Quoniam inutiles sunt humanæ scientiæ.
21. Quem per gratiam tuam erudieris ad cognoscenda præcepta tua,
22. Docebis (i) eum eadem implere.
23. Ut des pacem tuam in corde ejus (k).
24. Donec æternus ignis excipiat Diabolum.
25. Quoniam non abjiciet Dominus populum suum.
26. Et Sanctos suos non despiciet.
27. Quoadusque Dei Filius veniet ad judicandum mundum.
28. Et juxta (l) eum omnes Sancti ipsius.
29. Quisnam alius veniet ad pugnandum contra adversarias potestates?
30. Aut quis mihi opem feret contra immundos spiritus?
31. Nisi Deus Dei Filius adjuvisset me.
32. Paulo minus permansissem in morte peccati.
33. Si videbam me ipsum in tentatione, & clamabam ad te.
34. Nisi (m) Dei Filius adjuvit me.
35. Secundum multitudinem adversariarum potestatum insurgentium in corde meo superabundavit gratia tua, & ejiciens illorum cogitationes in lætitiam & gaudium, animam meam convertit.
36. Numquid inhabitat in corde meo dominatio Diaboli,
37. Volens vitam instituere secundum Dei præcepta.
38. Captabunt enim Dæmones, si fieri potest, etiam animas justas (n).
39. Et animas Sanctorum tanquam peccati (o) reas calumniabuntur.
40. Ad ipsum enim confugiens liberatus sum ab inimicis meis.
41. Ex ipsis (p) me redemit.
42. In die judicii.
43. 44. Et secundum eorum malitiam (q) tradet in supplicium æternum.

Titulus præpositus continet (a): *Laus cantici David sine titulo apud Hebræos*, ut sæpe diximus, laus cantici *manu forti*, hoc est *Dei Filio*. Deinde *sine titulo apud Hebræos*: non enim, ut (b) sæpe diximus, habent doctrinam psalmi in cordibus suis. Nam psalmo vocante eos ad Dominum, & rursus dicente; *hodie si vocem ejus audieritis nolite obdurare corda vestra* (c). Loquente vero ipsis Domino in adventu suo non audiverunt eum, ideo inscribitur sine titulo apud Hebræos. Psalmi enim denunciationem non audiverunt, ut qui non habebunt illum in se ipsis. Itaque *sine titulo apud Hebræos* (d) *psalmus*, quippe qui ab ipsis exceptus non est, non enim illi auscultaverunt.

1. Venite impleamur omni gaudio (e) in Domino.
2. Deprecemur cum lacrymis Dominum nostrum Jesum; *Salvator* enim *Jesus* interpretatur.
3. Et ante adventum ipsius obsecremus eum.
4. Et psallentes supplicemus ipsi.
5. Jesus Christus: quemadmodum Apostolus eum vocat magnum Deum dicens, *magni Dei*, & *Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis*. ad Tit. II. 13. 14.

6. Su-

(i) Et docebis &c.
(k) eorum.
(l) Et proximi ejus omnes recti corde.
(m) Miseratio tua Domine adjuvit me.
(n) Justorum.
(o) peccatis obnoxias.
(p) Ex ipsis enim &c.
(q) improbitatem tradet eos in &c.
(a) cinnabari scriptus cont-
(b) ut sæpe diximus *desunt in Cod.*
(c) *vestra sicut in exacerbatione* &c.
(d) *apud eos* &c.
(e) gratia.

6. Et rex magnus ſuper * omnem terram: * ſuper omnes populos.
7. Quia * in manu ejus fines terræ: * Quoniam non repellet Dominus plebem ſuam; quia in manu etc.
8. Et altitudines montium ipſius ſunt.
9. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud:
10. Et aridam manus ejus formaverunt.
11. Venite adoremus, & procidamus ei:
12. Et ploremus coram Domino, qui fecit nos:
13. Quia ipſe eſt Deus noſter:
14. * Et nos populus paſcuæ ejus: * ℣. 14. 15. Verſ. unus
15. Et nves manus ejus.
16. Hodie ſi vocem ejus audieritis:
17. Nolite obdurare corda veſtra, ſicut in irritatione:
18. Secundum diem tentationis in deſerto:
19. Ubi tentaverunt me patres veſtri:
20. Probaverunt me, & viderunt opera mea.
21. Quadraginta annis offenſus * fui generationi illi: * ℣. 21. Offenſus &c.
22. Et dixi: ſemper errant corde:
23. Ipſi vero non cognoverunt vias meas:
24. Ubi juravi in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.

Laus cantici David, quando domus ædificabatur poſt captivitatem: ſine titulo apud Hebræos. Pſalm. XCV.

1. CAntate Domino canticum novum:
2. Cantate Domino omnis terra.
3. Cantate Domino, benedicite nomini ejus:
4. Annunciate de die in diem ſalutare ejus.
5. Annunciate inter Gentes gloriam ejus:
6. In omnibus populis mirabilia ejus.
7. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis,
8. Terribilis eſt ſuper omnes deos.
9. Quoniam omnes dii gentium dæmonia:
10. Dominus autem cælos fecit.
11. Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu ejus *: * eorum.
12. Sanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione ejus.
13. Afferte Domino patriæ Gentium,
14. Afferte Domino gloriam & honorem:
15. Afferte Domino gloriam nomini ejus.
16. Tollite hoſtias, & introite in atria ejus:
17. Adorate Dominum in atrio ſancto ejus.
18. Commoveatur a facie ejus univerſa terra:

6. Super omnes autem (*f*) gentes regnabit per fidem ſuam.
7. Populus fidelis.
8. Prophetarum (*g*) ſermones.
9. Quoniam ipſius eſt univerſa hominum multitudo, & ipſe, & primum (*h*) creavit eos, & deinde in Baptiſmo renovavit.
10. Et cor omnium (*i*) creavit Spiritus Sanctus ejus in lavacro incorruptibilitatis.
11. Primum flectamus ei genua, tanquam rei, & tunc poſtulemus veniam eorum, quorum debitores ſumus.
12. Confitebimur coram Domino, qui regeneravit nos.
13. Qui intuetur omnes.
14. Et nos populus ovilis ejus.
15. Et oves dexteræ ejus.
16. Ex quo viſus eſt in terris, audite (*k*) & vocem ejus, & prædicantium ipſum.
17. Ne ſitis corde lapideo.
18. (*l*) Sicut majores noſtri, qui exacerbaverunt eum in eremo.
19. Nequaquam vos eum ita tentabitis in adventu ſuo, quemadmodum Patres veſtri tentaverunt me.
20. Experti ſunt omnia, quæ intulit (*m*) eis.
21. Quadraginta annos permanſi in illa generatione indignatus eorum operibus, & patienter ferens.
22. Et dixi, non eſt fides in ipſis.
23. Ipſi autem noluerunt cognoſcere mandata mea.
24. Ut conſtitui de ipſis, ſi (*n*) introibunt in æterna mea refrigeria.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *canticum David, quando domus ædificata eſt* (*b*) *poſt captivitatem: ſine titulo apud Hebræos:* diſerte diximus, quod *canticum David* idem eſt ac *manu forti*, hoc eſt Unigenito Dei Filio. Deinde, *quando domus ædificata eſt*, videlicet cum fideles ædificati ſunt a Domino, quemadmodum Apoſtolus dicit (*c*). * *Chriſtus vero in domo ſua, cujus domus nos ſumus.* Deinde, *poſt captivitatem*, poſt captivitatem (*d*), inquam, inimici, qua captivum duxit genus humanum, tunc *ædificata eſt domus*, hoc eſt *fideles*, ut antea diximus: mox demum *ſine titulo apud Hebræos*. Nam quæ in ipſo continentur noluerunt intelligere, perinde ac ſi pſalmum ſcriptum non haberent. Ideo apte inſcribitur *ſine titulo*, ſeu *inſcriptione apud Hebræos*. (* *Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos.* ad Hebr. III. 6.)

1. Laudate Paſſionem ejus.
2. Omnes gentes.
3. Cantantes hymnos ſuos, dicite beneficentias ejus.
4. Narrate, quod per mortem ejus ſalvi facti ſumus.
5. Prædicate in gentibus ejus Paſſionem.
6. Reſurrectionem ipſius.
7. Quoniam dignus eſt, ut glorificetur propter potentiam ſuam.
8. Super adverſarias poteſtates.
9. Spiritus immundi reſervati in judicium æternum (*e*) ignis. (2. Petr. II. 4. Jud. 6.)
10. In quos illi (*f*) nullo modo aſcendere poſſunt.
11. Credentes ei.
12. Gratia ejus ſuper populum ſuum.
13. 14. (*g*) Populum fidelem.
15. Credentes in nomen ejus.
16. Facientes miſericordiam communicate myſteriis ipſius. Talibus enim ſacrificiis placatur Deus.
17. In corde mundo.
18. Trasferantur ab errore in veritatem (*h*) omnes gentes ob adventum ejus.

(*f*) *Deeſt* autem.
(*g*) Reliqui Prophetarum.
(*h*) prius &c. renovavit eos.
(*i*) omnium hominum &c.
(*k*) audietis.
(*l*) *n.* 18. Sicut majores veſtri &c. nunquid & vos &c. *uſque ad* ſuo. *n.* 19. Quemadmodum & Patres &c.
(*m*) intuli.
(*n*) ſi *deeſt*.

(*a*) cinnabari ſcriptus cont-
(*b*) *ædificabatur*, *ſic & infra*.
(*c*) dicit: *Cujus domus* &c.
(*d*) poſt captivitatem autem, inquam, qua captivum &c.
(*e*) æterni ignis.
(*f*) illi aſcendere non audent.
(*g*) *n.* 13. Populum &c. *n.* 14. Credentes &c. *n.* 15. 16. Facientes &c.
(*h*) veritatem adventus ejus, *reliq. deſunt*.

19. Dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.
20. Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur:
21. Judicabit populos in æquitate.
22. Lætentur cæli, & exsultet terra:
23. Commoveatur mare, & plenitudo ejus:
24. Gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.
25. Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum,
26. A facie Domini, quia venit:
27. Quoniam venit judicare terram.
28. Judicabit orbem terræ in æquitate:
29. Et populos in veritate sua.

Psalmus David: quando terra ejus restituta est: sine titulo apud Hebræos.
Psalm. XCVI.

1. DOminus regnavit, exsultet terra:
2. Lætentur insulæ multæ.
3. Nubes & caligo in circuitu ejus:
4. Justitia, & judicium correctio sedis ejus.
5. Ignis ante ipsum præcedet:
6. Et inflammabit in circuitu inimicos ejus.
7. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ:
8. Vidit, & commota est terra:
9. Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini:
10. A facie Domini omnis terræ.
11. Annunciaverunt cæli justitiam ejus:
12. Et viderunt omnes populi gloriam ejus.
13. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia,
14. Qui gloriantur in simulacris suis.
15. Adorate eum omnes Angeli ejus:
16. Audivit, & lætata est Sion,
17. Et exsultaverunt filiæ Judæ,
18. Propter judicia tua Domine.
19. Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram:
20. Nimis exaltatus es super omnes deos.
21. Qui diligitis Dominum, odite malum;
22. Custodit Dominus animas sanctorum suorum:
23. De manu peccatoris liberabit eos.
24. Lux orta est justo:
25. Et rectis corde lætitia.
26. Lætamini justi in Domino:
27. Et confitemini memoriæ sanctificationis ejus:

Psal-

---

19. Prædicate in Gentibus, quod contrivit adversarias potestates.
20. Omnium corda in Fide sua renovavit.
21. Docebit gentes facere veritatem.
22. Supercælestes virtutes, & multitudo credentium.
23. Turbetur mundus, & in ipso Principatus, & Potestates.
24. Animæ mansuetorum, & humilium.
25. Gentes quæ prius quidem erant infructiferæ, nunc autem credentes.
26. Ut videatur in terra.
27. Et rursus in glorioso ejus adventu.
28. Universum mundum.
29. Sine (*i*) acceptione Personarum.

** terra ejus restituta est* — ** terra ejus restituta est*

Titulus appositus continet (*a*): *Psalmus David*: *quando * in terram suam restitutus est*: *sine titulo apud Hebræos*, ut sæpe diximus (*b*), & rursum dico *Psalmus David* interpretatur *manu forti*, hoc est Dei Filio. Deinde: *quando* (*c*) ** in terram suam restitutus est*, nimirum cum mundum suum in peccatis (*d*) immersum liberavit, & in possessionem omnis boni operis deduxit. Postea: *sine titulo apud Hebræos*, Regnum inquam Dei Filii in Psalmo annunciatum ipsi non admiserunt, immo repulerunt. Itaque Psalmus inscriptus est: *sine titulo apud Hebræos*, quæ enim in ipso continentur de Filio Dei, irrita facta sunt apud eos propter eorum perfidiam.

1. Per fidem regnavit: exultent gentes, quoniam regnavit super eas.
2. Ecclesiæ fidelium (*e*).
3. Increduli Judæi, & Gentiles extra ipsum.
4. Populi, qui crediderunt ei præparantes corda sua exceperunt in ipsis (*f*) Regnum Dei.
5. In die Judicii.
6. Et subjugabit (*g*) non credentem sibi.
7. Apostoli lucem attulerunt Gentibus prædicatione.
8. Mente respexerunt Gentes, & sequutæ sunt fidem.
9. Adversariæ potestates defecerunt adveniente Domino.
10. Adveniente Gentium Domino.
11. Apostoli per prædicationem.
12. Et illuminati sunt omnes Passione ejus.
13. Ligna, & lapides, & omnes materias creatas.
14. Quoniam (*h*) gloriationem suam in cæcis, mutis, & mortuis habuerunt.
15. Fideles servientes ipsi.
16. In (*i*) superna Hierusalem.
17. Animæ Sanctorum, & (*k*) quæ repositæ sunt in superna Hierusalem.
18. Propter ea, quæ de nobis deliberasti, & fecisti.
19. Quoniam tu Domine glorificatus es in universo mundo.
20. Vere demonstratus es, quod tu es solus Deus, non autem illi, qui dii dicuntur.
21. Diligentes Dominum fugite omne peccatum.
22. Colentium eum (*l*).
23. Ex Diaboli potestate.
24. Gratia (*m*) sua in cordibus fidelium.
25. Et (*n*) mundis corde Spiritus ejus Sanctus.
26. 27. Exultate, & glorificate eum memoriam habentes sanctitatis (*o*) ejus, qua sanctificati estis, & vos sanctificat.

Titu-

(*i*) *deest Comment. hujus vers.*
(*a*) cinnabari scriptus continet: *Psalmus David*, *quando terra ejus constituta est* &c.
(*b*) dixi.
(*c*) *Quando terra ejus constituta est*.
(*d*) peccato circumactum liberans in &c.
(*e*) Gentium.
(*f*) seipsis.
(*g*) comburat non credentes &c.
(*h*) Qui &c.
(*i*) Superna Hierusalem.
(*k*) & *deest*.
(*l*) cum in veritate.
(*m*) Gratiam suam (*oriri fecit*) in cordibus fidelis populi.
(*n*) Et *non legitur*.
(*o*) sanctificationis ejus, qua sanctificatus est, & sanctificat nos.

Pſalmus David. Pſalm. XCVII.

1. CAntate Domino canticum novum:
2. Quia mirabilia fecit Dominus.
3. Salvavit eum dextera ejus:
4. Et brachium ſanctum ejus.
5. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum:
6. In conſpectu Gentium revelavit juſtitiam ſuam.
7. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ Jacob:
8. Et veritatis ſuæ domui Iſrael.
9. Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri.
10. Jubilate Deo omnis terra:
11. Cantate, & exſultate, & pſallite.
12. Pſallite Domino in cithara, in * cithara, & voce pſalmi:
13. In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.
14. Jubilate in conſpectu regis Domini:
15. Moveatur mare, & plenitudo ejus,
16. Orbis terrarum, & omnes qui habitant in eo:
17. Flumina plaudent manu ſimul:
18. Montes * exſultabunt,
19. A conſpectu Domini: quoniam venit, quoniam * venit judicare terram:
20. Judicabit orbem terrarum in juſtitia:
21. Et populos in æquitate.

* ℣. 13. In cithara &c. ℣. 14. In tubis &c. ℣. 15. Jubilate &c.

* ℣. 18. Montes &c.

* ℣. 19. Quoniam &c.

Pſalmus David. Pſalm. XCVIII.

1. DOminus regnavit, iraſcantur populi:
2. Qui ſedes ſuper Cherubim, moveatur terra.
3. Dominus in Sion magnus,
4. Et excelſus ſuper omnes populos.
5. Confiteantur * nomini tuo magno:
6. Quoniam terribile, & ſanctum eſt:
7. Et honor regis judicium diligit.
8. Tu paraſti directiones:
9. Judicium & juſtitiam in Jacob tu feciſti.
10. Exaltate Dominum Deum noſtrum:
11. Et adorate ſcabellum pedum ejus:
12. Quoniam ſanctus eſt.
13. Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus ejus,
14. Et Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus,
15. Invocabant Dominum, & ipſe exaudiebat eos.
16. In columna nubis loquebatur ad eos.
17. Quoniam cuſtodiebant teſtimonia ejus,

18. Et

* Confiteantur omnes &c.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Pſalmus David*, hoc eſt *manu forti*, Domino Noſtro Jeſu Chriſto.

1. Mundum.
2. In terra.
3. Filius ejus acquiſivit omnes ſibi ipſi (*b*), & Patri ſuo.
4. Unigenitus Deus Verbum.
5. Manifeſtavit Pater Filium ſuum.
6. Per prædicationem revelavit Pater Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.
7. Recordatus eſt miſereri populi Judæorum,
8. Et Generis Prophetarum videntium mente Deum: ita enim interpretatur *Iſrael*.
9. Illuminatæ ſunt omnes Gentes Paſſione Dei noſtri.
10. Glorificate eum omnes Gentes.
11. (*c*) Patri, & Filio, & Spiritui Sancto mortificantes membra veſtra per continentiam.
12. In mortificatione corporis veſtri, & gratia Spiritus Sancti.
13. In prædicationibus Prophetarum, & in doctrina Domini, quæ Euangelio continetur.
14. Prædicate in omni loco.
15. In intellectum bonum veniat mundus univerſus.
16. Synagoga, ejuſque tribus.
17. Gentes gaudebunt in cordibus ſuis.
18. Prophetæ propter adventum ejus,
19. Quoniam venit ad (*d*) hominem ſuſcipiendum
20. Præparabit (*e*) ſynagogam in opera juſtitiæ.
21. Et Gentes (*f*) præparabit in veritatem.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Pſalmus David ſine titulo apud Hebræos*, Pſalmus *manu forti* Filio Dei. Deinde *ſine titulo apud Hebræos*: exceptus (*b*) enim non eſt ab Hebræis, qui in Pſalmo continetur, hoc eſt Dei Filius.

1. Filius Dei regnavit per fidem in mundo, diſrumpantur præ furore increduli Judæi.
2. *Qui ſedes ſuper Cherubim*, in cognitionem veniant Gentes.
3. In animabus ſitientibus cum magnus eſt. *Sion* enim interpretatur *ſitiens*.
4. Glorificatus in Gentibus.
5. Peccata ſua.
6. Quoniam honorabile, & immortale eſt.
7. Et gloria Filii Dei verum diligit.
8. Mandata tua (*c*) ante conſtitutionem mundi.
9. Legem, & Prophetas in populo Judæorum tu dediſti.
10. Glorificate (*d*).
11. 12. Crucem ejus.
13. Fideles veluti (1) Moyſes in prædicatione, & omnis Eccleſia. *Aaron* enim interpretatur *mons virtutis*, qualis eſt Eccleſia Fidelium.
14. Populus habens Nomen (*e*) Dei, hoc eſt Chriſtianus. Nam *Samuel* interpretatur *Nomen ejus Deus*.
15. Fideles (*f*).
16. In Apoſtolis, qui ex Prophetis erant, prædicavit eis.
17. Quoniam crediderunt (*g*) in doctrinas ejus,

18. Tra-

(1) *Moyſes* interpretatur *ſumptus ex aqua* ſive *aſſumptio*. lex. Hier.

(*a*) cinnabari ſcriptus continet.
(*b*) ſibi, & &c.
(*c*) *n.* 11. Patri &c. Sancto. *n.* 12. Pſallite ei mortificantes &c. *n.* 13. In mortificatione &c. *n.* 14. In prædicationibus &c. *n.* 15. Prædicate &c.
(*d*) ad ſuccurrendum hominibus.
(*e*) Ad præparandam ſynagogam &c.
(*f*) Et ad Gentes præparandas &c.

(*a*) cinnabari ſcriptus cont-
(*b*) hoc eſt non exceptus ab Hebræis, qui in Pſalmo continetur Rex, hoc eſt Dei Filius.
(*c*) mea.
(*d*) Glorificate eum.
(*e*) Nomina.
(*f*) Fideles erant.
(*g*) credebant in Paſſiones &c.

18. Et præcepta ejus, quæ dedit illis.
19. Domine Deus noſter, tu exaudiebas eos:
20. Deus tu propitius fuiſti eis,
21. Et ulciſcens in omnes adinventiones eorum.
22. Exaltate Dominum Deum noſtrum:
23. Et adorate in monte ſancto ejus:
24. Quoniam Sanctus Dominus Deus noſter.

Pſalmus David in confeſſione.
Pſalm. XCIX.

1. JUbilate Deo omnis terra:
2. Servite Domino in lætitia.
3. Iotroite in conſpectu ejus in exſultatione.
4. Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus noſter:
5. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos:
6. Nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus.
7. Introite portas ejus in confeſſione,
8. Atria ejus in hymnis.
9. Confitemini illi, laudate nomen ejus:
10. Quoniam ſuavis eſt Dominus.
11. In æternum * miſericordia ejus:
12. Et uſque in generationem, & generationem * veritas ejus.

* in ſeculum ſæculi miſericordia etc.
* generationes.

Pſalmus David. Pſalm. C.

1. MIſericordiam & judicium cantabo tibi Domine:
2. Pſallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.
3. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ,
4. Non proponebam ante oculos meos rem injuſtam;
5. Facientes prævaricationes odivi.
6. Non adhæſit mihi cor pravum:
7. Declinantem a me malignum non cognoſcebam.
8. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar.
9. Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam.
10. Oculi mei ad fideles terræ,
11. Ut ſedeant ipſi mecum.
12. Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.
13. Noo habitabat in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam.
14. Qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum.
15. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ,

16. Ut

---

18. Traditiones myſterii mortis.
19. Tu (*b*) adimplebas petitiones eorum.
20. Per pretioſum tuum Corpus, & Sanguinem.
21. Et impugnane, & conterens eorum inimicos.
22. Glorificate eum.
23. In ſuperna Hieruſalem.
24. Secundum naturam ſolus ipſe.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Pſalmus omnes ad Fidem, & Confeſſionem.*

1. Orate Deum cum lacrymis.
2. Subjicite vos illi cum alacritate.
3. Accedite ad eum cum gaudio.
4. Credite Crucifixo, quod ipſe eſt Dominus noſter.
5. Ipſe nos fecit (*b*), & non ex nobis ſumus, ut aliqui dicunt.
6. Nos autem populus ejus, & oves gregis ejus.
7. Mente (*c*) veſtra.
8. Introducite in cælos preces veſtras.
9. Confitentes peccata veſtra, & gratias ipſi agentes.
10. 11. Quoniam bonus Dominus, & (*d*) æternum nomeo ejus.
12. (*e*) Et fides ejus ſempiterna.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Pſalmus David, hoc eſt ei, qui in omnibus complacet Deo*. Interpretatur enim *David* nomen *hunc* * *feci*, (*b*) nempe eum, qui in omnibus Deo complacet.

* dilexi

1. Beneficentiam tuam, & fidem tuam meditabor Domine.
2. Intelligam (*c*), quæ pſallam in corde puro, cum inhabitabit in me gratia tua Domine.
3. Permanebam in exultatione cordis mei in medio membrorum meorum.
4. Non recepi in meote cordis mei rem (*d*) pravam.
5. Cogitationes diabolicas.
6. Doctrina Diaboli.
7. Abſiſtente parum a me maligno, non cunctabar (*e*), ſed inſpiciebam.
8. Cogitationem ſuggerentem mihi aliquid pravum cootra aliquem hominem ejiciebam e corde meo.
9. Senſus (*f*) ſuperbiæ, & avaritiæ non alui in corde meo.
10. 11. Mens mea in præceptis tuis, ut permaneant ipſa in corde meo.
12. Spiritus Sanctus tuus hie (*g*) mihi miniſtrabat gratiam tuam.
13. Non habitabat (*b*) in corde meo Diabolica cogitatio.
14. Subjiciens mihi cogitationes injuſtas non prævaluit in mente mea.
15. Nam gratia tua illuminatus omnes eos * mortuos dimittebam.

* mortuos delictis et peccatis. Epheſ. 2. 1.

16. Ut

(*b*) Domine Deus noſter tu &c.
(*a*) cinnabari ſcriptus continet: *Pſalmus in confeſſionem.* Hortatur enim Pſalmus &c.
(*b*) plaſmavit.
(*c*) *n.* 7. Mente &c. preces veſtras. *n.* 8. 9. Confitentes p. v. gratias ipſi agite.
(*d*) & *deeſt*.
(*e*) *Deeſt Comment. hujus verſ.*

(*a*) cinnabari ſcriptus continet.
(*b*) deſideravi.
(*c*) Pſallam, & intelligam quæ pſallo in &c.
(*d*) ſermonem pravum.
(*e*) non incurioſus eram, ſed vigilabam.
(*f*) Cogitationem &c. alebam etc.
(*g*) ipſe.
(*b*) habitavit.

16. Ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Oratio pauperi, cum anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam. Psalm. CI.

1. Domine exaudi orationem meam:
2. Et clamor meus ad te veniat.
3. Non avertas faciem tuam a me:
4. In quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam.
5. In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.
6. Quia defecerunt sicut fumus dies mei:
7. Et ossa mea sicut cremium aruerunt.
8. Percussus sum ut fœnum,
9. Et aruit cor meum:
10. Quia oblitus sum comedere panem meum.
11. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.
12. Similis factus sum pelicano solitudinis:
13. Factus sum sicut nycticorax in domicilio.
14. Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
15. Tota die exprobrabant mihi inimici mei:
16. Et qui laudabant me adversum me jurabant.
17. Quia cinerem tanquam panem manducabam:
18. Et potum meum cum fletu miscebam.
19. A facie iræ tuæ, & indignationis tuæ:
20. Quia elevans allisisti me.
21. Dies mei sicut umbra declinaverunt:
22. Et ego sicut fœnum arui.
23. Tu autem Domine in æternum permanes:
24. Et memoriale tuum in generationem & generationem.
25. Tu exsurgens misereberis Sion:
26. Quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.
27. Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus:
28. Et terræ ejus miserebuntur.
29. Et timebunt Gentes nomen * Domini: * nomen tuum, Domine.
30. Et omnes reges terræ gloriam tuam.
31. Quia ædificabit Dominus Sion:

32. Et

16. Ut projicerem ex corde meo omnes operantes iniquitatem, & (*i*) omnes cogitationes adversariarum potestatum.

Titulus præpositus continet (*a*): *Oratio pauperi*, hoc est *peccatori*. Deinde: *cum anxius fuerit*, perinde ac si diceret cum in desperationem sui ipse venerit: *& coram Domino effuderit deprecationem suam*, pœnitens inquam eorum, pro quibus seipsum prosternit super terram, & cum lacrymis validis, & gemitibus inenarrabilibus confitetur Domino non habitu corporis, sed verbis, & operibus.

1. Domine ingrediatur in aures tuas oratio mea.
2. Gemitus cordis mei.
3. Propter peccata mea.
4. Solum (*b*), cum tribulor, clamabo ad te.
5. Confestim imple petitionem meam.
6. Quia in peccato (*c*) consenui.
7. Et virtus (*d*) mea combusta est, & denigrata est a peccato, veluti cremium.
8. Concidi vulneratus a peccato.
9. Quia gratia Spiritus tui non erat in me.
10. Quoniam neglexi (*e*) meditari in lege tua.
11. Ob gemitum consumptus sum, & ossa penitus evasi.
12. Sicuti pelicanus in loco arido deprehensus omnino consumitur, ita & ego consumptus sum in peccato, cum Gratia tua mihi deesset.
13. Nycticorax in tenebris degit, & in nocte clamat: ita igitur, inquit, & ego manens in tenebris peccati, plorans clamo.
14. Multos insidiatores habet passer solitarius, anguem, & abominanda reptilium, & multa volatilium; in ictu igitur oculi somnum ipse capit, quia circumspicit, ne (*f*) insidiator aliquis ei superveniat: ita igitur, inquit, & ego eram sollicitus, ne aliqua adversariarum potestatum in me irrueret.
15. Incessanter dæmones contra me gloriabantur.
16. Et qui prius gaudebant mea prodigalitate, post hæc me irridebant dicentes, ne ita fiam, tanquam iste.
17. In pœnitentia mea.
18. Destuebant lacrymæ meæ in potum meum, cum bibebam.
19. Quia cognovi, quod aversatus es me.
20. Et quod projecisti me a te.
21. 22. (*g*) Eo quod non haberem pinguedinem aquæ gratiæ tuæ.
23. Immortalis.
24. Sempiternum.
25. *Sion inextinguibilis* (*h*) interpretatur: mundum igitur significat.
26. Adventus (*i*) tui.
27. Quoniam volunt (*k*) Sancti tui, hoc est Chorus Prophetarum, & Apostolorum, ut Gentes in te credant.
28. Et miserti sunt multitudinis eorum, qui corrupti erant a peccato.
29. Obedient (*l*) prædicationi ejus.
30. Regnantes contra peccatum per gratiam tuam, timebunt Crucem tuam.
31. Inextinguibilem (*m*), & sitientem, hoc est Ecclesiam ex gentibus; utroque enim modo interpretatur *Sion*, & *inextinguibilis*, & *sitiens*.

32. Su-

(*i*) Et *deest*, *deinde pro* adversariarum *legitur minus recte* in æternum.

(*a*) cinnabari scriptus continet: *Oratio pauperi, cum anxius fuerit, et in conspectu Domini effuderit precem suam. Oratio pauperi*, hoc est peccatori: *cum anxius fuerit*, nimirum cum venerit in cognitionem; deinde pœnitens eorum, quæ fecit, prosternet seipsum super terram *etc.* confitebitur Domino opere, non habitu, & sermone.

(*b*) Tantum illuminer, ut clamem ad te.

(*c*) peccatis.

(*d*) Et virtus animæ meæ *etc. desunt* veluti cremium.

(*e*) volui meditans.

(*f*) ne quis insidiatorum suorum *etc.* & ego *non legitur*.

(*g*) *n.* 21. Inutiles mihi fuerunt. *n.* 22. eo quod non haberem in me ipso.

(*h*) *inaccesso*.

(*i*) Quia venit tempus adventus mei.

(*k*) volent.

(*l*) Auscultabunt prædicationem *etc.*

(*m*) Inaccessam *etc. sic infra inaccesso & sitiens*.

32. Et videbitur in gloria sua.
* Gentium. 33. Respexit in orationem humilium *:
34. Et non sprevit precem eorum.
35. Scribatur hæc in generatione altera:
36. Et populus, qui creatur, laudabit Dominum.
37. Quia prospexit de excelso sancto suo:
38. Dominus de cælo in terram aspexit,
39. Ut audiret gemitus compeditorum,
40. Ut solveret filios interemptorum.
41. Ut annuncient in Sion nomen Domini,
42. Et laudem ejus in Hierusalem.
* V. 44. Et reges etc. 43. In conveniendo populos in unum, & * reges ut serviant Domino.
V. 45. Respondit etc. 44. Respondit ei in via virtutis suæ:
45. Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
46. Ne revoces me in dimidio dierum meorum:
47. In generationem generationum anni tui.
48. Initio tu Domine terram fundasti:
49. Et opera manuum tuarum sunt cæli.
50. Ipsi peribunt: tu autem permanes:
51. Et omnes sicut vestimentum veterascent.
52. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur:
53. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.
54. Filii servorum tuorum habitabunt:
55. Et semen eorum in seculum dirigetur.

Psalmus David, Psalmus CII.

1. Benedic anima mea Domino:
2. Et omnia, quæ intra me sunt nomini sancto ejus.
3. Benedic anima mea Domino:
4. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.
5. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:
6. Qui sanat omnes infirmitates tuas.
7. Qui redimit de interitu vitam tuam:
8. Qui coronat te in misericordia & miserationibus.
9. Qui replet in bonis desiderium tuum:
10. Renovabitur ut aquilæ juventus tua.
11. Faciens misericordias Dominus:
12. Et judicium omnibus injuriam patientibus.
13. Notas fecit vias suas Moysi:
14. Filiis Israel voluntates suas.
15. Miserator & misericors Dominus,
16. Longanimis & multum misericors.
17. Non in perpetuum irascetur:
18. Neque in æternum comminabitur.
19. Non secundum iniquitates * nostras fecit nobis: * peccata nostra etc.
20. Neque secundum peccata * nostra retribuit nobis. * iniquitates nostras etc.
21. Quoniam secundum altitudinem cæli a terra,
22. Corroboravit Dominus misericordiam suam super timentes se.

23. Quan-

---

32. Super terram in adventu suo.
33. Sanctorum.
34. Et non despexit supplicationem eorum, quam die, noctuque pro nobis faciebant.
35. Benignitas ipsa Dei nota fiat per scripturam filiis (n) hominum.
36. Qui in Baptismo renovatur.
37. Quia de Cælo descendit.
38. Dominus de Cælo in terram advenit.
39. Ut vindicaret oppressos a peccato.
40. Ut redimeret filios peccati, & mortis.
41. Ut prædicaretur in mundo peccatorum remissio in Nomine Domini Nostri Jesu Christi.
42. In superna Hierusalem.
43. In conveniendo gentes per prædicationem.
44. (o) Auscultaverunt Gentes Domino credendo Passionem ejus.
45. Concede mihi, te deprecor, ut prorsus persuasum, certumque habeam, paucos esse dies hujus sæculi.
46. Ne me transferas ab hoc mundo, priusquam impleverim præcepta tua.
47. (p) Sempiterni.
48. Natus es in terra.
49. Qui in eos assumptus es.
50. Novos autem Cælos, & novam terram expectamus juxta tuam promissionem.
51. Corrumpentur.
52. Tanquam (q) liber Cæli involveotur.
53. Tu autem & factus homo, idem es qualis eras, & sicut dierum principium non habes, ita neque vitæ finem.
54. Qui sunt per fidem filii Prophetarum, & Apostolorum habitabunt in superna Hierusalem.
55. Et opera Justitiæ eorum permanebunt in sæculum sempiternum.

Titulus præpositus continet (a): *Psalmus David*, hoc est *manu forti* Dei Filio.

1. 2. 3. Anima mea, & cor meum (b) & virtus mea benedicite Domino.
4. (c) Quoniam ex nihilo te adduxit ut esses.
5. Et sanguine filii sui redemit te a morte peccati, & promisit tibi vitam æternam:
6. Per passionem Filii sui de interitu vitam tuam.
7. Per gratiam Spiritus Sancti.
8. Qui donavit tibi, ut regnares in gratia Filii sui, & Spiritus Sancti.
9. Qui implet cælestibus donis cor tuum.
10. In Baptismo, & in regno Cælorum.
11. Præbens misericordias suas Dominus.
12. Et vindicans omnes (d) oppressos a diabolo.
13. Populo, qui sublatus est e Baptismo. *Moyses* enim interpretatur *sublatio* (e) *ab aqua*.
14. Filiis videntium Deum nota fecit præcepta, & voluntatem suam.
15. 16. Miseretur (f) omnium Dominus, & longanimis est, & multiplicat misericordiam suam.
17. 18. Non aversabitur nos.
19. Non oblitus est nostri, quemadmodum nos ejus obliti sumus in peccatis.
20. Neque ita fecit, quemadmodum digni sumus, ut nos ipse abominaretur.
21. 22. Immensam, & investigabilem misericordiam elargitus est timentibus eum.

23. 24.

(n) omnibus filiis.
(o) n. 44. Et Reges, ut serviant per fidem Domino. n. 45. Auscultaverunt G. D. in fide passionis ejus.
(p) n. 47. 48. Qui natus es in terra.
(q) Volvetur Cælum sicut liber.
(a) cinnabari scriptus continet. deest *Psalmus*.
(b) meum, & mens mea, & virtus mea *desunt reliqua*.
(c) n. 4. Quoniam &c. æternam. *desunt quidem* sui redemit te a morte, *sed supplenda ex Cod. Barb.* n. 5. Per passionem Filii sui, *desunt reliqua*. n. 6. 7. Per gratiam &c.
(d) omnes *deest*.
(e) *inventio aquæ*.
(f) Miseretur omnium, & misericors est Dominus & longanimis est erga omnes, & &c.

23. Quantum distat ortus ab occidente,
24. Longe fecit a nobis iniquitates nostras.
25. Quomodo miseretur pater filiorum:
26. Misertus est Dominus timentibus se.
27. Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum:
28. Recordatus est, quoniam pulvis sumus.
29. Homo sicut fœnum dies ejus:
30. Tamquam flos agri sic efflorebit.
31. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet:
32. Et non cognoscet amplius locum suum.
33. Misericordia autem Domini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum.
34. Et justitia illius in filios filiorum,
35. His qui servant testamentum ejus,
36. Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.
37. Dominus in cælo paravit sedem suam:
38. Et regnum ipsius omnibus dominatur.
39. Benedicite Domino omnes Angeli ejus,
40. Potentes virtute facientes verbum illius,
41. Ad audiendam vocem sermonum ejus.
42. Benedicite Domino omnes virtutes ejus,
43. Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.
44. Benedicite Domino omnia opera ejus,
45. In omni loco dominationis ejus:
46. Benedic anima mea Domino.

Psalmus David pro creatione mundi, Psalm. CIII.

1. BEnedic anima mea Domino:
2. Domine Deus meus magnificatus es * vehementer. * magnificatus est etc.
3. Confessionem & decorem induisti:
4. Amictus lumine sicut vestimento.
5. Extendens cælum sicut pellem:
6. Qui tegit in aquis superiora ejus.
7. Qui ponit nubes ascensum suum:
8. Qui ambulat super pennas ventorum.
9. Qui facit Angelos suos spiritus:
10. Et ministros suos ignis * flammam. * ignem urentem.
11. Qui fundasti terram super stabilitatem suam:
12. Non inclinabitur in sæculum sæculi.
13. Abyssus sicut vestimentum amictus ejus:
14. Super montes stabunt aquæ.
15. Ab increpatione tua fugient:
16. A voce tonitrui tui formidabunt.

17. A-

---

23. 24. Nos enim lucis filios effecit, peccata autem nostra dissolvit in Baptismo.
25. 26. Propter (*g*) miserationes ejus passus est pro nobis.
27. 28. Quoniam terra, & pulvis sumus.
29. Germinavit (*h*), floruit, exaruit.
30. Ditescit, & glorificatur in vita sua.
31. Quoniam Angelus superveniens (*i*) accepit animam illius, & defecit.
32. Et non amplius revertitur (*k*).
33. Gratia, & benignitas ejus.
34. Et (*l*) retributio ejus.
35. 36. His, qui ei beneplacent.
37. Habuit, & habet.
38. Cælestibus, & terrestribus, & inferis.
39. 40. 41. Obedientes ei in omnibus.
42. 43. Episcopi, Presbyteri, Diaconi facientes voluntatem ejus.
44. 45. 46. Benedicite Domino omnes fideles ejus in omni loco, in quo sunt Magistri, & Ministri donorum ejus. Nam (*m*) quemadmodum Reges hujus mundi in locis, in quibus dominantur, constituunt (*n*) viros sibi fideles, ita etiam Dominus in locis, quos novit esse dominationis suæ, habitatores constituit sibi fideles, ut administrent quæ ad ipsa loca pertinent, ut (*o*) a locis dominatio cognoscatur.

Titulus præpositus continet (*a*): *Pro mundi creatione Psalmus David sine titulo apud Hebræos*, hoc est quando mundus universus Gentium renovatus est. Deinde *David*, quod interpretatur *manu forti*, (scilicet (*b*)) Dei Filio. Deinde: *sine titulo apud Hebræos*, perinde ac si diceret: Dei Filium, qui loquutus est in psalmo, Hebræi non noverunt.

1. Narra omnia (*c*), quæ fecit, ad tuam voluptatem.
2. Ostendisti sapientiam, & potentiam operibus tuis.
3. Populum Sanctorum acquisivisti.
4. Coram (*d*) Discipulis suis *vestimenta ejus facta sunt alba, sicut lux*. Circumdatus singulis Sanctis suis veluti tegumento. Matth. XVII. 2.
5. 6. Qui in auxilium præbet Gentibus dona sua.
7. Qui ascendit in Sanctos suos.
8. Qui inambulat in cordibus Apostolorum.
9. 10. Manifestum quidem est, quod Sancti (*e*) ejus Spiritus sunt, & virtutes ministrantes ei ignis sunt. Veruntamen sensus Allegoricus hoc significat, qui facit annunciantes voluntatem suam spirituales, & administrantes sibi ignem comburentem contra adversarias potestates (*f*).
11. Qui mundum fundasti in Fide (*g*) ejus.
12. Portæ enim inferi non prævalebunt adversus Fidem tuam.
13. Justificationes ejus sicut vestimentum dicit.
14. In adventu Prophetarum restiterunt eorum doctrinæ dæmones.
15. A sermone autem (*h*) adventus tui dissipabuntur.
16. A voce præcepti tui dispergentur.

17. Ele-

(*g*) Viscera ejus passa sunt pro nobis.
(*h*) Germinavit, crevit, floruit *etc.*
(*i*) superveniens ei.
(*k*) reverteretur in hunc mundum.
(*l*) *Deest* &.
(*m*) Nam *deest*.
(*n*) constituunt quoque viros.
(*o*) ut ab administrantibus locum Dominatio *&c.*
(*a*) cinnabari scriptus continet: *De Mundi creatione, David*, h. e. quando *&c.*
(*b*) *ita & Cod.*
(*c*) Quæcumque *&c.*
(*d*) *n.* 4. Quando in monte transfiguratus est coram *&c. n.* 5. Circumdatus *&c. n.* 6. Qui in *&c.*
(*e*) Angeli
(*f*) *Post verba* adversarias potestates additur Versiculus autem *etc.* per concinnum medium, qui post versiculum est, indicat *etc.*
(*g*) super stabilitatem suam (*melius* in Fide & *pro* ejus *leg. videtur* tua.)
(*h*) autem *deest*.

17. Ascendunt montes, & descendunt campi,
18. In locum, quem fundasti eis.
19. Terminum posuisti, quem non transgredientur:
20. Neque convertentur operire terram.
21. Qui emittis fontes in convallibus:
22. Inter medium montium pertransibunt aquæ.
23. Potabunt omnes bestiæ agri:
24. Exspectabunt onagri in siti sua.
25. Super ea volucres cæli habitabunt:
26. De medio petrarum dabunt voces.
27. Rigans montes de superioribus suis:
28. De fructu operum tuorum satiabitur terra.
29. Producens fœnum jumentis,
30. Et herbam servituti hominum.
31. Ut educas panem de terra:
32. Et vinum lætificet cor hominis.
33. Ut exhilaret faciem in oleo:
34. Et panis cor hominis confirmet.
35. Saturabuntur ligna campi,
36. Et cedri Libani, quas plantavit.
37. Illic passeres nidificabunt:
38. Herodii domus dux est eorum.
39. Montes excelsi cervis:
40. Petra refugium leporibus.
41. Fecit lunam in tempora:
42. Sol cognovit occasum suum.
43. Posuisti tenebras & facta est nox:
44. In ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.
45. Catuli leonum rugientes ut rapiant,
46. Et quærant a Deo escam sibi.
47. Ortus est sol, & congregati sunt:
48. Et in cubilibus suis collocabuntur.
49. Exibit homo ad opus suum,
50. Et ad operationem suam usque ad vesperam.
51. Quam magnificata sunt opera tua Domine:
52. Omnia in sapientia fecisti:
53. Impleta est terra possessione tua.
54. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus:
55. Illic reptilia, quorum non est numerus,
56. Animalia pusilla cum magnis.

57. Illic

---

17. Elevati sunt sicut montes, & dejecisti eos in terram.
18. In ignem, quem præparasti eis.
19. Diem Judicii, quam non præteribunt.
20. Neque revertentur ad dominandum (*i*) in hominibus.
21. Qui emittis Apostolos in Gentes.
22. Per medium Gentium pertransibunt Prædicatores Euangelii.
23. Sermonem Euangelii prædicabunt (*k*) omnibus gentibus mundi.
24. Expectabunt Gentes prædicationem in refrigerium animarum.
25. Super ipsas Gentes habitabunt ejus dona.
26. E medio cordium suorum glorificabunt eum (*l*).
27. Rigans gentes (*m*) de donis suis.
28. Gratia mandatorum tuorum implebuntur animæ gentium.
29. Marcescere faciens divitias impiorum.
30. Et exoriri faciens præcepta sua animis, internisque sensibus agnoscentium veritatem.
31. Congregationem (*n*) credentium.
32. Dominus Noster Jesus.
33. Ut impleat gratia sua cor omnium in misericordia ipsius.
34. Supercælestis panis (*o*) Dominus Noster Jesus.
35. Multitudo Sanctorum plena operibus bonis satiabitur gratia ipsius (*p*).
36. Ipsi Sancti incorruptibiles, & mundi corde plantati in Fide a Domino. *Libanus* enim interpretatur *dealbatio*, quod convenit Domino, qui dealbat omnes.
37. Gentes in Apostolis.
38. *Erodii* interpretatur *imperantis*. In (*q*) habitatione igitur Domini imperantis merito Apostoli duces sunt gentium.
39. Mandata cælestia interficientibus venenata animalia.
40. Dominus (*r*) humilibus, & mansuetis, & promptis ad proficiscendum refugium est.
41. 42. Dominus loquutus est (*ſ*) de morte sua.
43. Posuisti tenebras in synagoga propter incredulitatem eorum: nocti enim per prophetam assimilasti eam.
44. In tenebris degunt Judæi non credentes illi.
45. 46. (*t*) Gentes clamant ad Deum, ut rapiant ejus Regnum. *Catulos* dixit *Gentes*, quoniam Catulus, quando natus est, intra tres dies oculos aperit, ita etiam gentes per triduam commemorationem Domini in Baptismo visum receperunt. Nam in tribus submersionibus Baptismi tres noctes mortis Domini repræsentantur, quoniam in submersione nihil videre possunt tanquam in nocte, in tribus autem emersionibus Baptismi tres dies Domini exprimuntur, quoniam velut in die cuncta conspiciunt in emersione: hæc *Catuli* est interpretatio.
47. Resurrexit Dominus, & crediderunt, & venerunt ad eum in Dei Ecclesias.
48. Et in æternis requietibus.
49. Quisque Fidelium prompte seipsum tradet in divina mandata.
50. Et in opera justitiæ usque ad consummationem.
51. Quam superabundarunt dona tua (*u*).
52. Omnia dona tua, in multifaria tua sapientia perfecisti.
53. Mundus (*x*) Sanctis tuis.
54. Orbis terrarum.
55. Dæmones.
56. Homines.

57. San-

(*i*) ad dominandum rursus.
(*k*) facientes omnibus &c.
(*l*) Deum.
(*m*) montes.
(*n*) Congregationem Gentium, quæ crediderunt.
(*o*) Ipse *pro* panis.
(*p*) tua.
(*q*) Habitatio igitur Domini imperantis h. e. Apostoli &c.
(*r*) Christus.
(*ſ*) præmonuit de.
(*t*) *n.* 45. Gentes *etc.* *Catuli* &c. Per triduam imitationem Domini &c. *n.* 46. Eloquia Dei. *n.* 47. Resurrexit Dominus, & crediderunt in eum. *n.* 48. In Ecclesiis Dei, & in requietibus æternis. *n.* 49. Quisque &c.
(*u*) tua Domine.
(*x*) Impletus est Mundus *etc.*

57. Illic naves pertranseunt:
58. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.
59. Omnia a te expectant ut des escam ipsorum * in tempore: * ipsis.
60. Dante te illis, colligent.
61. Aperiente * te manum, omnia implebuntur bonitate: * Aperiente autem etc.
62. Avertente autem te faciem, turbabuntur.
63. Auferes spiritum eorum, & deficient:
64. Et in pulverem suum revertentur.
65. Emittes spiritum tuum & creabuntur:
66. Et renovabis faciem terræ.
67. Sit gloria Domini in sæcula:
68. Lætabitur Dominus in operibus suis.
69. Qui respicit terram, & facit eam tremere.
70. Qui tangit montes & fumigant.
71. Cantabo Domino in vita mea:
72. Psallam Deo meo quamdiu sum.
73. Jucundum sit ei eloquium meum:
74. Ego vero delectabor in Domino.
75. Deficiant peccatores a terra,
76. Et iniqui ita ut non sint:

77. Benedic anima mea Domino.

Alleluja. Psalm. CIV.

1. CONfitemini Domino, & invocate nomen ejus:
2. Annunciate inter Gentes opera * ejus. * magnalia ejus.
3. Cantate ei, & psallite * ei: * laudate eum.
4. Narrate omnia mirabilia ejus.
5. Laudamini in sancto * ejus: * in nomine ejus.
6. Lætetur cor quærentium Dominum.
7. Quærite Dominum, & confirmamini:
8. Quærite faciem ejus semper.
9. Mementote mirabilium ejus, quæ fecit,
10. Prodigia ejus, & judicia oris ejus,
11. Semen Abraham servi ejus,
12. Filii Jacob electi ejus.
13. Ipse Dominus Deus noster,
14. In universa terra judicia ejus.
15. Memor fuit in sæculum testamenti sui,
16. Verbi, quod mandavit in mille generationes.
17. Quod disposuit Abraham,
18. Et juramenti * sui Isaac. * juramento suo &c.

19. Et

---

57. Sancti habentes in seipsis eloquia Dei, & eisdem alentes humanum genus.
58. Diabolus delusus a Sanctis tuis.
59. Gentes expectant a te escam, quam ipsis dabis in pace.
60. Cum tu dederis ipsis mandata tua, excipient.
61. Manifestante autem te (y) Dominum Filium, mundus tuus implebitur Spiritu Sancto tuo.
62. Avertente te faciem tuam a Judæis ad nihilum redigentur.
63. Auferes gratiam ab ipsis, & peribunt.
64. Et in peccato suo permanebunt.
65. Super credentes in te.
66. Et renovabis mentem cordis eorum.
67. 68. (z) In Sanctis.
69. Dæmonum cœtum.
70. Qui urit contrarias potestates, & deficiunt.
71. In futuro sæculo.
72. In præsenti tempore.
73. Placebit ipsi laudatio mea.
74. Gaudebo.
75. Dæmones a terra Sanctorum, cujus hæredes ipsi futuri sunt.
76. Adversariæ potestates, & qui illis obediunt.
77. Glorifica.

Titulus præpositus continet (a): *Alleluja*, *laus*, quod interpretatur *laudate eum*, *qui Deus est*.

1. Enarrate (b) peccata vestra Domino, orate eum.
2. Prædicate Gentibus (c) præcepta ejus.
3. Exultantes (d) glorificate eum.
4. Quoniam cum Deus esset, propter nos factus est homo manens Deus, & passus est, & resurrexit, & assumptus est unde propter nos descendens non fuerat separatus.
5. Ex bona vestra conversatione honorabiles sitis, & Deo, & hominibus.
6. Implebitur spiritu cor credentium in Dominum.
7. Credite in Deum (e), & confortamini.
8. Postulate gratiam ipsius indesinenter.
9. In memoriam revocate, quemadmodum pertransivit benefaciens, & sanans omnes, qui sub potestate erant Diaboli.
10. Sanationes, & Doctrinæ verbi gratiæ (f) ipsius.
11. Fideles sicut Abraham.
12. Apostoli sicut Jacob, hoc est mundi corde:
13. Qui a principio, idem & in terra visus est.
14. Præcepta ejus, quæ in Euangeliis continentur.
15. Implevit in tempore novissimo quæ de regno suo promiserat.
16. De passione sua, quam prædixit in singulis generationibus per Prophetas.
17. Quoniam dixit Abraham; erit semen tuum sicut astra Cæli multitudine, & luce.
18. Et fidem eidem (g) populo * gratiæ; nam juramentum fides est. (1) *Jacob* autem interpretatur *gratia*. * *lætitia*. (1) *Isaac* autem interpretatur *risus & lætitia*. lex. Orig.

19. Et

(y) te Filium tuum, Mundus etc.
(z) n. 67. Ineffabiliter. n. 68. In Sanctis.
(a) cinnabari scriptus continet.
(b) Enarrantes etc.
(c) in Gentibus.
(d) Exultans glorifica eum.
(e) Dominum.
(f) gratiæ tuæ.
(g) fidem ipsius populo gratiæ &c. *Isaac* autem &c.

19. Et statuit illud Jacob in præceptum,
20. Et Israel in testamentum æternum.
21. Dicens: tibi dabo terram Chanaan,
22. Funiculum hæreditatis vestræ.
23. Cum essent ipsi numero modici,
24. Paucissimi & incolæ ejus,
25. Et pertransierunt de gente in gentem:
26. Et de regno ad populum alterum,
27. Non reliquit hominem nocere eis:
28. Et corripuit pro eis reges,
29. Nolite tangere Christos meos:
30. Et in Prophetis meis nolite malignari.
31. Et vocavit famem super terram:
32. Omne firmamentum panis contrivit.
33. Misit ante eos virum:
34. In servum venundatus est Joseph.
35. Humiliaverunt in compedibus pedes ejus:
36. Ferrum pertransiit animam ejus.
37. Donec veniret verbum ejus:
38. Eloquium Domini inflammavit eum.
39. Misit rex, & solvit eum:
40. Princeps populi & dimisit eum.
41. Constituit eum Dominum domus suæ,
42. Et principem omnis possessionis suæ.
43. Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum,
44. Et senes ejus prudentiam doceret.
45. Et intravit Israel in Ægyptum:
46. Et Jacob accola fuit in terra Cham.
47. Et auxit populum suum vehementer:
48. Et firmavit eum super inimicos ejus.
49. Convertit cor ejus ut odiret populum ejus:
50. Et dolum faceret in servos ejus.
51. Misit Moysen servum suum,
52. Aaron, quem elegit sibi *. * ipsum.
53. Posuit in eis verba signorum suorum,
54. Et prodigiorum suorum in terra Cham.
55. Misit tenebras & obscuravit:
56. Quia exacerbaverunt sermones suos:
57. Convertit aquas eorum in sanguinem:
58. Et occidit pisces eorum.
59. Edidit terra eorum ranas
60. In penetralibus regum ipsorum.

61. Di-

---

19. Et implevit ipsam incommutabilem promissionem fidei populo detinenti novissima Judæorum.
20. Et Apostolis, & Sanctis omnibus videntibus eum in similitudinem hominum, & confitentibus eum ut Deum secundum essentiam, quemadmodum *Israel videns Deum* interpretatur.
21. Dicens choro Apostolorum: vobis dabo omnem mundum Gentium. *Chanaam* enim interpretatur *adorans iniquitatem*, quales erant Gentes.
22. Infinitam multitudinem hereditatis vestræ.
23. Erant enim duodecim.
24. Sermone imperiti, & pauperes in mundo.
25. Prædicantes regnum Dei.
26. Et de populo Judæorum pertransierunt ad prædicandum in Gentibus.
27. Non reliquit quempiam eorum, qui tunc imperium obtinebant, ut Apostolos superarent.
28. Herodem, & Neronem interfecit.
29. Apostolos.
30. Erant enim iidem Apostoli etiam Prophetæ, annunciantes quæ futura sunt in Regno Cælorum.
31. In synagogam intulit non famem panis, sed famem audiendi verbum Domini (*h*).
32. Omnem eorum mundanam doctrinam dedit in perditionem.
Joan. Ev. 1. 6. 33. *Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Joannes.*
34. Humanum genus venditum erat in servitutem ab Adam ob peccatum: nam *Joseph* interpretatur *addidi* (*i*).
35. Domuerunt adversariæ potestates Genus humanum peccato.
36. In mortem incidit anima universi humani generis.
37. Donec venit Unigenitus Filius Dei.
38. Doctrina, & adventus Domini mundavit Genus humanum.
39. Pater Filium misit, & solvit totum mundum a peccatis suis.
40. Liberos ipsos effecit a dominatione peccati.
41. Pater Filium suum declaravit Dominum omnium Sanctorum (*k*), & dixit: *hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.*
42. Principem, & Dominatorem omnis simul cælestis, & terrestris, & infernæ creaturæ.
43. Apostolos ejus.
44. Et Episcopos, & Presbyteros in (*l*) plenitudine gratiæ suæ.
45. Chorus Apostolorum ingressus est in tribulationem mundi. *Israel* enim interpretatur *mens videns Deum*, quales erant Apostoli. *Ægyptus* autem interpretatur *tribulatio*.
46. Filius Dei habitavit in mundo.
47. Et perfecit Sanctos suos.
48. Corroboravit Sanctos super adversarias potestates.
49. Aversatus est gentem Judæorum propter suam infidelitatem.
50. Quoniam dolos fecerunt contra Prophetas suos
51. Misit chorum piscatorum. *Moyses* enim interpretatur *assumptio ab aqua*. E mare siquidem sustulit Apostolos: erant enim Piscatores.
52. *Aaron* interpretatur *mons virtutis*, qualis est Ecclesia fidelium, quam comparavit sibi Sanguine suo.
53. Præcepta sua posuit in populo.
54. Et passionum suarum, quas passus est in congregatione audacium hominum. *Cham* enim *audax* interpretatur.
55. In congregationem eorum propter eorum infidelitatem.
56. Quia non custodiverunt ejus præcepta.
57. Abstulit eis gratiam, & permisit eos servire peccato.
58. Animas eorum in mundo natantes.
59. Corda eorum concupiscentias dæmonum.
60. In mentibus Principum eorum.

61. Per-

(*h*) Dei.
(*i*) *addidit*.
(*k*) Sanctorum suorum, cum dixit &c.
(*l*) impleret gratia sua.

61. Dixit, & venit cynomyia,
62. Et ciniphes in omnibus finibus eorum.
63. Posuit pluvias eorum grandinem,
64. Ignem comburentem in terra ipsorum.
65. Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum:
66. Et contrivit omne lignum finium eorum.
67. Dixit, & venit locusta,
68. Et bruchus, cujus non erat numerus.
69. Et comedit omne * foenum in terra eorum:
70. Et comedit omnem * fructum terræ eorum.
71. Et percussit omne primogenitum in terra * eorum:
72. Primitias omnis laboris eorum.
73. Et eduxit eos in argento & auro:
74. Et non erat in tribubus eorum infirmus.
75. Lætata est Ægyptus in profectione eorum:
76. Quia incubuit timor eorum super eos.
77. Expandit nubem in protectionem eis:
78. Et ignem ut luceret eis per noctem.
79. Petierunt, & venit coturnix:
80. Et pane * cæli saturavit eos.
81. Disrupit petram, & fluxerunt aquæ:
82. Abierunt * in siccis flumina.
83. Quoniam memor fuit verbi sancti sui,
84. Quod habuit ad Abraham puerum suum.

* omnem fructum terræ eorum.
* omne foenum in terra eorum.
* in terra Ægypti.
* panem cæli dedit eis.
* Et abierunt &c.

85. Et eduxit populum suum in exsultatione:
86. Et electos suos in lætitia.
87. Et dedit illis regiones gentium:
88. Et labores populorum possederunt.
89. Ut custodiant justificationes ejus:
90. Et legem ejus requirant *.

* requirent.

Alleluja. Psalm. CV.

1. COnfitemini Domino, quoniam bonus:
2. Quoniam in sæculum misericordia ejus.
3. Quis loquetur potentiss Domini?
4. Auditas faciet omnes laudes ejus?
5. Beati qui custodiunt judicium, & * faciunt justitiam in omni tempore.
6. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui:
7. Visita nos in salutari tuo.
8. Ad videndum in bonitate electorum tuorum,
9. Ad lætandum in lætitia gentis tuæ,
10. Ut lauderis cum hæreditate tua.
11. Peccavimus cum patribus nostris:
12. Injuste egimus, iniquitatem fecimus.
13. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua:

* ℣. 6. Et faciunt &c. ℣. 7. Memento &c.

14. Non

---

61. Permisit, & venerunt Gentes contra ipsos.
62. Et plaga insanabilis super eorum animas.
63. Reliquit eos obedire doctrinæ dæmonum.
64. Diabolum, qui comsumpsit eorum gentem.
65. Animas eorum, quia infructiferæ manebant (m).
66. Omnem hominem earum Tribuum fructum non ferentem.
67. Permisit, ut venirent Gentes adversus eos (n).
68. Gens Romanorum valde eos numero excedens.
69. 70. Perdidit omnem eorum gentem.
71. Et occidit omnem Judæum in Hierusalem; ipsum enim populum Scriptura Primogenitum antea dixit.
72. Cum ipsis Primoribus interfecerunt omnem eorum multitudinem.
73. Judæos autem ipsi credentes eduxit ex Hierusalem in gratia sua.
74. Et nullus Judæorum credentium inventus est, qui vulneratus fuerit in bello.
75. In eorum interitu.
76. Quia custodiebant (o) eos.
77. Expandit auxilium suum credentibus (p):
78. Gratiam (q) suam, ut mundum illuminaret.
79. Cælestia sua dona dedit Fidelibus:
80. Filium suum Unigenitum dedit (r) in participationem.
81. Latus Filii sui (s) aperuit, & potum dedit mundo.
82. Abierunt in gentes Euangelii præcones.
83. 84. (t) Quod promiserat Abraam dicens: *In Fide tua benedicentur omnes Gentes.*
85. Ex hoc mundo Fideles suos liberavit.
86. Et Sanctos suos in gaudio.
87. Æterna refrigeria.
88. Sanctorum mansiones.
89. In sempiternum permaneant in Dei Baptismo.
90. Et legem ejus accurate, ac diligenter impleant.

Titulus appositus continet (a): *Alleluja*, quod interpretatur *laudate eum, qui Deus est.*

1. Enunciate ipsis priores vestras actiones, quas in ignorantia commisistis, quoniam bonus est.
2. Et indefectibilis misericordia ejus.
3. 4. Quis poterit narrare solum beneficentias Domini, quas præbet hominibus, ut audientes laudent eum?
5. (b) Beati credentes, quod est Judicium, & facientes Justitiam, & nocte, ac die bonum operantes.
6. (c) Memento nostri Domine, quoniam tibi placuit, ut venires ad eos, qui credituri erant.
7. Visita nos infirmos in Passione tua.
8. Ad faciendam misericordiam nobiscum in bonitate, quam facis erga Dei electos.
9. Ad lætandum in gratia, quam præbes Sanctis tuis.
10. Ut digni efficiamur beatitudine eorum, qui beneplacent tibi.
11. 12. Nos, & Patres nostri crucifigentes te inique egimus.
13. Patres nostri, cum in tenebris essent, non intellexerunt magnitudinem misericordiæ tuæ.

14. Non

(m) permanserunt.
(n) eum.
(o) timebant.
(p) fidelibus.
(q) Et gratiam &c.
(r) dedit eis &c.
(s) sui *deest*.

(t) n. 83. Quod &c. n. 84. 85. Ex hoc &c.
(a) cinnabari scriptus continet.
(b) n. 5. Beati &c. Judicium. n. 6. Et nocte &c. operantes. *desunt* & facientes justitiam.
(c) n. 6. *In Cod.* 7. Memento &c. venires, & salvos faceres credentes tibi. *Sic n.* 7. *in Cod.* 8. *n.* 9. *in Cod.* 10.

14. Non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ:
15. Et irritaverunt ascendentes in mare Rubrum.
16. Et salvavit eos propter nomen suum:
17. Ut notam faceret potentiam suam.
18. Et increpuit mare Rubrum, & exsiccatum est:
19. Et deduxit eos in abysso sicut in deserto.
20. Et salvavit eos de manu odientis *: * odientium.
21. Et redemit eos de manu inimicorum.
22. Operuit aqua tribulantes eos:
23. Unus ex eis non remansit.
24. Et crediderunt verbo * ejus: * verbis ejus.
25. Et cecinerunt * laudem ejus. * laudaverunt laudem &c.
26. Cito fecerunt, obliti sunt operum ejus:
27. Et non sustinuerunt consilium ejus.
28. Et concupierunt concupiscentiam in deserto:
29. Et tentaverunt Deum in inaquoso.
30. Et dedit eis petitionem ipsorum:
31. Misit saturitatem in animas eorum.
32. Et irritaverunt Moysen in castris,
33. Aaron sanctum Domini.
34. Aperta est terra, & deglutivit Dathan:
35. Et operuit super congregationem Abiron.
36. Et exarsit ignis in synagoga eorum:
37. Flamma combussit peccatores.
38. Et fecerunt vitulum in Choreb:
39. Et adoraverunt sculptile.
40. Et mutaverunt gloriam suam
41. In similitudinem vituli comedentis fœnum.
42. Et * obliti sunt Deum, qui salvavit eos: * Et deest.
43. Qui fecit magnalia in Ægypto,
44. Mirabilia in terra Cham,
45. Terribilia in mari rubro.
46. Et dixit ut disperderet eos:
47. Si non Moyses electus ejus
48. * Stetisset in confractione in conspectu ejus, * V. 48. omissus est ab antiquo scriptore.
49. Ut averteret iram ejus, ne disperderet eos.
50. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:
51. Non crediderunt verbo ejus.
52. Et murmuraverunt * in tabernaculis suis: * murmurabant.

53. Non

---

14. Non recordati sunt immensitatis misericordiæ tuæ, qui cum Deus esses, dignatus es hominem fieri, & manifestari hominibus,
15. Et mente elati (*d*) irritaverunt te mundana turpitudine.
16. Et eorum infirmos, aut a Diabolo possessos salvavit propter benignitatem nominis sui.

17. Ut ostenderet ipsis suam potentiam.
18. Et increpuit verbo gratiæ suæ peccatum mundi, & mortificavit illud.
19. Et credentes ei deduxit in Baptismo, in illuminatione ut filios Israel in eremo.
20. 21. (*e*) Baptismus principes Satanæ mortificavit.
22. 23. Omnes enim contrivit in aqua.
24. Baptizati autem crediderunt ea, quæ dicta sunt in Euangeliis de Regno Cælorum, quod eis repositum est.
25. Et glorificaverunt eum.
26. Populus Judæorum.
27. Non permanserunt in lege, & dictis Prophetarum.
28. Et magis dilexerunt mundi hujus oblectationem.
29. Et tentaverunt Deum in cordibus eorum gratiam Dei non habentibus, dicentes ipsi: *Volumus a te signum videre.* Matth. XII. 38.
30. Quod (*f*) voluerunt.
31. Quinque (*g*) panibus, & rursus septem satiavit eos.
32. 33. (*h*) Et perseveraverunt irritantes Filium in mundo. *Moyses* enim interpretatur *assumptio*, quod convenit Dei Filio, qui assumptus est. *Aaron* interpretatur *mons virtutis*: itaque significat Dei Filium, qui secundum naturam Sanctus est.
34. Aperta est anima non obtemperantium Domino, & (*i*) peccatum eorum suscepit ipsos; nam *Dathan judicium datum* interpretatur.
35. *Abiron* interpretatur *pater excelsus*. Peccatum igitur cooperuit synagogam antea Patrum Sanctorum, & (*k*) deinde Principum eorum, qui excæcati sunt.
36. Et abundavit peccatum in corde eorum.
37. Et iniquitas consumsit eos.
38. Et fecerunt sibi ipsis cor insipiens in mentis suæ obcæcatione. *Choreb* enim interpretatur *exsiccatio*, qualis est cæcitas.
39. Et in servitutem redacti sunt a peccato.
40. (*l*) Et gloriam intellectus, quem dedit eis Deus, transmutaverunt in mentem reprobam.
41. Et assimilati sunt jumento insipienti, & quemadmodum illud fœnum edit, quod in ignem mittitur, ita & isti peccatum suscipiunt, quod in combustionem projicitur.
42. Et obliti sunt Salvatorem mundi.
43. Qui magna fecit in tenebris mundi; *Ægyptus* enim *tenebræ* (*m*) interpretatur.
44. In synagoga Judæorum. *Cham* enim *audax* interpretatur, qualis est Judæorum populus.
45. Terribilia in mundo iniquitatis.
46. Et dixit Pater, ut disperderet eos.
47. 48. Nisi Filius ejus stetisset in Cruce dicens: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Luc. XXIII. 34.
49. Ut averteret iram ejus, ne disperderet eos. *Moyses* enim *assumptio* interpretatur, quod convenit Domino Nostro Jesu, qui assumptus est.
50. Deiparam Mariam injuriis afficientes, & Domino de ipsa dicentes: nos ex fornicatione nati non sumus.
51. Non crediderunt, quod Filius Dei esset. Matth. XIII. 55.
52. Murmuraverunt in se ipsis dicentes: *Nonne hic est fabri Filius?* Joann. VI. 42. Matth.

53. Non XVII. 5.

(*d*) elati contra te irritaverunt &c.
(*e*) *n.* 20. 21. 22. Baptismus. *etc. n.* 23. Omnes enim eos *etc.*
(*f*) Et dedit eis quod &c.
(*g*) Quinque enim.
(*h*) *n.* 32. Et &c. Filium Dei in &c. assumptus est. *n.* 33. *Aaron* &c. *mons potens* &c.
(*i*) & acceperunt super seipsos peccatum suum &c.
(*k*) deinde autem ut exigit interpretatio, Principum &c.
(*l*) *n.* 40. Et gloriam &c. insipienti. *n.* 41. Et quemadmodum &c.
(*m*) *obtenebratio* &c.

53. Non exaudierunt vocem Domini.
54. Et elevavit manum suam super eos,
55. Ut prosterneret eos in deserto.
56. Et ut dejiceret semen eorum in nationibus:
57. Et dispergeret eos in regionibus.
58. Et initiati sunt Beelphegor:
59. Et comederunt sacrificia * mortuorum. (* sacrificium.)
60. Et irritaverunt eum in adinventionibus suis:
61. Et multiplicata est in * eis ruina. (* super eos &c.)
62. Et stetit Phinees & placavit:
63. Et cessavit quassatio.
64. Et reputatum est ei in justitiam,
65. In generationem & generationem usque in sempiternum.
66. Et irritaverunt eum ad aquam contradictionis:
67. Et vexatus est Moyses propter eos.
68. Quia exacerbaverunt spiritum ejus:
69. Et distinxit in labiis suis.
70. Non disperdiderunt Gentes, quas dixit Dominus illis:
71. Et commixti sunt inter Gentes:
72. Et didicerunt opera eorum.
73. Et servierunt sculptilibus eorum:
74. Et factum est illis in scandalum.
75. Et immolaverunt filios suos, & filias suas dæmoniis.
76. Et effuderunt sanguinem innocentem,
77. Sanguinem filiorum suorum & filiarum:
78. Quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan.
79. Et cæde polluta est terra in sanguinibus *: (* sanguinibus eorum.)
80. Et contaminata est * in operibus eorum: (* est terra in &c.)
81. Et fornicati sunt in adinventionibus suis.
82. Et iratus est furore Dominus in populum suum:
83. Et abominatus est hereditatem suam.
84. Et tradidit eos in manus inimicorum *: (* Gentium.)
85. Et dominati sunt eorum, qui oderunt eos.
86. Et tribulaverunt eos inimici eorum:
87. Et humiliati sunt sub manibus eorum:
88. Sæpe liberavit eos:
89. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo:
90. Et humiliati sunt in iniquitatibus suis.
91. Et vidit Dominus, cum ipsi tribularentur:
92. Et audivit orationem eorum.
93. Et memor fuit testamenti sui:
94. Et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.
95. Et dedit eos in misericordias,
96. In conspectu omnium, qui cœperant eos.
97. Salvos nos fac Domine Deus noster:

---

53. Non exaudierunt Patris Testimonium e cælis clamans (*n*): *hic est Filius meus dilectus*.
54. Et iratus est eis (*o*).
55. Ut ipsos perderet cum peccato.
56. Et ut traderet eos gentium subversioni.
57. Et averteret (*p*) eos in deceptiones vitæ.
58. Et coluerunt Diabolum per iniquitatem: *Beelphegor* enim interpretatur *species deformitatis*, & *Dæmonem amans*.
59. Et acceperunt concupiscentias occidentes eorum animam.
60. In peccatis eorum.
61. Et multitudo eorum concidit peccato.
62. Et rursus Stephanus cum lapidaretur oravit pro eis dicens: *Domine ne statuas illis hoc peccatum*. *Phinees* enim interpretatur *os ejus silens*; hoc enim dicens obdormivit.
63. Et cessavit ira Dei.
64. 65. Et reputatum est Stephano in justitiam.
66. Et irritaverunt Dominum ejus Baptismo non credendo (*q*).
67. Et lex infirmata est propter eos.
68. Quia irritaverunt loquentem per (*r*) eum.
69. Non amplius eis loquebatur lex.
70. Non projecerunt carnales concupiscentias, quas dixit illis Dominus.
71. Et adhæserunt Dæmonibus.
72. Et didicerunt eorum doctrinas.
73. Iniquitatibus.
74. Et comprehensi sunt in illis.
75. Corpora & animas eorum interfecerunt in peccato.
76. 77. 78. Et dedecoraverunt Genus eorum electum redigentes in servitutem animas, & eorum corpora per ea, quibus perpetraverunt iniquitatem. *Chanaan* enim interpretatur *adoratio* (*s*) *iniquitatis*.
79. 80. (*t*) Et mortificata est tota Judæorum synagoga in peccatis.
81. Adhærentes Dæmonibus, & discedentes a Deo.
82. Et iratus est in populum antea suum.
83. Ipsos Judæos.
84. Permisit, ut in eos dominarentur contrariæ potestates.
85. Dæmones.
86. In servitutem redegerunt eos potestates inimici.
87. Et subjugati sunt a potestatibus immundorum spirituum.
88. (*u*) Sæpe condonavit eis.
89. Ipsi autem irritaverunt eum in infidelitate sua.
90. Et aliqui eorum compuncti sunt.
91. Ipsos (*x*) contristatos.
92. Et deprecantibus ipsis illum, exaudivit eos.
93. Et recordatus est, quod & ipsi semen Abraham sunt.
94. Et misertus est.
95. Et dedit eos in cognitionem misericordiæ (*y*).
96. Et repugnare Dæmonibus redigentibus eos in captivitatem.
97. Et clamare ad eum per Baptismum: Domine Deus noster.

98. Ex

(*n*) clamantis &c. *dilectus, in quo bene complacui*.
(*o*) super eos.
(*p*) projiceret.
(*q*) credentes.
(*r*) in eo.
(*s*) *adorans iniquitatem*.
(*t*) *n.* 79. Et &c. peccatis suis. *n.* 80. 81. Adhærentes &c.
(*u*) *Quæ sub hoc num. sequuntur, desunt in Cod. n.* 88. 89. Ipsi autem &c.
(*x*) Et vidit Dominus ipsos &c.
(*y*) cognitionem venire.

98. Et congrega nos de nationibus:
99. Ut confiteamur nomini sancto tuo:
100. Et gloriemur in laude tua.
101. Benedictus Dominus Deus Israel:
102. A sæculo, & usque in sæculum.
103. Et dicet omnis populus: fiat, fiat.

Alleluja. Psalm. CVI.

1. Confitemini Domino, quoniam bonus;
2. Quoniam in sæculum misericordia ejus.
3. Dicant qui redempti sunt a Domino:
4. Quos redemit de manu inimici:
5. Et de regionibus congregavit eos:
6. A solis ortu, & occasu, ab aquilone, & mari.
7. Erraverunt in solitudine in inaquoso:
8. Viam civitatis habitaculi non invenerunt.
9. Esurientes, & sitientes:
10. Anima * eorum in ipsis defecit. (* Animæ &c. defecerant.)
11. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur:
12. Et de necessitatibus eorum eripuit eos.
13. Et deduxit eos in viam rectam,
14. Ut irent in civitatem habitationis.
15. Confiteantur Domino misericordiæ ejus,
16. Et mirabilia ejus filiis hominum.
17. Quia satiavit animam inanem:
18. Et animam esurientem satiavit bonis.
19. Sedentes in tenebris & umbra mortis,
20. Vinctos in mendicitate & ferro,
21. Quia exacerbaverunt eloquia Dei:
22. Et consilium Altissimi irritaverunt.
23. Et humiliatum est in laboribus cor * eorum: (* anima etc.)
24. Infirmati sunt, nec erat qui adjuvaret.
25. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur:
26. Et de necessitatibus eorum salvavit * eos. (* liberavit etc.)
27. Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis:
28. Et vincula eorum disrupit.
29. Confiteantur Domino misericordiæ ejus,
30. Et mirabilia ejus filiis hominum.
31. Quia contrivit portas æreas:
32. Et vectes ferreos confregit.
33. Suscepit eos de via iniquitatis eorum:
34. Propter injustitias enim suas humiliati sunt.
35. Omnem escam abominata est anima eorum:
36. Et appropinquaverunt usque ad portas mortis.

37. Et

---

98. Ex (z) contrariis potestatibus.
99. Peccata nostra.
100. In (*aa*) præceptis tuis.
101. Benedictus Dominus Deus mentium confitentium Te Deum esse. Ita enim interpretatur Israel, *mens videns Deum*.
102. A præsenti sæculo, & in futurum.
103. Et universus Fidelium populus dicat: amen, amen.

Titulus præpositus continet (*a*) : *Alleluja*, quod interpretatur, *laudate*, *& exaltate eum*, *qui Deus est*.

1. (*b*) Afferte animas vestras Domino.
2. Quoniam bonus est, quoniam infinita est misericordia ejus.
3. Dicant liberati a Domino per (*c*) Baptismum, quoniam bonus, & indeficiens est misericordia ejus.
4. Diaboli.
5. Et (*d*) circuivit Jesus urbes, & regiones prædicans Regnum Dei, & sanans omnem morbum, & omnem infirmitatem.
6. A populo Judæorum, & Gentium.
7. Erraverunt in mundo in idololatria, & omni actione infructifera.
8. (*e*) Præceptum cælestis Civitatis non invenerunt.
9. Ut refocillarentur eorum animæ.
10. Exarserunt, & consumptæ sunt eorum animæ a peccato.
11. Et clamaverunt ad Deum, cum possiderentur a peccato.
12. De (*f*) adversariis potestatibus.
13. In fidem veritatis suæ.
14. Ut invenirent requiem in superna Hierusalem.
15. Narrabunt omnibus misericordias ejus.
16. Immensam ejus bonitatem filiis (*g*) hominum.
17. Qui confortavit omnem animam infirmam.
18. Et implevit donis Spiritus sui Boni.
19. Inclusos in peccato mortis.
20. * Fractos tribulatione, & dolore valido. (* Compeditos)
21. Quoniam contraria sermonibus Dei fecerunt.
22. Non facientes voluntatem ejus.
23. Subjugatum est in peccato (*h*) cor eorum.
24. Et animæ eorum infirmatæ sunt, & nemo potuit eis auxiliari.
25. Et deprecati sunt, cum in eos dominaretur peccatum.
26. Et ex immundis spiritibus salvabit eos.
27. Ex diaboli potestate.
28. Et disjecit improbas concupiscentias ex eorum cordibus.
29. Laudate (*i*) misericordias Domini.
30. Et narrabunt immensam ejus benignitatem.
31. Quoniam contrivit adversarias potestates.
32. Et perdidit principes tenebrarum peccati.
33. Liberavit eos ex improba eorum conversatione.
34. Nam in servitutem redacti sunt propter eorum iniquitates.
35. Contabuerunt animæ eorum & desperaverunt.
36. Usque (*k*) ad consummationem paulominus mors dominata est in hominibus.

37. Cla-

(z) Et congrega nos ex &c.
(aa) Ut gloriemur in &c.
(a) cinnabari scriptus continet. *non legitur* &.
(b) n. 1. Afferte &c. bonus est. n. 2. Quoniam &c.
(c) in Baptismo &c. & misericordia ejus semper est.
(d) Circuibat enim &c.
(e) n. 8. Præceptum &c. animæ. n. 9. Exarserunt &c.
(f) *Deest* de.
(g) *Desunt* filiis hominum.
(h) peccatis.
(i) Laudent.
(k) Usque enim.

37. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur:
38. Et de necessitatibus eorum liberavit eos.
39. Misit verbum suum, & sanavit eos:
40. Et eripuit eos de interitionibus eorum.
41. Confiteantur Domino misericordiæ ejus,
42. Et mirabilia ejus filiis hominum.
43. Et sacrificent ei sacrificium laudis,
44. Et annuncient opera ejus in exsultatione.
45. Qui descendunt in mare in navibus,
46. Facientes operationem in aquis multis.
47. Ipsi viderunt opera Domini,
48. Et mirabilia ejus in profundo.
49. Dixit, & stetit spiritus procellæ:
50. Et exaltati sunt fluctus ejus.
51. Ascendunt usque ad cælos:
52. Et descendunt usque ad abyssos:
53. Anima eorum in malis tabescebat.
54. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius:
55. Et omnis sapientia eorum devorata est.
56. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur:
57. Et de necessitatibus eorum eduxit eos.
58. Et mandavit procellæ, & stetit in auram:
59. Et siluerunt fluctus ejus.
60. Et læti sunt, quia siluerunt:
61. Et deduxit eos in portum voluntatis suæ.
62. Confiteantur Domino misericordiæ ejus,
63. Et mirabilia ejus filiis hominum.
64. Exaltent eum in Ecclesia plebis:
65. Et in cathedra seniorum laudent eum.
66. Posuit flumina in desertum:
67. Et exitus aquarum in sitim.
68. Terram fructiferam in salsuginem,
69. * A malitia inhabitantium in ea.
70. Posuit desertum in stagna aquarum:
71. Et terram sine aqua in exitus aquarum.
72. Et collocavit illic esurientes:
73. Et constituerunt civitates habitationis.
74. Et seminaverunt agros, & plantaverunt vineas:
75. Et fecerunt fructum nativitatis.
76. Et benedixit eis, & multiplicati sunt *:
77. Et jumenta eorum non minoravit.
78. Et pauci facti sunt, & vexati sunt

* V. 69. 70. 71. *Sub unico Comment.*

* sunt nimis.

79. A

---

37. Clamaverunt ad (*l*) Dominum, & Deum cum detinerentur a peccatis suis.
38. Et de potentia diaboli salvavit eos.
39. Misit Deum Verbum Pater, & (*m*) transfixo ejus latere nos omnes sanati sumus, ut inquit Isaias: *livore ejus omnes sanati sumus.* (*Isa.* LIII. 5.)
40. Nam morte sua contrivit mortem.
41. Glorificabunt (*n*) misericordias ejus.
42. Et narrabunt filiis hominum, quod in similitudinem nostram factus, passus est propter nos Deus Verbum, & resurrexit. (*ad Philip.* II. 7.)
43. Et laudabunt (*o*) eum in cordibus suis.
44. Et narrabunt passiones ejus, & resurrectionem, gloriantes & gaudentes.
45. Apostoli dicentes: *Nobis autem absit gloriari nisi in Cruce Domini Nostri Jesu Christi.* (*ad Galat.* VI. 14.)
46. Erant enim Piscatores (*p*).
47. Suis oculis conspexerunt Passionem (*q*), & Resurrectionem.
48. Cum navigarent in regionem Gadarenorum.
49. Spiritu (*r*) præcepti ejus descendit procella venti.
50. Mare (*f*) excitatum est.
51. Et * cuibant fluctus in navem. (* *conjectabant*)
52. Et complebantur, & (*t*) commoti sunt.
53. Et timuerunt, & animo dejecti sunt.
54. Et in agone multo fuerunt.
55. Et omnis ars eorum superata est a tempestate, erant enim piscatores.
56. Et clamaverunt ad Jesum: *Domine, salva nos, perimus.* (*Matth.* VIII. 25. *Luc.* VIII. 24.)
57. Et ex fluctibus, & venti procella sublevavit (*u*) eos.
58. Increpavit enim ventum, & quievit, & solum auram emisit in eorum refrigerium,
59. Et facta est tranquillitas magna.
60. Et impleti sunt gaudio, quoniam salvi facti sunt.
61. Navigaverunt enim in regionem Gadarenorum.
62. Narrabunt in Euangelio (*x*).
63. Et hæc mirabilia ejus, & (*y*) alia filiis hominum.
64. Glorificabunt eum per prædicationem in Gentibus.
65. Et in requie Sanctorum laudent eum.
66. Tribus Judæorum.
67. Et e cordibus eorum auferet (*z*) gratiam suam propter eorum infidelitatem.
68. 69. Synagogam sterilem.
70. 71. (*aa*) Et corda eorum ut germinent gratiam suam.
72. Multitudinem gentium in Ecclesia.
73. Eorum corda.
74. Apostoli corda gentium.
75. Gentes fructum justitiæ.
76. Fideles.
77. Et humiles inter (*bb*) eos, & mites non contempsit.
78. Populus Judæorum.

79. A

(*l*) ad Deum *etc.*
(*m*) & transfixi Dei Verbi latere *etc. livore ipsius missi Verbi nos omnes sanati sumus.*
(*n*) Glorificent.
(*o*) laudent.
(*p*) piscatores: Verumtamen & in Gentibus fecerunt operationem multam prædicantes ipsis.
(*q*) passiones ejus *etc.*
(*r*) Spiritus p. e. descendit, procella *etc.*
(*f*) Et mare.
(*t*) Et periclitabantur.
(*u*) eduxit eos.
(*x*) Euangelio misericordias ejus.
(*y*) Ejus cum cæteris filiis &c.
(*z*) abstulit.
(*aa*) *v.* 69. 70. 71. Et corda &c.
(*bb*) humiles spiritu & &c.

79. A tribulatione malorum & dolore.
80. Effusa est contemptio super principes eorum *: (* eorum deest.)
81. Et errare fecit eos in invio, & non in via.
82. Et adjuvit pauperem de inopia:
83. Et posuit sicut oves familias.
84. Videbunt recti, & lætabuntur:
85. Et omnis iniquitas oppilabit os suum.
86. Quis sapiens & custodiet hæc?
87. Et intelliget misericordias Domini?

Canticum Psalmi David.
Psalm. CVII.

1. Paratum cor meum Deus, paratum * cor meum: (* ℣. 2. Paratum etc. gloria mea.)
2. Cantabo & psallam in gloria mea.
3. Exsurge gloria mea:
4. Exsurge psalterium & cithara:
5. Exsurgam diluculo.
6. Confitebor tibi in populis Domine:
7. Et psallam tibi in nationibus.
8. Quia magna est super cælos misericordia tua:
9. Et usque ad nubes veritas tua.
10. Exaltare super cælos Deus:
11. Et super omnem terram gloria tua.
12. Ut liberentur dilecti tui:
13. Salvum fac dextera tua, & exaudi me.
14. Deus locutus est in sancto suo:
15. Exsaltabor, & dividam Sichimam:
16. Et convallem tabernaculorum dimetiar.
17. Meus est Galaad, & meus est Manasses:
18. Et Ephraim susceptio capitis mei:
19. Judas rex meus.
20. Moab lebes spei meæ:
21. In Idumæam injiciam * calceamentum meum: (* extendam &c.)
22. Mihi alienigenæ subditi facti sunt.
23. Quis deducet me in civitatem munitam?
24. Aut quis deducet me usque in Idumæam?
25. Nonne tu Deus, qui repulisti nos?

26. Et

---

79. A tribulatione (*cc*) malorum, & doloris, quam intulerunt eis Gentes, quæ in eos dominatæ sunt.
80. Judæorum.
81. Et demisit eos incedere in concupiscentia cordium suorum (*dd*).
82. Populum ex gentibus.
83. Gentes.
84. Sanctæ virtutes gaudentes clamabunt: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax* (*ee*) *&c.* (Luc. ii. 14.)
85. Et omnis contraria potestas confusa conticescet cum sua (*ff*) doctrina.
86. 87. Non dicit: quis sapiens hujus mundi? sed quis repletus sapientia abscondita, ut mentem suam advertat ad ea, quæ hic dicta sunt, & cognoscat misericordias Domini immensas, & investigabiles?

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum Psalmi David*, quod interpretatur, Canticum Psalmi *manu forti*, hoc est Dei Filio (*b*).

1. Ad glorificandam (*c*) gratiam tuam.
2. In exultatione gratiæ tuæ psallam (*d*).
3. Veni in mentem (*e*) meam Deus.
4. Et assurge (*f*) spiritus meus cum mente mea.
5. Cum illuminabis me gratia tua, tunc exurgam corde.
6. Laudabo te in populis Domine.
7. Glorificabo te in Gentibus.
8. Narrabimus (*g*) omnibus, quoniam multa merces reposita est diligentibus te.
9. Et promissio futurorum bonorum usque ad Sanctos (*h*), qui separati sunt a terra.
10. Ascende super cælos Deus.
11. Et super omnes gentes prædicatio passionum (*i*) tuarum.
12. Credentes in te.
13. Exaudi me, & salva fortitudine tua.
14. Deinde Deus Verbum respondet per Chorum Prophetarum.
15. Cum crucifixus fuero, tunc omnes fideles traham ad me ipsum. *Sichima* enim interpretatur *ascendens*, hoc est Ecclesia ex gentibus aut aliter anima desiderans Dominum, secedit (*k*) enim de mundo; aut iterum alio modo allegorice explicari hæc possunt de Domino dicente: *cum crucifixus fuero dividam dona mea credentibus in me.*
16. Et cor seipsum humilians inhabitabo, & inambulabo.
17. *Galaad* interpretatur *Peregrinus*: *Manasses* interpretatur *oblitus*. Meus igitur est, inquit, qui a peccato fugiens, & peregrinus factus apud me, & oblitus est præcedentium suarum improbarum actionum.
18. *Ephraim* interpretatur *consolator*. Spiritus Sanctus Consolator, ait, susceptio cordis mei est.
19. Et Filius Dei Rex meus: manifestum enim est, Deum Verbum ex Judæis (*l*) ortum esse, quando ipse factus est caro ex Virgine.
20. In quinquagesimo nono Psalmo hunc eumdem versum positum invenies, eandemque (*m*) interpretationem.
21. *Idumæa* interpretatur *deficiens*: in mundum igitur deficientem ingrediar.
22. *Allophyli* (latine alienigenæ) interpretatur (*n*) *cadentes potu*: gentes igitur, quæ prius ceciderant propter potum peccati, subditæ factæ sunt mihi per fidem.
23. Quis deducet me in supernam Hierusalem.
24. *Ad* (*o*) *Idumæam*, videlicet ad Ecclesiam ex gentibus, antea deficientem.
25. Nonne tu Deus deduces nos ad eam, qui (*p*) prius nos abjecisti?

26. Non

(*cc*) A tribulationibus malis *&c.*
(*dd*) suorum *non legitur*.
(*ee*) *pax, in hominibus beneplacitum*.
(*ff*) Ipsa doctrina.
(*a*) cinnabari scriptum continet.
(*b*) Filio dictum est.
(*c*) excipiendam.
(*d*) *Deest* psallam.
(*e*) cor meum Deus meum.
(*f*) Et exsuscitabo spiritum meum cum *etc.*
(*g*) Narrans.
(*h*) Sanctos suos.
(*i*) discipulorum tuorum.
(*k*) separat enim seipsam a mundo.
(*l*) ex Juda *&c.* Virgine Maria propter nostram salutem.
(*m*) & ejus interpretationem loquentem de Virgine, & de Domino.
(*n*) interpretantur *cadentes cadavera* (seu *cadentes lapsu* &c.) propter cadaver peccati (seu lapsum peccati *&c.*)
(*o*) Aut quis deducet me populum Judæorum ad Ecclesiam ex gentibus *&c.*
(*p*) In qui *&c.*

26. Et non exibis Deus in virtutibus nostris?
27. Da nobis auxilium de tribulatione:
28. Quia vana salus hominis.
29. In Deo faciemus virtutem:
30. Et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

In finem: Psalmus David.
Psalm. CVIII.

1. DEus laudem meam ne tacueris:
2. Quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est *.
* perfectum est.
3. Locuti sunt adversum me lingua dolosa:
4. Et sermonibus odii circumdederunt me:
5. Et expugnaverunt me gratis.
6. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi:
7. Ego autem orabam.
8. Et posuerunt adversum me mala pro bonis:
9. Et odium pro dilectione mea.
10. Constitue super eum peccatorem:
11. Et diabolus stet a dextris ejus.
12. Cum judicatur ipse, exeat condemnatus:
13. Et oratio ejus fiat in peccatum:
14. Fiant dies ejus pauci:
15. Et episcopatum ejus accipiat alter.
16. Fiant filii ejus orphani:
17. Et uxor ejus vidua.
18. Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent:
19. Ejiciantur de habitationibus suis.
20. Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus:
21. Et diripiant alieni labores ejus.
22. Non sit illi adjutor:
23. Nec sit qui misereatur pupillis ejus.
24. Fiant nati ejus in interitum:
25. In generatione una deleatur nomen ejus.
26. In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini:
27. Et peccatum matris ejus non deleatur.
28. Fiant contra Dominum semper:
29. Et dispereat de terra memoria eorum.
30. Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam:
31. Et persecutus est hominem inopem, & mendicum,
32. Et compunctum corde mortificare.
33. Et dilexit maledictionem, & veniet ei:
34. Et noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
35. Et induit maledictionem sicut vestimentum:
36. Et intravit sicut aqua in interiora ejus:
37. Et sicut oleum in ossibus ejus.

---

26. Non (*q*) egredieris ut unus regum, aut principum nostrorum.
27. Libera nos a peccato.

Titulus præpositus continet (*a*): *quod Psalmus dictus est de iis, quæ in fine eventura erant manu forti*, hoc est Dei Filio.

1. Deus Pater meus, qui solus me cognoscis, gloriam meam manifesta qualis est.
2. Quoniam veluti ad unum ex hominibus, ita peccator Judas cum dolo venit ad osculandum me dicens: *Ave Rabbi*.
' *Matth.* xxvi. 49. *& al. Ev.*
3. Convenit cum Judæis argentum ab eis accipere, ut me traderet.
4. Et inito consilio circumdederunt me.
5. Et cum fustibus, & gladiis venientes comprehenderunt me injuste.
6. Pro iis, ob quæ debebant me diligere quod eorum infirmos sanavi, accusabant me.
7. Ego autem orabam exemplum præbens meis Discipulis tempore tribulationis similiter orare.
8. Et statuerunt me interficere pro bonis, quæ semper eis præbui.
9. Et pro dilectione, qua eos ego dilexi, odio me habuerunt.
10. 11. In eo imperium, ac dominationem exerceat (*b*) diabolus, qui fuit ab initio peccator.
12. Inexcusabilis sit in die Judicii.
13. Et cor ejus fiat in tenebras.
14. Eadem enim die abiens se suspendit.
15. Matthias, non autem Publicanus.
16. Opera ejus inutilia.
17. Et anima ejus direpta.
18. In egestate intellectus mens ejus consistat.
19. Excidat ab ipso mens ejus ob improbas concupiscentias adnatas in corde suo.
20. Nullum (*c*) peccatum ejus condonabit Dominus.
21. Et (*d*) adversariæ potestates dominabuntur in anima, & membris ejus.
22. Nullus ei adjutor inveniatur.
23. Neque Dominus misereatur ullius improbarum ejus actionum.
24. Opera ejus (*e*).
25. Statim ex libro viventium.
26. Patrum ejus, qui in eremo semper Domino adversati sunt.
27. Synagogæ.
28. Fiant semper contrarii Domino.
29. Et (*f*) dispereat de terra viventium memoria pervicacium Judæorum.
30. Pro eo, quod ita cogitavit.
31. Et persequutus est divitem propter nos pauperem factum.
32. Mitem corde.
33. Et dilexit mortem, & veniet ei.
34. Et noluit vitam æternam, & aberit ab eo.
35. Mortem ut vestimentum.
36. *Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus.* *Act. 1. 18.*
37. Circumdiffusa est mors in membris ejus.

38. Sit

(*q*) & non egredietur ut *&c.*
(*r*) fidem corroborabimus.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *In finem Psalmus David*. Hoc igitur significat, quod *&c.*
(*b*) in eo exerceat *&c.*
(*c*) Nullum ei peccatum *&c.*
(*d*) Et *non legitur*.
(*e*) ejus, inquit.
(*f*) & *abest a Cod.*

38. Fiat ei ficut veſtimentum, quo operitur:
39. Et ficut zona, qua ſemper præcingitur.
40. Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum,
41. Et qui loquuntur mala adverſus animam meam.
42. Et tu Domine Domine fac mecum * propter nomen tuum:

* mecum miſericordiam &c.

43. Quia ſuavis miſericordia tua *.

* tua, Domine.

44. Libera me, quia egenus & pauper ego ſum:
45. Et cor meum conturbatum eſt intra me.
46. Sicut umbra cum declinat, ablatus ſum:
47. Et excuſſus ſum ficut locuſtæ.
48. Genua mea infirmata ſunt a jejunio:
49. Et caro mea immutata eſt propter oleum.
50. Et ego factus ſum opprobrium illis.
51. Viderunt me, & moverunt capita ſua.
52. Adjuva me Domine Deus meus:
53. Et ſalvum me fac ſecundum miſericordiam tuam.
54. Et ſciant quia manus tua hæc:
55. Et tu Domine feciſti eam.
56. Maledicent illi, & tu benedices:
57. Qui inſurgunt in me confundantur:
58. Servus autem tuus lætabitur.
59. Induantur qui detrahunt mihi, pudore:
60. Et operiantur ſicut diploide confuſione ſua.
61. Confitebor Domino nimis in ore meo:
62. Et in medio multorum laudabo eum.
63. Quia aſtitit a dextris pauperis,
64. Ut ſalvam faceret a perſequentibus animam meam.

Pſalmus David. Pſalm. CIX.

1. Dixit Dominus Domino meo; ſede a dextris meis:
2. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.
3. Virgam virtutis tuæ emittet tibi Dominus ex Sion:
4. Et dominare in medio inimicorum tuorum.
5. Tecum principium in die virtutis tuæ,
6. In ſplendoribus ſanctorum tuorum:
7. Ex utero ante luciferum genui te.
8. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum:
9. Tu es ſacerdos * in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

* Tu eſt Rex (*leg.* Sacerdos *ut conſtat ex Comment.*)

10. Do-

---

38. Sit cum ipſo ſemper peccatum circumdans eum.
39. Coanguſtet (*g*) eum ſemper.
40. Hoc fiat contra diabolum, & angelos ejus.
41. Et (contra) adverſarias poteſtates, quæ ineunt conſilia, ut perdant animam meam.
42. Et tu Domine Domine, quoniam nomen tuum benignum dicitur, & eſt, ita etiam fac mecum.
43. Quoniam bona miſericordia tua.
44. Libera me, quoniam mendicus, & pauper ſum in fortitudine animæ meæ.
45. Et cor meum in agone multo conſtitit:
46. Ipſum (*h*) autem infirmatum, & delapſum in peccatum morti tradidiſti.
47. Projectus ſum ab aeriis immundis ſpiritibus.
48. Maceravi me ipſum in jejuniis confitens tibi.
49. Et facta eſt ſpecies mea, tanquam mortui, ut miſericordiam a te conſequerer.
50. Et veluti ludibrium me habent adverſariæ poteſtates videntes me in pœnitentia.
51. Et aſpicientes (*i*) minantur mihi.
52. Impugna inſurgentes in me.
53. (*k*) Immenſam.
54. Et cognoſcant, quod manus tua poteſt me adjuvare, & ſalvare.
55. Et (*l*) tu Domine præparaſti eam in auxilium.
56. Volent me perdere, & tu me ſervabis in ſalutem.
57. Nihil potentes mihi facere adverſariæ poteſtates confundantur.
58. Ego autem, & omnis ſervus tuus lætabimur in gratia tua:
59. Principes mundi (*m*).
60. Adverſariæ poteſtates.
61. Inceſſanter confitebor ſalutem mihi (*n*) factam a Deo.
62. Et ſuper omnia laudabo eum.
63. Quoniam adſtitit protegens me, & non permittens quempiam ex iis, qui mihi inſidiabantur, ad me accedere.
64. Ut liberaret a contrariis poteſtatibus animam meam.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Pſalmus David*, quod interpretatur, ut ſæpius diximus, *Pſalmus manu forti*, hoc eſt Dei Filio.

1. Dixit Pater ei, qui me redemit pretioſo Sanguine ſuo: *ſede* (*b*) *a dextris meis*, ut omnes noſcant, quoniam tu es gloria mea.
2. Donec aerei, & terreſtres, & infernales inimici tui genu flectent vincti vinculis æternis confitentes, quia vere eſt Dominus Jeſus in gloria Patris ſui.
3. In virtute, & poteſtate magna veniet a Patre. *Sion* enim interpretatur *locus*, ubi eſt *Tabernaculum*.
4. Et regnabis (*c*) in æternum adverſus inimicos tuos.
5. Ante te crux paſſionis tuæ in die glorioſi tui adventus.
6. Quando Sancti tui fulgebunt ſicut ſol.
7. In me eras ſemper, ex quo cœpi creare omnia per te: manifeſtavi te, quod habebam & habeo Filium in me ipſo.
8. Poſuit Pater voluntatem immobilem atque immutabilem.
9. Tu es utique Sacerdos verus emundans omnem populum tuum a peccatis ſuis, neque de-

(*g*) & coanguſtans &c.
(*h*) Cum ipſum (cor meum) infirmatum eſſet, & declinaſſet in peccatum mortuum eſt.
(*i*) aſpicientes me.
(*k*) *n.* 53. 54. Immenſam *deeſt*. Et cognoſcant &c. *deeſt etiam* me.
(*l*) Tu enim Domine &c. auxilium & ſalutem.
(*m*) tenebrarum.
(*n*) ſalutem factam a Deo meo.
(*a*) cinnabari ſcriptus continet.
(*b*) Deſunt *ſede a dextris meis*.
(*c*) regna.

* ℣. 11. Confregit etc. ℣. 12. Judicabit etc. ℣. 13. Conquassabit etc.

10. Dominus a dextris tuis confregit * in die iræ suæ reges.
11. Judicabit in nationibus, implebit ruinas:
12. Conquassabit capita in terra multorum.
13. De torrente io via bibet:
14. Propterea exaltabit caput.

Alleluja. Psalm. CX.

* In marg. ad ℣. 1. legitur Asaph. ad ℣. 2. & 3. Geth. ad ℣. 4. Gamel. ad ℣. 5. Daleth.

1. * Confitebor tibi Domine in toto corde meo:
2. In consilio justorum, & congregatione.
3. Magna opera Domini,
4. Exquisita in omnes voluntates ejus.
5. Confessio, & magnificentia opus ejus:
6. Et justitia ejus manet in sæculum sæculi.
7. Memoriam fecit mirabilium suorum,
8. Misericors & miserator Dominus:
9. Escam dedit timentibus se.
10. Memor erit io sæculum testamenti sui:
11. Virtutem operum suorum annunciabit populo suo,
12. Ut det illis hæreditatem gentium:
13. Opera manuum ejus, veritas & judicium.
14. Fidelia omnia mandata ejus:
15. Confirmata in sæculum sæculi:
16. Facta in veritate & æquitate.
17. Redemptionem misit * populo suo:
18. Mandavit in æternum testamentum suum:
19. Sanctum & terribile nomen ejus.
20. Initium sapientiæ timor Domini:
21. Intellectus bonus omnibus facientibus eam:
22. Laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

* misit Dominus &c.

Alleluja. Psalm. CXI.

1. Beatus vir, qui timet Dominum:
2. In mandatis ejus volet nimis.

3. Po-

---

deprecationes aut supplicationes faciens ad aliquem, sed pretioso Sanguine omnes emundans. Illud autem: *secundum ordinem Melchisedech*, in hunc modum se habet. Primum quidem Melchisedech Sacerdos renunciatus est, non ex tribu Levi Sacerdotali, quemadmodum neque Dominus, cum ei placuit nasci in terra, non ex tribu Levi natus est: Deinde decimas, quas dabat Sacerdos Deo, has obtulit Abraham Melchisedech. Itaque (*d*) juxta omnem figuram referebat Melchisedech Dei Filium.

10. Tu a dextris Patris (*e*), & Spiritus Sanctus tuus a dextris tuis; (*f*) Spiritu enim oris ejus perdet Dominus diabolum, & potestates ejus.
11. Faciet vindictam in nationibus, & omnes principatus inimici mortificabit.
12. Dæmonum.
13. Ex multitudine gentium in fide bibet eorum salutem.
14. Propterea pristinum principatum super omnia, quæ in terra sunt, & potestatem, quam dedit nobis in Adam, rursus nobis restituet.

Psalmus iste est carmen Alphabeticum. *Vide Hieron. in Præfat. in lib. Reg. et al. Scr.*

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja*, quod interpretatur *laudate, & exaltate eum, qui Deus est*.

1. Cum cœpero loqui nihil celabo eorum, quæ in corde meo sunt (*b*).
2. Cum congregabuntur Sancti in die judicii.
3. Magna enim eorum (*c*) retributio a Domino. Nam *Geth* * interpretatur *lacus*, quod est lætitia.

* Beth

4. Probata opera Sanctorum in omnes voluntates Domini. Illud enim *Gimel* (*d*) interpretatur *retributio*, scilicet operationis Sanctorum.
5. Qui inventi sunt in misericordia, & fide, ostensi sunt Domini esse (*e*).
6. Et Sanctorum multitudo manet in æternitate: hæc (*f*) enim est interpretatio.
7. Recordatus est (*g*), ut prædixit per suos Prophetas, venire, & per Passionem suam salvare nos.
8. Misericors enim, & miserator est Dominus.
9. Se ipsum enim in escam, & eloquia sua dedit timentibus eum.
10. Indesinenter recordabitur Sanctorum suorum.
11. Virtutem (hoc est arcanum sensum) scripturarum (*h*) de iis, quæ prædicta fuerant, manifestavit Apostolis suis.
12. Ut daret Apostolis potestatem dominandi super omnes gentes per prædicationem.
13. Opera Apostolorum ejus fides, & justitia.
14. Veræ promissiones ejus.
15. Et (*i*) sine pœnitentia dona ipsius.
16. Perfecta in fide, & justitia.
17. Pater Filium suum Unigenitum dedit pro mundi vita.
18. Præcepit credentibus ei custodire mandata sua.
19. Gloriosum Sanctis, & terribile dæmonibus Nomen ejus.
20. Et (*k*) initium (1) fidei timere Dominum.
21. Gratia autem Spiritus Sancti est omnibus timentibus Dominum.
22. Sine fine manet (*l*) laudatio Domini.

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja*, quod interpretatur *laudate, & exaltate eum, qui Deus est*.

(1) Conc. Trid. de Justific. c. 6.

1. Quia abstinet ab omni malo.
2. Studet implere ejus præcepta.

3. In

(*d*) quoniam in omnibus figuram gerebat Melchisedech Filii Dei. *Cætera quædam correctius haberi videntur in Cod. Barb. quam Vat.*
(*e*) Patris secundum Spiritum suum Sanctum, & ipse a dextris tuis.
(*f*) *v.* 11. Spiritu, *etc.*
(*a*) cinnabari scriptus continet.
(*b*) sunt. Interpretatur enim *Asaph principatus oris*.
(*c*) eis.
(*d*) *Gamel* &c. opera sanctorum.
(*e*) *esse: Daleth* enim interpretatur *examen*.
(*f*) Nam *He* interpretatur *est*.
(*g*) Recordatus est eorum, quæ prædixit per Prophetas misericordiam facere, & per passiones ejus salvari nos.
(*h*) Prophetarum (*leg. vid. potius* prophetiarum.)
(*i*) Sine pœnitentia enim sunt dona Dei.
(*k*) Et *deest*.
(*l*) manet *non legitur*.
(*a*) cinnabari scriptus continet.

3. Potens in terra erit semen ejus:
4. Generatio rectorum benedicetur.
5. Gloria & divitiæ in domo ejus:
6. Et justitia ejus manet in sæculum sæculi.
7. Exortum est in tenebris lumen rectis:
8. Misericors & miserator & justus:
9. Jucundus vir qui miseretur & commodat:
10. Disponet sermones suos in judicio:
11. Quia in æternum non commovebitur.
12. In memoria æterna erit justus:
13. Ab auditione mala non timebit.
14. Paratum cor ejus sperare in Domino:
15. Confirmatum * est cor ejus, non timebit.
16. Donec despiciat inimicos suos.
17. Dispersit dedit pauperibus:
18. Justitia ejus manet in sæculum sæculi:
19. Cornu ejus exaltabitur in gloria.
20. Peccator videbit, & irascetur:
21. Dentibus suis fremet, & tabescet:
22. Desiderium peccatoris * peribit.

* Confirmatum est in æternum, ne commoveatur.

* peccatorum &c.

Alleluja. CXII.

1. * Laudate pueri Dominum:
2. Laudate nomen Domini.
3. Sit nomen Domini benedictum
4. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.
5. A solis ortu usque * ad occasum,
6. Laudabile nomen Domini.
7. Excelsus super omnes gentes Dominus:
8. Super cælos gloria ejus.
9. Quis sicut Dominus Deus noster?
10. Qui in altis habitat:
11. Et humilia respicit *,
12. In cælo, & in terra.
13. Suscitans a terra inopem.
14. Et de stercore erigens pauperem.
15. Ut collocet eum cum principibus,
16. Cum principibus populi sui.
17. Qui habitare facit sterilem in domo,
18. Matrem in filiis lætantem.

Alle-

* ℣. 1. & 2. *Vers. unicus*. ℣. 3. et 4. *in Cod. est* 2. ℣. 5. et 6. *in Cod.* 3. ℣. 7. 8. *in Cod.* 4. ℣. 9. *in Cod.* 5. ℣. 10. 11. *In Cod.* 6. ℣. 12. *in Cod.* 7. ℣. 13. 14. *in Cod.* 8. ℣. 15. *in Cod.* 9. *et sic deinceps*.

* & usque &c.

* respicit & alta a longe cognoscit.

---

3. In terra viventium pretiosa erunt opera ejus.
4. Chorus eorum, qui corde mundi sunt, glorificabitur.
5. Omnis gratia, & Justitia in sorte Sanctorum,
6. (*b*) Et eorum retributio sempiterna.
7. Ostendit in mundo Sanctis Filium suum.
8. 9. (*c*) Bonus vir, qui in caritate communicat cum proximo suo dona, quæ ipsi a Deo data sunt.

Matth. XXV. 20.

10. Dicet enim Domino in judicio: *Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque talenta lucratus sum*.
11. (*d*) Impletus est enim gaudio, & exultabit.

Matth. XXV. 21.

12. Dicet enim ipsi Dominus: *Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui*.
13. Non amplius enim erit ei adversarius.
14. Paratum est semper cor ejus ad placendum Deo.
15. * Perfectum est cor ejus in Deo.

* Fundatum

16. Ex quo vidit, quod traditi sunt igni æterno diabolus, & angeli ejus.
17. 18. (*e*) Quemadmodum Dominus, cum dives esset, pauper factus est propter nos, & dona sua omnibus elargitus est; ita etiam iste fecit, omnes suas divitias dedit pauperibus: propterea justitia ejus manet in sæculum sæculi.
19. Dicet (*f*) ei Dominus: *Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*.

Matth. XXV. 34.

20. Diabolus videns retributionem Justorum.
21. Diabolus in æterno supplicio existit (*g*).
22. Temporaria enim (*h*) oblectatio mundi peribit.

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja*, hoc est *laudate eum, qui Deus est*.

1. (*b*) Apostoli corde.
2. Indesinenter.
3. In omnibus Gentibus:
4. Et iterum, ex quo exorta est lux ejus in mundo propter ipsius adventum & usque ad consummationem:
5. 6. Et rursus a cælis, & usque ad terram laudate nomen Domini.
7. Glorificatus.
8. Super Sanctos gratia ejus.
9. 10. 11. Quod in cælo habitans humiles, & peccatores adeo dilexit.
12. Qui in cælo manens, & in terram advenit.
13. 14. Qui genus humanum, quod ceciderat ob terrenas, & flagitiosas concupiscentias, sublevavit, & gloriam ei donavit adoptionis.
15. Ut dignum faceret genus humanum deliciis Angelorum.
16. Cum Sanctis, qui sunt cum Angelis suis.
17. Introducens per fidem Ecclesiam Gentium antea infructiferam
18. In supernam Hierusalem in Sanctis gaudentem.

Titu-

(*b*) *n.* 6. 7. *Comment. unicus*. Et &c. Qui ostendit in &c.
(*c*) *n.* 8. Dominus Deus. *n.* 9. Bonus vir in charitate Dei communicat &c.
(*d*) *Comment. sub num.* 12. *non legitur in Cod. sed extat inferius ad n.* 13. *& hic legitur Comment. n.* 12. *& ita deinceps præpostero ordine, ut videtur. n. igitur* 11. Dicit enim ipsi *etc. n.* 12. Non amplius &c. *n.* 13. Impletus est enim gaudio & exultatione.
(*e*) *n.* 17. Quemadmodum *etc.* similiter & iste fecit ita, omnes *etc. n.* 18. Propterea *etc.*
(*f*) Dicet enim ei *etc. Veni benedictus Patris mei accipe etc.*
(*g*) existens. (*h*) enim, & peribit *non extant in Cod.*
(*a*) cinnabari scriptus continet. *Alleluja*, quod interpretatur *laudate, celebrate eum* &c.
(*b*) *n.* 1. Apostoli *etc. n.* 2. sine fine. *n.* 3. In *etc. usque ad* nomen Domini. *Deest* Glorificatus. *n.* 4. Super *etc. n.* 9. *in Cod.* 5. Quis est ita humanus? *n.* 10. 12. *in Cod.* 6. Quod *etc. n.* 12. *in Cod.* 7.... ipse & in terram *etc. n.* 13. 14. *in Cod.* 8. Qui genus *etc. n.* 15. *in Cod.* 9. ut *etc. n.* 16. *in Cod.* 10. Cum Angelis existentibus cum sanctis suis. *n.* 17. *in Cod.* 11.... infructiferam in regnum suum. *n.* 18. *In Cod.* 12. Supernam &c.

Alleluja. CXIII.

1. IN exitu Israel de Ægypto,
2. Domus Jacob de populo barbaro.
3. Facta est Judæa sanctificatio ejus:
4. Israel potestas ejus.
5. Mare vidit & fugit:
6. Jordanis conversus est retrorsum.
7. Montes exsultaverunt ut arietes:
8. Et colles sicut agni ovium.
9. Quid est tibi mare quod fugisti?
10. Et tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?
11. Montes quia exsultastis sicut arietes?
12. Et colles sicut agni ovium?
13. A facie Domini mota est terra,
14. A facie Dei Jacob.
15. Qui convertit petram in stagna aquarum:
16. Et rupem in fontes aquarum.
17. Non nobis Domine, non nobis,
18. Sed nomini tuo da gloriam.
19. Super misericordia tua & veritate tua:
20. Nequando dicant Gentes, ubi est Deus eorum?
21. Deus autem noster in cælo & in terra,
22. Omnia quæcumque voluit fecit.
23. Simulacra Gentium argentum & aurum,
24. Opera manuum hominum.
25. Os habent, & non loquentur:
26. Oculos habent, & non videbunt.
27. Aures habent, & non audient:
28. Nares habent, & non odorabunt.
29. Manus habent, & non palpabunt:
30. Pedes habent, & non ambulabunt:

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja*, hoc est *laudate eum, qui Deus est*.

1. *Israel* interpretatur *populus fortis*: *Ægyptus* autem (*b*) *obtenebratio*. Cum igitur liberati sunt Fideles a tenebris peccati.
2. Fidelium tenentium extrema. *Jacob* enim interpretatur *tenens extrema*: illud autem *ex populo barbaro* * notum est, quod fidelis populus egrediens e tenebris recessit a barbaris, hoc est a contrariis potestatibus.

* significat

3. Et demum Ecclesia facta est ei sanctificatio per Baptismum; *Judæa* dicitur propterea quod gratia in ipsa est Dei, qui dignatus est ex Juda nasci. Secundum autem nominis interpretationem *Judæa* interpretatur *confitens Deo*. Cum igitur anima Deo confitetur, fit ipsa confessio sanctificatio, eo (*c*) quod auferantur peccata.
4. Et Viri videntes Deum, hoc est, Apostoli, principes ejus: ita enim interpretatur Israel, *vir videns Deum*.
5. Idololatria fugit videns Deum in terra.
6. *Jordanis* (1) interpretatur (*d*) *in extremo*: multitudo igitur gentium secessit ab Idololatria, & venit ad antiquum Dominum, & Creatorem Jesum.

(1) *Jordanes descensio eorum*. lec. Orig.

7. Prophetæ exultant etiam (*e*) in conversione Gentium:
8. Et qui ex Prophetis orti sunt, hoc est Apostoli sicut colles ex montibus.
9. Quid est tibi Idololatria, quod fugisti, quod sub Prophetis non fecisti?
10. Et vos Gentes omnes, quod abscessistis ab Idololatria?
11. Et vos Prophetæ, quod adeo exultastis?
12. Similiter etiam vos, qui ex Prophetis estis Apostoli, cur ita gaudetis?
13. Simul omnes respondent: Idololatria quidem lamentans; Gentes autem, & Prophetæ, & Apostoli gaudentes clamant, quoniam apparente Deo in terra omnes translati sunt in ejus cognitionem.
14. Ab adventu Dei, qui annunciatus est: *Jacob* enim interpretatur *auditio*.
15. Qui transmutat lapidea Gentium corda in gratiam (*f*): *Quoniam potens est Deus*, quemadmodum dixit Joannes, *suscitare Filios Abraham de lapidibus istis*. *Matth.* III. 9.
16. Et durissimam illarum mentem in ejus dona.
17. Non quia nos digni simus (*g*), hoc fecisti.
18. Sed ut glorificetur nomen tuum, quoniam benignus, & misericors es.
19. Propter misericordiam tuam, & veritatem tuam.
20. Ne glorientur adversariæ potestates dicentes; ubi est Deus qui fecit eos?
21. 22. 23. (*h*) Avaritia enim Gentiliter viventium Idololatria est, quemadmodum dixit Apostolus. Quæ autem dicta sunt de Idolis manifesta omnibus sunt, quod formam quidem habent, nulla autem inest operatio in membris (*i*), & ea, quæ dicuntur in apposito Psalmo de iis, qui illa faciunt, vel in illis confidunt, verissima sunt; sed conveniens duxi, descendere ad allegoriam, & singulis versibus subjicere propriam sententiam sensus allegorici. *ad Coloss.* III. 5.
24. Opus concupiscentiarum hominum est avaritia.
25. Nullum enim bonum loquentur (*k*) gaudentes pecuniis.
26. Tanquam non habentes oculos ad eorum perditionem progredientur.
27. Non enim auscultabunt præceptis Dei.
28. Non enim beneplaciti (*l*) Dei participes erunt.
29. Non enim exquisiverunt invenire portam vitæ, hoc est Dominum (*m*).
30. Claudicaverunt enim perversas sequentes vias in actionibus suis.

(*a*) cinnabari scriptus continet: *Alleluia*, quod interpretatur *laudate etc.*
(*b*) autem interpretatur *etc.*
(*c*) ob remissionem peccatorum.
(*d*) *terra extrema*.
(*e*) etiam *deest*.
(*f*) gratiam suam.
(*g*) simus Domine: non quia digni simus hoc *&c.*
(*h*) *n.* 21. 22. Deus autem noster & ante adventum suum, & in adventu suo omnia, quæ voluit, fecit. *n.* 23. Avaritia *&c.*
(*i*) in membris eorum.
(*k*) loquuntur.
(*l*) Non enim fragrantiæ Christi *&c.*
(*m*) Christum.

31. Non clamabunt in gutture suo.
32. Similes * illis fiant qui faciunt ea,
33. Et omnes qui confidunt in eis.
34. Domus Israel speravit in Domino:
35. Adjutor & protector eorum est.
36. Domus Aaron speravit in Domino:
37. Adjutor & protector eorum est.
38. Qui timent Dominum, speraverunt in * Domino:
39. Adjutor & protector eorum est.
40. Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis:
41. Benedixit domui Israel:
42. Benedixit domui Aaron.
43. Benedixit timentibus * Dominum,
44. Pusillis cum majoribus.
45. Adjiciat Dominus super vos,
46. Super vos, & super filios vestros.
47. Benedicti vos a Domino:
48. Qui fecit cælum & terram.
49. Cælum cæli Domino:
50. Terram autem dedit filiis hominum.
51. Non mortui laudabunt te Domine:
52. Neque omnes, qui descendunt in infernum:
53. Sed nos, qui vivimus benedicemus Domino,
54. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

* Neque enim est Spiritus in ore ipsorum: similes illorum fiant &c.

* in eum.

* omnibus, qui timent &c.

Alleluja. Psalm. CXIV.

1. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.
2. Quia inclinavit aurem suam mihi:
3. Et in diebus meis invocabo.
4. Circumdederunt me dolores mortis:
5. Pericula inferni invenerunt me:
6. Tribulationem & dolorem inveni:
7. Et nomen Domini invocavi.
8. O Domine libera animam meam:
9. Misericors Dominus & justus:
10. Et Deus noster miseretur.
11. Custodiens parvulos Dominus:
12. Humiliatus sum, & liberavit me.
13. Convertere anima mea in requiem tuam:
14. Quia Dominus benefecit tibi.
15. Quia eripuit animam meam de morte:

16. Ocu-

---

31. Non invocabunt Dominum.
32. Peribunt non secus ac pecuniæ, qui eas thesaurizant.
33. (n) Et omnes in pecuniis sperantes.
34. Mente autem Deum videntes speraverunt non in pecuniis, sed in Domino.
35. Et (o) ideo confortat eos, iisdemque prospicit.
36. 37. (p) Credentes futurum Judicium, & cogitantes rationem se redditurος pro animabus suis, non in hominum potentia, sed in Domino sperant.
38. 39. Item credentes in Dominum, & cogitantes futurum Judicium, & reliqua.
40. Credentibus in ipsum.
41. Videntium eum mente benedixit animis, & corporibus: *Israel* enim interpretatur *mens videns Deum*.
42. Ecclesiæ Gentium: *mons* enim *virtutis* interpretatur *Aaron*.
43. Humilibus corde.
44. Ab ultimis inter (q) nos credentibus usque ad Prophetas.
45. 46. Gratiam suam (r).
47. Fideles & in præsenti, & in futuro sæculo.
48. Visibilia, & invisibilia.
49. Habitaculum (f) Sanctorum Domini est.
50. Qui autem humana sapiunt, tanquam (t) jumenta, reliquit eos terrena sapere.
51. Non glorificabunt te, qui (u) peccato mortui sunt.
52. Neque ambulantes in iniquitate.
53. Sed nos viventes per gratiam ejus glorificabimus Dominum.
54. Ex hoc nunc (x), & usque in sæculum sempiternum.

Titulus præpositus (a) continet: *Alleluja*, hoc est *laudate*, * *exaltate Deum*. Deinde *sine titulo apud Hebræos*, scilicet hoc Hebræi * fecerunt, neque laudaverunt Dominum, neque glorificaverunt * eum, qui Deus est: quoniam prius rebellaverunt, & idololatrati sunt, & demum ipsum Deum crucifixerunt.

* et

* non

1. Credidi, quod Dominus exaudiet gemitum confessionis meæ.
2. Quia cognovi, quod ob benignitatem paratus est ad me exaudiendum.
3. Et cum experrectus fuero a somno peccati mei, invocabo eum.
4. In (b) me dominati sunt dolores peccati usque ad mortem.
5. Concupiscentiæ inimici detinuerunt me.
6. Et illuminante me Deo expergefactus sum, & inveni rursus iniquitatem, & peccatum in me.
7. 8. (c) Et Dominum deprecatus sum dicens: oro te, Domine, libera animam meam.
9. Et Deus noster miseretur, & misericors est Dominus, & non despiciet me justificatum: novit enim, quod velle absistere a peccato adjacet mihi; quomodo autem, non agnosco:
10. Miseretur, & ab eo me liberabit.
11. Nam parvulos animo custodit Dominus.
12. Cum dominaretur in me peccatum, salvavit.
13. Subjecta igitur esto anima mea auferenti a te laborem, & onus tuum, & qui per gratiam suam prolapsam (d) te sublevavit.
14. Quia divitias suas donavit tibi.
15. Quia ejiciens a me adversarias potestates ab eis me eripuit:

ad Rom. VII.

16. Ocu-

(n) n. 33. *deest*. n. 33. 34. Mente autem &c.
(o) *Non legitur illud* Et.
(p) n. 36. 37. Et immobilem, & firmi ut mons potens speraverunt, non in incerto divitiarum, sed in Domino. *Aaron* enim interpretatur *mons potens*. n. 38. 39. Credentes futurum &c. *Quæ verò hic leguntur sub n.* 38. 39. *desunt in Cod.*
(q) Ab ultimis diebus credentibus &c.
(r) suam & super filios vestros, & super opera vestra, inquit.
(f) Habitaculum populi Sanctorum Filii est.
(t) ut terrenos s. e. t. tenere.
(u) qui in &c.
(x) Ex hoc præsenti sæculo & &c.
(a) cinnabari scriptus continet: *Alleluja*, *sine titulo apud Hebræos*. Quod interpretatur *laudate*, *exaltate eum*, qui Deus est. Deinde *sine titulo* &c.
(b) Dominata sunt in me, quæ commisit peccata usque ad mortem.
(c) n. 7. Et Dominum &c. n. 8. Oro te &c. n. 9. 10. *Unicus Commens. incipiens ab his verbis*: Misericors est &c. non despicit me injuria affectum &c. non agnosco; miseretur autem & liberat me ab ipso.
(d) *leg. fort.* per gratiam suam recreat te.

16. Oculos meos a lacrymis.
17. Et pedes meos a lapsu.
18. Placebo Domino in regione vivorum.

Alleluja. Psalm. CXV.

1. CRedidi, propter quod locutus sum:
2. Ego autem humiliatus sum nimis.
3. Ego dixi in excessu meo; omnis homo mendax.
4. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?
5. Calicem salutaris accipiam:
6. Et nomen Domini invocabo.

* ℣. 7. deest.
7. * Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus.
8. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.
9. O Domine, ego servus tuus,
10. Ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ:
11. Dirupisti vincula mea.
12. Tibi sacrificabo hostiam laudis:
13. Et nomen Domini invocabo.
14. Vota mea Domino reddam,
15. * In conspectu omnis populi ejus.
16. In atriis domus Domini,
17. In medio tui Hierusalem.

* ℣. 15. 16. 17. ita leg. sub unico Vers. In atriis domus Domini, in conspectu omnis populi ejus, in medio tui Hierusalem.

Alleluja. Psalm. CXVI.

1. LAudate Dominum omnes gentes:
2. Laudate eum omnes populi.
3. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus:
4. Et veritas Domini manet in æternum.

Alleluja. Psalm. CXVII.

1. COnfitemini Domino, quonium bonus,
2. Quoniam in sæculum misericordia ejus.
3. Dicat nunc domus Israel, quoniam bonus,
4. Quoniam in sæculum misericordia ejus.
5. Dicat nunc domus Aaron, quoniam bonus,
6. Quoniam in sæculum misericordia ejus.

7. Di-

---

16. Oculos mentis meæ a doloribus habentibus me,
17. Et (*e*) *pedes*, ne amplius sequentes me concupiscentia peccati corruam.
18. (*f*) In æternum.

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja*, cujus interpretatio est eadem ac in superioribus Psalmis.

1. Credidi quod Deus passus est, propterea & hoc omnibus prædico.
2. Antea (*b*) enim humiliatus sum a peccato vehementer.
3. Et cum renuntiassem omnibus, quæ in mundo sunt (*c*), tum dixi: utique subditus est omnis mundus Deo. (ad Rom. III. 19.)
4. Ut omittam, quod ex nihilo ab eo eductus sum, & quanta (*d*) creavit etiam ad oblectationem, quis potest ipsi retribuere, quod me ita ei inobediente, non me aversatus est, sed se ipsum in mortem tradidit, & pro mea salute?
5. (*e*) Nihil igitur aliud possum ei retribuere, nisi pro ipso mori, & hoc per ejus gratiam.
6. 7. (*f*) In Ecclesiis laudabo eum.
8. Quoniam (*g*) gloriosa mors coram ipso ita se ipsos tradentium pro eo.
9. Precor te, Domine, pretioso Sanguine tuo redemptus sum.
10. Ego vestigia tua sequor, & filius sum obedientiæ tuæ (*h*).
11. Projecisti peccata mea.
12. Adorabo te in anima contritus (*i*) glorificabo te.
13. Et a nomine tuo postulabo, quæ ad salutem pertinent.
14. 15. Fructus pœnitentiæ (*k*), quos promisi ei afferre.
16. In requietibus æternis.
17. In superna Hierusalem.

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja*, quod est *laudate eum, qui est Deus, sine titulo*: hoc est non loquitur Psalmus Hebræis, qui aures obstruxerunt, sed Gentibus.

1. Vos laudate Dominum, quoniam gratiam suam abstulit Judæis propter eorum incredulitatem (*b*), & dedit vobis.
2. Admiramini ejus bonitatem, quoniam Deus existens factus est homo propter nos immutabiliter, & incomprehensibiliter.
3. Quoniam (*c*) super omnes misericordiam suam confirmavit.
4. Et fides ejus manet in nobis.

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja*, quod est *laudate eum, qui Deus est*.

1. Laudate eum in toto corde (*b*).
2. Quoniam indeficiens misericordia ejus.
3. Cor (*c*) videntium Deum mente.
4. Quoniam indeficiens (*d*) misericordia ejus.
5. Dicat nunc chorus Sanctorum, quoniam bonus est: *Aaron* enim interpretatur *mons virtutis*.
6. Quoniam explicata est super omnes volentes misericordia ejus.

7. Di-

(*e*) Et ut non amplius sequens concupiscentiam peccati caderem.
(*f*) *Non legitur Comment. n.* 2.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *Alleluja*, quod interpretationem habet similem illi superiorum Psalmorum.
(*b*) Ego prius humiliatus &c.
(*c*) sunt, cognovi & dixi &c.
(*d*) & quanta, & qualia creavit etiam ad oblectationem meam, quidnam possum ipsi retribuere &c. tradidit pro mea salute?
(*e*) n. 5. 6. Nihil aliud possum &c. & hoc cum gratia tua.
(*f*) *Comment. qui legitur sub n. 6. 7. deest in Cod. sicut n. 7. hujus Psalmi*.
(*g*) n. 2. Gloriosa mors &c. *Deest* Quoniam.
(*h*) tuæ *non legitur*.
(*i*) contrita, & &c.
(*k*) n. 14. pœnitentiæ tuæ (*leg. vid.* meæ) promisi &c. n. 15. 16. 17. In requietibus &c. Hierusalem.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *Alleluja sine titulo apud Hebræos*. Interpretatio hujus vocis *Alleluja* habetur in principio primi versiculi. Deinde: *sine titulo apud Hebræos*; non enim ipsis loquitur Psalmus, quia audire noluerunt, sed Gentibus.
(*b*) inobedientiam, & dedit nobis.
(*c*) Quoniam omnes misericordia ejus complexa est.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *Alleluja*, quod ut sæpius diximus, hortatur omnes ad laudandum Deum, quemadmodum & initium Psalmi idipsum significat.
(*b*) corde vestro, quoniam bonus est.
(*c*) Dicat quidem cor videntium Deum, quoniam bonus est.
(*d*) infinita.

7. Dicant nunc omnes timentes Dominum, quoniam bonus,
8. Quoniam in sæculum misericordia ejus.
9. De tribulatione invocavi Dominum,
10. Et exaudivit me in latitudine.
11. Dominus mihi adjutor, & non timebo, quid faciat mihi homo?
12. * Dominus mihi adjutor, & ego despiciam inimicos meos.

* ỳ. 12. deest.

13. Bonum est coofidere in Domino,
14. Quam confidere in homine.
15. Bonum est sperare in Domino,
16. Quam sperare in principibus.
17. Omnes gentes circumierunt me:
18. Et nomine Domini ultus sum in eos.
19. Circumdantes circumdederunt me:
20. Et nomine Domini ultus sum in eos.
21. Circumdederunt me sicut apes:
22. Et exarserunt sicut ignis in spinis:
23. Et nomine Domini ultus sum in eos.
24. Impulsus eversus sum ut caderem:
25. Et Dominus suscepit me.
26. Fortitudo mea & laus mea Dominus:
27. Et factus est mihi in salutem.
28. Vox exsultationis & salutis in tabernaculis justorum.
29. Dextera Domini fecit virtutem:
30. Dextera Domini exaltavit me:
31. Dextera Domini fecit virtutem.
32. Non moriar, sed vivam:
33. Et narrabo opera Domini.
34. Castigans castigavit me Dominus:
35. Et morti non tradidit me.
36. Aperite mihi portas justitiæ:
37. * Ingrediens in eas confitebor Domino.
38. Hæc porta Domini,
39. Justi intrabunt in eam.
40. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me:
41. Et factus * es mihi in salutem.
42. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes,
43. Hic factus est in caput anguli.
44. A Domino factum est istud:
45. Et est mirabile in oculis nostris.
46. Hæc est dies, quam fecit Dominus:
47. Exsultemus & lætemur in ea.
48. O Domine salvum me fac:
49. O Domine bene prosperare:
50. Benedictus qui venit in nomine Domini.

* Ut ingrediens &c. confitear &c.

* factus est

51. Be-

---

7. Dicant nunc omnes humiles corde, quoniam bonus est,
8. Quoniam super eos misericordia ejus est (e).
9. In tenebris peccati detentus deprecatus sum eum (f).
10. Et exaudivit me, & adduxit me in requiem lucis suæ.
11. Ex quo ipsa me protegit, quid timebo terrenas potestates?
12. (g) Dominus opitulatur mihi, & ego solus sto videns tenebrarum principes ab eo contritos.
13. 14. (h) Bonum confidere, & gloriari in Domino, quam fiduciam habere in terrena potestate.
15. 16. Bonum in patientia expectare frui futuris bonis, quam temporariam capere peccati voluptatem.
17. Contrariæ potestates circumdederunt me.
18. Et cruce Christi contrivi eas (i).
19. Et rursus perseveranter perstiterunt.
20. Et invocatione Domini ejeci eas (k).
21. Tentaverunt nidificare in me, & vitæ voluptates congregare in corde meo.
22. Et carnales (l) concupiscentias accenderunt in me.
23. Et ego rursus invocans gratiam Domini extinxi (m) eas.
24. (n) Irrumpentes subito irruerunt super me.
25. Et Dominus non permisit, ut ipsæ in me dominarentur.
26. Ipse confortat me adversus illas (o).
27. Etenim salus mea est.
28. Gaudium ineffabile, & gratia Dei in animis, & (p) membris Sanctorunt.
29. 30. (q) Filius Dei corroboravit me.
31. Filius Dei confortavit me contra diabolum.
32. Non amplius in me dominabitur peccatum, sed vivificabor gratia sua.
33. Et narrabo quæ mihi fecit.
34. Visitans me ostendit mihi Dominus fugere a peccato.
35. Et non permisit in perpetuum me perire cum iniquitate mea.
36. 37. (r) Revelate mihi sensus scripturarum, ut instructus in ipsis subjiciam me ipsum Domino.
38. Fides ejus.
39. Odio habentes mala.
40. Humiliabo me ipsum sub gratia tua, quoniam exaudisti me.
41. Et (s) salus mea es.
42. Filium hominis, quem reprobaverunt principes Judæorum, & sapientes hujus mundi.
43. Hic declaratus est solus continens omnia cælestia, & terrena, & omnia confirmans, & super omnia, & major omnibus existens.
44. A Patre ei testimonium redditum est dicente: *Hic est Filius meus dilectus.*
45. *Et nos vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre plenum gratiæ, & veritatis.* Joan. Ev. 1. 14.
46. Fides ejus est lux vera:
47. Exultemus (t) igitur in Spiritu Sancto, & lætemur in ea.
48. Precamur (u) te Domine.
49. Perfice corda nostra, ut in veritate procedant.
50. Hoc dictum est a pueris Judæorum, cum viderunt eum sedentem super pullum, & acceperunt Palmas.

51. Apo-

(e) est semper.
(f) te.
(g) n. 12. *Deest in Cod.*
(h) n. 13. Bonum &c. n. 14. Quam fiduciam &c.
(i) eos.
(k) eos.
(l) Et concupiscentiis carnalibus exarserunt in me.
(m) compescebam eas.
(n) n. 24. 25. Irrumpentes &c. dominarentur.
(o) illas, & glorificabo eum.
(p) & in membris.
(q) n. 29. Filius &c. n. 30. Filius &c. n. 31. 32. 33. Non &c. mihi fecit.
(r) n. 36. Revelate &c. n. 37. Ut illas edoctus subjiciam &c.
(s) & es mihi in salutem.
(t) Exultemus cum Spiritu &c.
(u) Precor te Domine.

51. Benediximus vobis de dnmo Domini:
52. Deus Dominus & illuxit nobis.
53. Constituite diem solemnem in condensis,
54. Usque ad cornu altaris.
55. Deus meus es tu, & confitebor tibi:
56. Deus meus es tu, & exaltabo te.
57. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me:
58. Et factus es mihi in salutem.
59. Confitemini Domino, quoniam bonus,
60. Quoniam in sæculum misericordia ejus.

Alleluja. (†) *Psalm. CXVIII.*

1. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.
2. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirent eum.
3. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.
4. Tu mandasti mandata tua, custodiri nimis.
5. Utinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas justificationes tuas.
6. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.
7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.
8. Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaque.
9. In quo corrigit adolescentior viam suam, in custodiendo sermones tuos.
10. In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me a mandatis tuis:
11. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.
12. Benedictus es Domine, doce me justificationes tuas.
13. In labiis meis pronunciavi omnia judicia oris tui.
14. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.
15. In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.
16. In justificationibus tuis meditabor, non oblivisçar sermones tuos.
17. Retribue servo tuo, vivifica me, & custodiam sermones tuos.
18. Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.

---

* prædicaverunt

51. Apostoli * prædicant Judæis, & Gentilibus dicentes: annunciavimus (*x*) vobis, quæ dicta sunt a Prophetis de Domino, impleta esse.
52. Quandoquidem, cum esset Deus, Jesus Dominus visus est in terra.
53. Deinde Dominus ad Apostolos dicit: constituite gaudium ineffabile deponentibus duritiam cordis sui, & jam in fide florentibus.
54. Una cum cælestibus virtutibus exultate.
55. 56. (*y*) Unusquisque credentium audiens amorem, & viscera crucifixi propter nos dicit: Deus meus es tu, & confitebor, me ipsum redemptum esse pretioso tuo Sanguine.
57. 58. Deus meus es tu, & glorificabo te: tradam me ipse, quoniam non aversatus es me, sed ostensus es adjutor mihi in salutem.
59. In tnto corde deprecamini eum, quoniam bonus est.
60. Quoniam non avertit a nobis misericordiam suam.

(1) *laudate eum, qui Deus est.*

Titulus præpositus continet: *Alleluja*, quod interpretatur (1) varie nos adhortante Deo ad canticum, & laudem.

1. Beati, qui secundum Job, abstinent ab omni opere malo.
2. Beati, qui in singulis actionibus probant quid beneplacitum, & perfectum coram Deo. Ferventes circa caritatem ejus non dormitabunt, curam habentes, quomodo eum in ipsis hospitio accipient.
3. Nnn enim dicentes se esse Christianos, & concupiscentias mundi habentes, ejus mandatis nbediunt.
4. Tu dixisti: *maledictus omnis, qui facit opus Dei negligenter*.
5. Det gratia tua, ut instruantur voluntates cordis mei ad fructificandum me in justificationibus tuis.
6. In die judicii non audiam a te illud non novi te, si mens mea illuminata fuerit in omnibus præceptis tuis.
7. Tradam me ipsum tibi sincero corde, cum audivero, & credidero de futura justa retributione.
8. Justificationes tuas non dimittam, solum ne derelinquas me usque in finem.
9. Quomodo juvenilium cupiditatum quis obliviscetur? Dum ipse meminerit quæ a te dicta sunt, quod peccatores audituri sunt: *Discedite a me maledicti in ignem æternum &c.* *Matth. xxv. 141.*
10. Ex tota anima mea desideravi te, ne me indignum existimes gratia tua.
11. Omni custodia meipsum custodiebam, ne veniens Malus accipiat e corde meo eloquia tua, & terrenus remaneam.
12. Glorificatus es Domine, doce me justificationes tuas.
13. Non me subduxi, quominus docerem, & testificarer omnes voluntates tuas.
14. Ita gaudio impleor cum exequor mandata tua, veluti, ut uno verbo dicam, divitias congerens mibimetipsi in cælo.
15. In Scripturis tuis legam, & oculis mentis meæ intelligam earum virtutem.
16. Noctes, atque dies, *in sermonibus tuis meditabor*, & illos operibus implebo.
17. Da mihi gratiam Sancti Spiritus, & ipsa vivificabor, & implebo sermones tuos operibus.
18. Separa tenebras e corde meo, & lux tua illuceat, & agnoscam legis tuæ præcepta.

19. Non

(*x*) annunciamus &c.

(*y*) *n.* 55. Unusquisque &c. *n.* 56. Deus meus es tu, & glorificabo te. *n.* 57. Tradam &c. *n.* 58. Sed ostensus es &c.

(†) *Divisio versiculorum hujus Psalmi in Codice Vaticano omnino diversa erat, ideo necesse fuit integrum fere Psalmum cum sua interpretatione adscribere, omissis solum nonnullis versiculis, in quibus sive in Psalmo, sive in interpretatione nulla varietas ac diversitas erat, neque illos ad divisionem versiculorum indicandam necesse erat adscribere.* Antonellus. *Quæ vero Antonellus adscripsit, nos post finem Psalmi hujus addemus.*

19. Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua.

20. Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.

21. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis.

22. Aufer a me opprobrium & cootemptum, quia testimooia tua exquisivi.

23. Etenim sederunt principes, & adversum me loquebantur, servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

24. Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum justificationes tuæ.

25. Adhæsit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum.

26. Vias meas enunciavi & exaudisti me, doce me justificationes tuas.

27. Viam justificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.

28. Dormitavit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis.

29. Viam iniquitatis amove a me, & de lege tua miserere mei.

30. Viam veritatis elegi, & judicia tua non sum oblitus.

31. Adhæsi testimoniis tuis Domine, noli me confundere.

32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

33. Legem pone mihi Domine viam justificationum tuarum, & exquiram eam semper.

34. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.

35. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.

36. Inclina cor meum in testimonia tua, & non io avaritiam.

37. Averte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua vivifica me.

38. Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo.

39. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda.

40. Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me.

41. Et veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.

42. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.

43. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia in judiciis tuis supersperavi.

44. Et custodiam legem tuam semper in sæculum, & in sæculum sæculi.

45. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi.

46. Et

---

19. Non habeo civitatem hic permanentem, sed futuram in cælis inquiro, cujus tu artifex, & fabricator es; ne indignum me existimes agnoscere voluntatem tuam:

20. Desiderat anima mea, & non detrectat facere judicia tua nocte, atque die.

21. Diabolum, & Angelos ejus: In interitum reservati sunt, qui a tuis præceptis se avertunt, & in pristinas iniquitatis suæ cooversationes revertuntur.

22. Adime a me veterem illam improbam concupiscentiam, quia delector in præceptis tuis, unde singuli homines laudes, ac testimonium accipiunt.

23. Etenim principes tenebrarum harum consultaverunt adversum me, ego autem, quem redemisti pretioso tuo Sanguine, considerabam scripturas tuas.

24. Etenim meditans die ac nocte, quæ contestatus es mihi, & hæc suadeo aoimæ meæ.

25. Humiliatus sum coram te, vivifica me sicut vult gratia tua.

26. Confessus sum tibi pristina in ignorantia mea peccata, & statim misertus es mei: dona igitur mihi gratiam tuam.

27. Illuminationem scripturarum tuarum fac me intelligere per gratiam tuam, præ delectatione non cessabo loqui in magnitudine sermonum tuorum.

28. Submersa est anima mea a peccato, sed excita me gratia tua in verbis tuis.

29. Expelle a me mundi concupiscentias, & miserere mei deducens me in lege tua.

30. Desideravi Filium Dei, qui est via veritatis; recordatus enim sum tremendi tui Tribunalis.

31. Institui sequi præcepta tua Domine, ne me reprobum in ipsis dimittas.

32. Alacriter facio voluntatem tuam, cum aperueris cor meum inscribens io ipso legem tuam.

33. Confirma in mente mea quomodo perficiam justificationes tuas, & desiderabo semper a te hanc gratiam.

34. Illumina me, & exquiram interpretatiooem tuarum scripturarum, & studebo eam implere per opera bona.

35. Quoniam infans sum, & novi ambulare in præceptis tuis, quærens adhuc eorum viam: apprehende gratia tua animam meam, & fac ut in ipsis ambulem.

36. Subjice cor meum testimoniis tuis, & non circumvenienti me peccato, ne redigar in servitutem.

37. Illumina oculos mentis meæ, ne adhæream mundi voluptatibus: in Filio tuo vivifica me.

38. Confirma in corde meo eloquium tuum cum timore tuo.

39. Aufer a me pudorem, quem subire expectavi in tuo Tribunali, quia bonæ sunt promissiones tuæ.

40. Ecce sitivi facere mandata tua, pota me gratia tua.

41. Et veniat super me Spiritus tuus Sanctus vivificans, quemadmodum mihi promisisti.

42. Et da mihi gratiam, ut ego loquar e sanctis tuis scripturis contra omnes Hæreticos, & Judæos, & Geotiles, quoniam desideravi sermones tuos.

43. Et ne auferas a me gratiam tuam usque in finem, quoniam totus effusus sum in præceptis tuis.

44. Et indesineoter faciam legem tuam habens eam in me ipso, & in præsenti, & futuro sæculo.

45. Et exultavit cor meum, quoniam sollicitus fui facere voluntatem tuam.

46. Et

46. Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar.
47. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi valde.
48. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, & exercebar in juſtificationibus tuis.
49. Memor eſto verbi tui ſervo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.
50. Hæc me conſolata eſt in humilitate mea, quia eloquium tuum vivificavit me.
51. Superbi inique agebant uſquequaque, a lege autem tua non declinavi.
52. Memor fui judiciorum tuorum a ſæculo Domine, & conſolatus ſum.
53. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
54. Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.
55. Memor fui nocte nominis tui Domine, & cuſtodivi legem tuam.
56. Hæc facta eſt mihi, quia juſtificationes tuas exquiſivi.
57. Portio mea es Domine, dixi cuſtodire legem tuam.
58. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo, miſerere mei ſecundum eloquium tuum.
59. Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in teſtimonia tua.
60. Paratus ſum, & non ſum turbatus, ut cuſtodiam mandata tua.
61. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus.
62. Media nocte ſurgebam, ad confitendum tibi ſuper judicia juſtificationis tuæ.
63. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.
64. Miſericordia tua Domine plena eſt terra, juſtificationes tuas doce me.
65. Bonitatem feciſti cum ſervo tuo Domine ſecundum verbum tuum.
66. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.
67. Priuſquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum cuſtodivi.
68. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me juſtificationes tuas.
69. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.
70. Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus ſum.
71. Bonum mihi, quia humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas.
72. Bonum mihi lex oris tui, ſuper millia auri & argenti.

73. Ma-

---

46. Et recogitabam in mente mea præcepta tua & reſtiti regibus tenebrarum, & non ſunt in me dominati.
47. Et in corde meo explicabam ſcripturas, quia earum deſiderio effuſus ſum.
48. Et intendi mentem cordis mei in contemplationem ſcripturarum tuarum, quas dilexi, & permanſi probans, & dijudicans, quæ in tuis ſcripturis continentur.
49. Recordare, quod promiſiſti miſereri mei, ſi in ſermonibus tuis verſabor.
50. Hæc promiſſio tua conſolata eſt me, quando eram in peccato meo, quoniam dixiſti: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* Ezech. xxxiii. 11.
51. Contemnentes præcepta tua impie agunt uſque in finem, ego autem a lege tua non receſſi.
52. Solum recordatus præceptorum tuorum, quæ ab initio ſunt, Domine, exultat cor meum.
53. Multa tribulatio tenuit me, cum videbam peccatores contemnentes leges tuas.
54. Semper in juſtificationibus tuis delectabar, ubique terrarum exiſtens.
55. Subingrediente in me peccato, recordatus ſum, quod Deus meus es, & abſtiti ab eo, hoe enim præcepiſti mihi.
56. Hoc mihi auxilio fuit, quod juſtificationes tuas deſideravi magis, quam peccatum.
57. Tu es vita mea Domine: propoſui enim implere legem tuam.
58. Deprecatus ſum, ut veniret gratia tua, in toto corde meo, miſerere mei, & mitte eam, quemadmodum dixiſti: *petite, & dabitur vobis.*
59. Recordatus ſum, quod in peccatis ambulo, & pœnitens confugi ad paſſiones tuas.
60. Uſque ad mortem præparavi animam meam in voluntatem tuam, & non erat mihi difficile implere præcepta tua.
61. Suggeſtiones contrariarum poteſtatum ad excitandas cupiditates in me ſubingreſſæ ſunt: recordatus autem ſum, quod adulterantes in diluvio perierunt, & Sodomitæ concremati ſunt.
62. Cum omnes ſomno detinebantur, ego vigili mente adſtans ſerviebam tibi in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis ſpiritualibus.
63. Spectans ſingulos, qui placent tibi, obſervo, quomodo quiſque eorum vitam inſtituit, & a ſingulis aliquid accipiens teneo apud me ipſum, peragens hoc ipſum, ſicut ille.
64. Non eſt homo, cujus non miſerearis, atque etiam mei miſereberis, & docebis me juſtificationes tuas.
65. Omnem tuam bonitatem impleviſti in me, quemadmodum mihi promiſiſti.
66. Caritatem, & humilitatem, & virtutem ſcripturarum tuarum ſcire me per gratiam tuam concede mihi, quia credidi, quod eſt retributio juſtis, atque injuſtis.
67. Priuſquam ſubjicerer tibi, ego in te multa peccavi, propterea nunc quod præcepiſti mihi, cuſtodivi.
68. Bonus es Domine, & in Spiritu tuo bono doce me juſtificationes tuas & cognoſcere, & facere.
69. Multitudo cupiditatum, & cogitationum diabolicarum irruit in me: ego autem nequaquam tradidi in ipſas cor meum, nam mentem meam habebam in præceptis tuis.
70. Obduratum eſt cor eorum, ego autem mentem meam in timore tuo habeo.
71. Bonum mihi, quod manſueſeciſti cor meum, ut excipiam gratiam tuam.
72. Bonæ mihi ſunt divitiæ, quas dediſti mihi dicens: *accipite Spiritum Sanctum*, qui ſuper omnes divitias eſt, quas quiſpiam unquam animo conceperit.

73. Tu

73. Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me, da mihi intellectum, & discam mandata tua.

74. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperavi.

75. Cognovi Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliasti me.

76. Fiat misericordia tua ut consoletur me secundum eloquium tuum servo tuo.

77. Veniant mihi miserationes tuæ, & vivam: quia lex tua meditatio mea est.

78. Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

79. Convertantur mihi timentes te, & qui noverunt testimonia tua.

80. Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

81. Defecit in salutare tuum anima mea, & in verba tua supersperavi.

82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: quando consolaberis me?

83. Quia factus sum sicut uter in pruina: justificationes tuas non sum oblitus.

84. Quot sunt dies servi tui? quando facies de persequentibus me judicium?

85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua Domine.

86. Omnia mandata tua veritas: inique persecuti sunt me, adjuva me.

87. Paulo minus consummaverunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.

88. Secundum misericordiam tuam vivifica me, & custodiam testimonia oris tui.

89. In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo:

90. In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

91. Ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia serviunt tibi.

92. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea,

93. In æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me.

94. Tuus sum ego, salvum me fac: quoniam justificationes tuas exquisivi.

95. Me exspectaverunt peccatores, ut perderent me, testimonia tua intellexi.

96. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

97. Ut dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est.

98. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.

99. Su-

---

73. Tu ab initio, cum ego lutum essem, & terra, formasti me secundum tuam imaginem, & similitudinem, & nunc corruptum cor meum a terrenis concupiscentiis renova illud, & fac, cum tua imago sit, ut habeat in se inscripta præcepta tua.

74. Sancti tui, & omnes Angeli tui exultabunt videntes quod me pœnituit.

75. Illuminatus gratia tua cognovi, quod justa sunt præcepta tua, & quæ in ipsis pronunciasti contra me peccatorem, juste definivisti.

76. Sed rursus fiat misericordia tua consolans me, quoniam ita dixisti: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.* Ezech. xxxiii.11.

77. Habitet gratia tua in me, & me mortuum ob peccatum vivificabit, quoniam cepi meditari legem tuam.

78. Erubescant contrariæ potestates, quod ipsæ me in captivitatem redegerunt, ego autem firmabo mentem meam in præceptis tuis.

79. Instruent, & docebunt, qui habent gratiam tuam, & qui noverunt potestatem sanctarum tuarum scripturarum.

80. Emundetur cor meum a gratia tua in justificationibus tuis non habens in se ipso cupiditatem, & curam terrenarum rerum, ne rursus confundar ante tuum Tribunal.

81. Sitit anima mea salutare tuum, pota me eloquiis tuis.

82. Consumptus sum totus ob desiderium anxie cogitans, quando me potabis gratia tua.

83. Quoniam mortificatus sum, & arefactus in peccato meo, novi & recordatus sum, quod dixisti tuis in justificationibus suscipere peccatorem.

84. Quot alii mihi supersunt dies vitæ? quando tanto tempore dabis mihi potestatem conculcandi omnem inimicorum potentiam, quanto ipsi in me dominati sunt?

85. Subdiderunt mihi dæmones pristinas suas fallacias, sed non quemadmodum tu vis Domine.

86. Novi quod justus Judex es in omnes: fugiente me ab ipsis, & volente ad te venire, qui secundum naturam Dominus meus es, persequuntur me quærentes me prædari, adjuva me.

87. Ita valide in me irruerunt, ut paulo minus interfecissent me in peccato, ego autem in corde meo dicebam animæ meæ: recordare, quid tibi præceperit Deus.

88. Quemadmodum misericordia tua immensa, & investigabilis est, ita gratiam tuam da mihi vivificantem me, & implebo præcepta, quæ mandasti mihi.

89. In corde, in quo familiariter inhabitas, incessanter est voluntas tua.

90. In Sanctis, qui omni tempore complacuerunt tibi, vere est fides tua: fundasti mundum in fide tua, *& portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*

91. Dono gratiarum tuarum permanet lux tua, quoniam tu Dominus es cælestium, & terrestrium, & infernorum.

92. Nisi saltem nunc cepissem discere legem tuam, sed mansissem ut prius, omnimode periturus eram in peccato meo.

93. Non utique obliviscar passionum tuarum, quoniam me mortuum Sanguine tuo vivificasti.

94. Omnino redemisti me pretioso tuo Sanguine, salva me, quoniam, audita prædicatione tua, credidi.

95. Me quæsiverunt contrariæ potestates perdere in Idololatria; dicta autem a te de fide in te, & spe audiens credidi.

96. Omnis gloriæ, & carnalis voluptatis vidi finem: custodientes autem mandatum tuum digni facti sunt intermina gloria, & voluptate.

97. Ut solum cepi diligere legem tuam, indesinenter postea illuminor, & proficio in ipsa.

98. Nam contrariis potestatibus, & omnibus hæreticis non dedisti talem gratiam, sicut mihi, ut intelligerem mandata tua, quoniam mihi indesinentar donasti eam gratiam.

99. Su-

99. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.
100. Super senes intellexi: quia mandata tua quæsivi.
101. Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.
102. A judiciis tuis non declinavi: quia tu legem posuisti mihi.
103. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.
104. A mandatis tuis intellexi: propterea odivi omnem viam iniquitatis.
105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.
106. Juravi, & statui custodire judicia justitiæ tuæ.
107. Humiliatus sum usquequaque: Domine vivifica me secundum verbum tuum.
108. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, & judicia tua doce me.
109. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus.
110. Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erravi.
111. Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum: quia exsultatio cordis mei sunt.
112. Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem.
113. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.
114. Adjutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum supersperavi.
115. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.
116. Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivifica me, & non confundas me ab exspectatione mea.
117. Adjuva me, & salvus ero, & meditabor in justificationibus tuis semper.
118. Sprevisti omnes discedentes a judiciis tuis: quia injusta cogitatio eorum.
119. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.
120. Confige timore tuo carnes meas: a judiciis enim tuis timui.
121. Feci judicium & justitiam: non tradas me calumniantibus me.
122. Suscipe servum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

---

99. Super omnes seniores me illuminatus sum in eloquiis tuis, quoniam nocte, ac die in ipsis meditor.
100. Super omnes, qui antecedebant me cognitione, intellexi virtutem scripturarum, quoniam mandata tua desideravi.
101. Ab omni pravo peccato cessavi, ut erga te, & proximum caritatem implerem.
102. In præceptis tuis territus ambulavi, quoniam tu deduces me gratia tua.
103. Primus quidem proprius sensus hic est, quod melle dulciora sunt eloquia tua; Illud enim neque in cor meum ingreditur, & postquam acceptum est, statim cessat ejus dulcedo; hæc autem, cum perseverant in corde meo, augent in me suam dulcedinem: allegorice autem hoc significat, quod eloquia tua dulciora sunt omni mundi dulcedine, quoniam expectationem habent æternæ voluptatis.
104. A justificationibus tuis edoctus sum, propterea abominatus sum omne peccatum.
105. Cum peccati tenebræ ingruunt mihi, apparet mihi nomen tuum, ne offendens in peccatum, cadam, aut etiam mente mea percutiar, & illuminat me, quid faciam.
106. Juramentum fides est: credens igitur in te, obfirmavi cor meum, ut impleam voluntatem bonitatis tuæ.
107. Antea cum dominaretur in me peccatum, multa inique gessi coram te; vivifica me, quemadmodum dixisti: *qui credit in me, habet vitam æternam*. Joan. Ev. vi. 47.
108. Et incerta, & abscondita sapientiæ tuæ manifesta mihi.
109. Tu tradidisti te ipsum usque ad mortem, & non sum oblitus dilectionis erga te, & proximum.
110. Dæmones mihi injecerunt pecuniæ cupiditatem, & non erravi; recordatus sum enim te dixisse, quam difficile, qui pecunias habent, ingredientur in regnum Cælorum.
111. Occultavi, dum video manifestationem tuorum testimoniorum, gaudium ineffabile esse cordi meo.
112. In æternum tradidi totum me ipsum ad placendum tibi omni tempore propter æternam bonorum tuorum retributionem.
113. Volentes abducere me a veritate, aversatus sum, præcepta autem tua defixi in corde meo.
114. Tu in omnibus protegis me, credidi enim, quæ dicta sunt a te de beata spe.
115. Recedite a me adversariæ potestates, & firmabo mentem meam, quomodo impleam præcepta Dei mei.
116. Libera me ex laqueis diaboli, quemadmodum promisisti dicens: mors non amplius in vos dominabitur, & non permittes me superatum privari æterna vita.
117. Circumda gratia tua cor meum, & custodiar, & cum pax erit in me, nulla alia mihi cura erit, nisi facere voluntatem tuam semper.
118. Quoniam alii quidem crediderunt te Deum esse, alii autem lasciviæ, & avaritiæ, & reliquis vitiis se ipsos tradiderunt.
119. Cogitavi, quod perditi sunt omnes, qui adhærent libidini, ideo amo testimonia tua, quoniam sunt vita æterna.
120. Fac ut immobilis configatur timor tuus in membris meis, ut mortuus sim peccato, audivi enim de æternis suppliciis, & timui.
121. Credidi quemadmodum mihi præcepisti, & voluntatem tuam implevi; ne permittas, ut in me dominentur contrariæ potestates.
122. Patienter me expecta ad pœnitentiam, ne adversariæ potestates causam aliquam inveniant accusandi me apud te.

123. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium justitiæ tuæ.

124. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, & justificationes tuas doce me.

125. Servus tuus sum ego, da mihi intellectum, & sciam testimonia tua.

126. Tempus faciendi Domino: dissipaverunt legem tuam.

127. Ideo dilexi mandata tua super aurum, & topazion.

128. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

129. Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.

130. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.

131. Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

132. Aspice in me, & miserere mei secundum judicium diligentium nomen tuum.

133. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis injustitia.

134. Redime me a calumniis hominum, & custodiam mandata tua.

135. Faciem tuam illumina super servum tuum, & doce me justificationes tuas.

136. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodivi legem tuam.

137. Justus es Domine, & rectum judicium tuum.

138. Mandasti justitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis.

139. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.

140. Ignitum eloquium tuum vehementer, & servus tuus dilexit illud.

141. Adolescentulus sum ego & contemptus, justificationes tuas non sum oblitus.

142. Justitia tua, justitia in æternum, & lex tua veritas.

143. Tribulatio & angustiæ invenerunt me, mandata tua meditatio mea est.

144. Justitia testimonia tua in æternum, intellectum da mihi, & vivam.

145. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine, justificationes tuas requiram.

146. Clamavi ad te salvum me fac, & custodiam mandata tua.

147. Præveni in maturitate, & clamavi: quia in verba tua supersperavi.

148. Præ-

---

123. Omne meum desiderium est gratiam tuam accipere, & implere, quæ mihi præcepisti.

124. Et justificationes tuas fac mecum, quemadmodum consuevit misericordia tua, & secundum magnitudinem misericordiæ etiam perfice gratia tua cor meum, ut tecum, quæ justa sunt, perficiat.

125. Redemisti me pretioso Sanguine, & subjeci tibi me ipsum, da mihi gratiam, ut agnoscam quomodo perficiam, quæ præcepisti mihi.

126. Nunc tempus est decertare pro tua veritate usque ad mortem, quoniam negaverunt fidem tuam.

127. Propterea teoui magis sanctas tuas scripturas, quam aurum electum. *Topazion* enim interpretatur *bonum*: quia igitur præsentes divitiæ temporariæ sunt, neque propter mandata tua æternæ existunt, ideo magis dilexi præcepta tua.

128. Propterea ad omnes tuas voluntates paratus eram, & omoe peccatum abominatus sum, quoniam in retributionem respicio.

129. Testimonia tua admiratione plena suot ei, qui illa intelligere potest; propterea desideravi agooscere vim tuarum scripturarum.

130. Interpretatio scripturarum tuarum illuminat, & in iotellectum adducit, qui infantes sunt in intelligendo.

131. Sitiens gratiam tuam deprecatus sum te, & dedisti mihi Spiritum Sanctum tuum, quoniam desiderabam agnoscere scripturarum interpretationem.

132. Quemadmodum respicis diligentes te cum misericordia, & miseratione, ita etiam me aspice, & miserere mei.

133. Fac cor meum prompte sequi voluntatem tuam, & non poterit omnis diaboli potestas abducere me ab amore tuo.

134. Libera me ab omni dæmonum incursu, & implebo mandata tua.

135. Lux gratiæ tuæ fac, ut exoriatur in corde meo, & doce me intelligere, & facere justificationes tuas.

136. Fluvios lacrymarum deduxi ab oculis meis gemens, & cogitans quod non custodivi legem tuam.

137. Justus Judex es Domioe, & non est personarum acceptio apud te.

138. Præcepisti facere justitiam in tui testimonium, & nihil per simulationem.

139. Emarcui totus ob zelum erga te, quoniam video hæreticos contraria fidei tuæ sumentes e scripturis tuis.

140. Quoniam ignis ipse es, & ignita eloquia tua sunt ad comburendum ligna, fœnum, stipulam, hoc est improbas actiones. Qui autem servus tuus est, diligit eloquium tuum, quoniam, cum ignitum sit, vitæ spinas comburit. *1. Corinth. III. 12.*

141. Ego nunc cepi convertere me a peccatis meis ad te, & omnes me opprobrio habent, tanquam peccatorem; ego autem opprobratus ab ipsis justificationes tuas custodivi.

142. Faciens justitiam justus est io æternum, & ea omnia, quæ de venturis bonis promisisti, veritas sunt.

143. Indigentia, & persecutio invenerunt me, ego autem recordatus sum, quoniam dixisti: *Beati qui esuriunt* (1), *& beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint.* *(1) & sitiunt justitiam. Matth. 5. & 6. 12.*

144. Justitia sunt testimonia tua, & in præsenti, & in futuro sæculo, fac ut ea intelligam, & per ipsa vivam.

145. Domine patienter mecum age, & omnia reddam tibi: respiciam enim in scripturas tuas, & cognoscam quid non implevi in ipsis, & hoc tibi adimplebo.

146. *Clamavi* in dolore cordis mei ad te: submersum me a peccato salva, quemadmodum salvasti Petrum in fluctu maris, & non relinquam testimonia tua.

147. Ut vidi animam meam quiescentem a perturbantibus eam, confessus sum tibi peccata mea, speravi enim in sermonibus tuis, quoniam di-

xisti

148. Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.

149. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine, * secundum judicium tuum vivifica me.

* &

150. Appropinquaverunt persequentes me iniquitati, a lege autem tua longe facti sunt.

151. Prope es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas.

152. Initio cognovi de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.

153. Vide humilitatem meam, & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.

154. Judica judicium meum, & redime me: propter eloquium tuum vivifica me.

155. Longe a peccatoribus salus, quia justificationes tuas non exquisierunt.

156. Misericordiæ tuæ multæ Domine, secundum judicium tuum vivifica me.

157. Multi qui persequuntur me, & tribulant me: a testimoniis tuis non declinavi.

158. Vidi prævaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.

159. Vide, quoniam mandata tua dilexi: Domine in misericordia tua vivifica me.

160. Principium verborum tuorum veritas, & in æternum omnia judicia justitiæ tuæ.

161. Principes persecuti sunt me gratis, & a verbis tuis formidavit cor meum.

162. Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.

163. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

164. Septies in die laudem dixi tibi, super judicia justitiæ tuæ.

165. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

166. Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi.

167. Custodivit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer.

168. Servavi mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo Domine.

169. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine, juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

170. Intret postulatio mea in conspectu tuo Domine, secundum eloquium tuum eripe me.

171. Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me justificationes tuas.

172. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas.

173. Fiat manus tua ut salvet me, quoniam mandata tua elegi.

174. Con-

Matth. xi. 28.

xisti: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.*

148. Vigilaverunt oculi cordis mei ad suaviter excipiendam lucem scripturarum tuarum.

149. Sicut immensa est misericordia tua, ita exaudi me, & secundum voluntatem tuam ita vivifica me.

150. Attulerunt adversariæ potestates improbas cupiditates, ut vero viderunt in me existentem legem tuam, disparuerunt.

151. Prope es tu Domine volentibus ad te confugere, & omnia mandata tua non sunt onerosa.

152. Ab initio cognovi e scripturis tuis, quod * invicta sunt mandata tua.

* immutabilia

153. Recordare, quod terra, & pulvis sum, & eripe me ab adversariis potestatibus, quoniam indesinenter sollicitus sum, quomodo impleam legem tuam.

154. Quandoquidem justus Judex existis, me inique oppressum a dæmonibus libera, & sermone tuo vivifica me.

155. Quoniam dixisti: nemo vestrum inique agat; morti traditi sunt peccatores, quia respuerunt promissionem vitæ venturæ.

156. Novi immensas esse miserationes tuas, secundum voluntatem tuam vivifica me.

Luc. xxi. 19. Marc. xiii. 13.

157. Contrariæ potestates. Nam recordatus sum te dixisse: *in patientia possidebitis animas vestras, & qui sustinuerit in finem, hic salvus erit.*

158. Observavi pereuntes, & præ tribulatione tabescebam, quia voluntati tuæ resistebant.

159. Qui omnium corda noscis, novisti suave mihi esse implere præcepta tua Domine, miserens mei, & adjuvans me vivifica me gratia tua.

160. Initium mandatorum tuorum credere in te, & in venturo sæculo retributionem cuique secundum opera ejus.

161. Contrariæ potestates venerunt, ut detinerent me in vanitate vanitatum, & recordatus æterni judicii extimuit cor meum esse cum ipsis.

162. Ita gaudeo in eloquiis tuis, sicut qui immensum thesaurum invenit.

163. Odio habui, & abominor omne peccatum, diligere autem te & proximum, gaudium meum est.

164. Primum quidem: incessanter laudavi te, perago excitans justitiam tuam bonam: aliter autem etiam intelligitur: quod per septem lucis tuæ dona, quæ in præceptis justitiæ tuæ sunt, opere, & verbo laudavi te.

165. Qui desiderant implere legem tuam, a nemine impugnantur, neque est in ipsis aliqua improba cupiditas: habentes enim in seipsis immensam tuam gratiam, quam dilexisti, adjuvant, & docent eos.

166. Respexi in æternam vitam Domine, & propterea quæ præcepisti mihi, suavia mihi fuerunt.

167. Recordata est semper passionum tuarum anima mea, & recordatione semper infixæ sunt in mente ejus valde.

168. Custodivi in me ipso quod præcepisti mihi, & testabantur mihi omnes vehementer, quod opere, & sermone perficiebam.

169. Ita validam, ac potentem redde precationem meam, ut proxime ad te valeat ipsa pervenire. Aut alio modo; humanitate te ipsum inclinans prope eam sis, ut hoc modo mihi appropinques, & quemadmodum dixisti; *petite, & dabitur vobis*, da mihi petenti gratiam tuam, & in ipsa da mihi intellectum.

Matth. vii. 7.

170. Aperi portas cælorum tuorum, & deprecationem meam recipe, quemadmodum dixisti: *invoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, & glorificabis me:* ita nunc excipiens deprecationem meam libera me.

Psalm. xlix. 15.

171. Hymnum rependam glorificans te, cum illuminabis me ad intelligendas, & faciendas justificationes tuas.

172. Loquar confidenter sermonem tuum, quoniam ab initio usque in finem justitia sunt, quæ mandasti nobis.

173. Præpara gratiam tuam ad custodiendum me, quoniam præcepta tua elegi.

174. Desi-

174. Concupivi salutare tuum Domine, & lex tua meditatio mea est.
175. Vivet anima mea, & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.
176. Erravi sicut ovis quæ periit, quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Psal. CXVIII.

1. Beati &c.
2. Qui ambulant &c.
3. Beati &c.
4. In toto &c.
5. Non enim &c.
6. Tu &c.
7. Utinam &c.
8. Tunc &c.
9. Confitebor &c.
10. In eo, quod didici &c.
11. Justificationes tuas &c.
12. In quo &c.
13. In custodiendo &c.
14. In toto &c.
15. In corde &c.
16. Benedictus &c.
17. In labiis meis &c.
18. In via &c.
19. In mandatis &c. & considerabo mirabilia tua.
20. In justificationibus tuis *etc.*
21. Non obliviscar &c.
22. Retribue &c.
23. Revela &c.
24. Incola &c.
25. Non abscondas &c.
26. Concupivit &c.
27. Increpasti &c.
28. Maledicti &c.
29. Aufer &c.
30. Etenim &c.
31. Nam & testimonia tua &c.
32. Adhæsit &c.
33. Vias meas &c.
34. Viam &c.
35. Dormitavit &c.
36. Viam &c.
37. Viam veritatis &c.
42. Deduc me &c.
43. Inclina &c.
44. Averte &c.
45. In via &c.
46. Statue &c.
47. Aufer &c.
48. Ecce concupivi &c.

49. Et

---

174. Desideravi Domine cognoscere manifestationem præceptorum tuorum, propterea exquiro singularum scripturarum explicationem.
175. Vivifica animam meam per gratiam tuam, & ejus auxilio te laudabit: & judicia tua arma mibi sint adversus contrarias potestates.
176. Erravi relinquens te verum Pastorem: sed cognoscis ubi sum; fac ut velis me reperire, quoniam etiam errabundus existens, tanquam ovis clamans quæro te, & gregem tuum, timens, ne propter meum peccatum & in prædam sim contrariis potestatibus.

Titulus præpositus cinnabari scriptus continet &c. interpretatur diverse & varie ad hymnos & laudem nos exhortans.
1. Beati, qui secundum Job. *Aleph* cinnabari versui adscriptum interpretatur *principatus oris*, hoc est, qui potest non offendere in verbo, hic perfectus Vir.
2. Qui abstinent &c.
3. Beati &c.
4. Ferventes &c. quomodo eum accipiant inhabitantem in se ipsis.
5. Dicentes enim se esse &c. præceptis ejus non obediunt.
6. Tu dixisti &c. opera Dei negligenter.
7. Det &c.
8. In die judicii non audiam &c.
9. Tradam &c.
10. Cum audiero &c.
11. Justificationes tuas &c.
12. Quomodo juvenilium cupiditatum quis obliviscitur? Illud cinnabari adscriptum nomen: *Beth* interpretatur *domus*. Significat autem, quod ita corrigit adolescentior viam suam, si anima & membra ipsius sint domus Dei.
13. Cum recordatus sum, quæ a te dicta &c. in ignem æternum, quod paratum est Diabolo & Angelis ejus.
14. Ex tota &c. existimes &c.
17. Non refugi docere &c.
18. Ita gaudio &c.
19. In scripturis tuis &c. cordis mei &c.
20. Die, noctuque.
21. Et implebo eos opere.
22. Da &c. Sancti tui Spiritus &c.
23. Separa tenebras &c.
24. Non habeo &c.
25. Ne indignum existimes me agnoscere me voluntatem tuam.
26. Desideratanima mea, & non satiatur facere.
27. Diabolum &c.
28. In interitum &c. ad pristinas iniquas suas conversationes revertuntur.
29. Adime &c.
30. Etenim &c.
31. Etenim &c.
32. Humiliatus sum &c.
33. Confessus sum tibi &c. & statim voluisti me &c.
34. Illuminationem &c. & præ delectatione non cessabo meditans in &c.
35. Submersa est &c.
36. Expelle &c. *secundum μι deest.*
37. Desideravi te filium &c. memini enim tremendi &c.
42. Quoniam infans &c. in cedere &c. quæram autem viam &c. & fac me inambulare in ipsis.
43. Subjice &c. & non &c. ut sim &c.
44. Illumina &c. ne ego adhæream &c.
45. In Filio tuo &c.
47. Aufer a me pudorem, & da mihi fiduciam habere in &c.

49. Et

49. Et veniat &c.
50. Et respondebo &c.
51. Quia speravi &c.
52. Et ne auferas &c.
53. Et custodiam &c.
54. Et ambulabam &c.
55. Et loquebar &c.
56. Et meditabar &c.
57. Et levavi &c.
58. Et exercebar &c.
59. Memor &c.
60. Hæc me &c.
61. Quia eloquium tuum &c.
62. Superbi inique &c.
63. Memor fui &c.
64. Defectio &c.
65. Cantabiles &c.
66. Memor fui &c.
67. Hæc facta est &c.
68. Portio mea &c. custodire leges tuas.
69. Deprecatus sum &c.
70. Cogitavi &c.
71. Paratus sum &c.
72. Funes &c.
73. Et legem &c.
74. Media nocte &c.
75. Particeps &c.
76. Misericordia tua &c.
77. Bonitatem &c.
81. Multiplicata est &c.
82. Coagulatum est &c.
85. Manus tuæ &c.
86. Da mihi intellectum &c.
87. Qui timent &c.
88. Cognovi &c.
89. Et veritate &c.
90. Fiat misericordia &c.
91. Veniant &c.
92. Confundantur &c.
93. Convertantur mihi &c.
94. Fiat cor meum &c.
95. Defecit &c. & in tuos sermones etc.
96. Defecerunt &c.
97. Quia &c.
98. Justificationes tuas &c.
99. Quot sunt &c.
100. Narraverunt mihi &c. fabulationem &c.
101. Omnia &c.
102. Inique &c. adjuva me.
103. Paulominus &c.
104. Secundum &c.
105. In æternum &c.
106. In generationem &c.
107. Fundasti &c.
108. Ordinatione &c.
109. Nisi &c.
110. In æternum &c.
111. Tuus sum &c.
112. Me expectaverunt &c.
113. Omnis &c.
114. Latum &c.
115. Quomodo &c.

---

49. Et veniat &c. vivificans me, quemadmodum promisisti mihi.
50. Et da mihi &c.
51. Quoniam desideravi &c.
52. Et me &c. in præceptis tuis effusus sum.
53. Faciam &c.
54. Et exultavit &c.
56. Et &c. dissolvebam in me ipso &c. effusus sum desiderio in ipsis.
57. Et intendi &c.
58. Et permansi &c.
59. Recordare, quod promisisti mihi &c. si versabor in &c.
60. Hæc &c.
62. Contemnentes &c.
63. Solum &c.
64. Multa &c. cum aspiciebam &c. legem tuam.
65. Semper &c. in omni loco &c.
66. Subingrediente in me peccato &c. hoc enim præcepisti mihi.
69. Deprecatus sum venire in toto &c. & mitte auxilium tuum, sicut dixisti: *petite* &c.
72. Suggestiones &c.
73. Recordabar enim &c. in diluvio &c. fulminibus perculsi sunt.
74. Cum &c. adstiti serviens tibi.
76. Non est &c. & misereri mei, & doce me &c.
81. Multitudo &c.
82. Obdurata sunt corda eorum contra me, ego autem &c. in lege tua habeo.
85. Tu ab initio &c. formasti me secundum &c.
86. Et nunc &c. renova illud, ut quod est tua imago, præcepta tua habeat in seipso inscripta.
87. Sancti tui &c. videntes me &c.
88. Illuminatus &c.
89. Et quæ &c.
90. Sed &c.
91. Habitet &c. vivifica, quoniam &c.
93. Instruent &c. & videntes &c. sanctarum scripturarum.
94. Perficiatur &c.
95. Sitit &c.
96. Consumptus est sermo &c.
97. Quoniam &c.
98. Novi, & recordor &c. peccatoribus subvenire.
99. Quot &c. dabis mihi &c. in me dominari sunt?
100. Subdiderunt mihi &c. sed non sic vis, Domine &c.
101. Novi, quod justus Judex es in omnem.
102. Fugiente me &c.
103. Ita &c. irruerunt mihi &c. in peccato meo ego &c.
104. Quemadmodum &c. præcepta tua &c.
105. In corde, in quo habitas, & inambulas &c.
106. In Sanctis tuis, qui &c.
107. Fundasti omnem mundum &c.
110. Non utique &c. vivificasti.
112. Me &c. dicta autem a te de tua spe audiens credidi.
113. Omnis etc. vidi finem.
114. Custodientes autem etc.
115. Ut solum etc. nomen tuum.

116. Tota *&c.*
117. Super inimicos *&c.*
118. Super omnes *&c.*
119. Super senes *&c.*
120. Ab omni via *&c.*
121. A judiciis *&c.*
122. Quam dulcia *&c.*
123. A mandatis *&c.*
124. Lucerna *&c.*
125. Juravi *&c.*
126. Humiliatus sum *&c.*
127. Voluntaria *&c.*
128. Et judicia *&c.*
129. Anima mea *etc.*
130. Posuerunt *etc.*
131. Hæreditavi *etc.*
132. Inclinavi *etc.*
133. Iniquos *etc.*
134. Adjutor *etc.*
135. Declinate *etc.*
136. Suscipe *etc.*
137. Adjuva me *etc.*
138. Sprevisti *etc.*
139. Prævaricantes *etc.*
140. Confige *etc.*
141. Feci *etc.*
142. Suscipe *etc.*
143. Oculi mei *etc.*
144. Fac *etc.*
145. Servus tuus *etc.*
146. Tempus *etc.*
147. Ideo *etc.*
148. Propterea ad *etc.*
149. Mirabilia *etc.*
150. Declaratio *etc.*
151. Os meum *etc.*
152. Aspice *&c.* nomen tuum *etc.*
153. Gressus meos *etc.*
154. Redime me *etc.*
159. Tabescere me *etc.*
160. Ignitum *etc.*
161. Et servus tuus *etc.*
162. Adolescentulus sum ego *etc.*
166. Clamavi *etc.*
167. Justificationes *etc.*
168. Clamavi ad te *etc.*
169. Præveni *etc.*
170. In sermones tuos *etc.*
171. Prævenerunt *etc.*
172. Vocem meam *etc.* secundum eloquium tuum, secundum judicium tuum *etc.*
173. Appropinquaverunt *etc.*
177. Judica *etc.*
178. Longe a peccatoribus *etc.*
179. Misericordiæ tuæ *etc.*
180. Multi qui *etc.*

181. Vi-

---

116. Indesinenter *etc.* & proficio io ipsa.
117. Nam contrariis *etc.* hanc gratiam.
118. Super *etc.*
119. Super omnes *etc.*
120. Ab omni *etc.*
121. In præceptis tuis transversim non abivi, quoniam tu gratia tua deduxisti me.
122. Primus quidem proprius *&c.* dulciores sunt mihi justificationes tuæ *etc.* & postquam acceptum est *&c.* statim excidit ejus dulcedo *etc.*
123. A justificationibus *etc.*
124. Cum *etc.* apparet mihi lex tua, ne offendens in peccatum cadam, aut aliquid mentis meæ vulneretur, & illuminat me, ut sciam quid faciam?
125. Jurameotum *etc.*
126. Antea cum dominaretur *&c.* coram te; & vivifica me: quemadmodum dixisti *etc.*
127. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.
128. Et incerta *etc.*
129. Tu tradidisti *etc.*
130. Dæmones injecerunt mihi *etc.*
131. Deliciatus sum in sciendo manifestationem *etc.* quoniam gaudium ineffabile est in corde meo.
132. Tradidi totum meipsum ad placendum tibi *etc.*
133. Volentes *etc.* præcepta aotem tua amplexus sum in corde meo.
134. Tu *etc.* quæ dicta sunt a te mihi de *etc.*
135. Recedite *etc.*
136. Libera me *etc.*
137. Circumda *etc.* nulla mihi alia erit cura *etc.*
138. Quoniam alii quidem non crediderunt *etc.*
139. Cogitavi *etc.*
140. Fac ut immobilis *etc.*
141. Credidi in te quemadmodum *etc.*
142. Patienter me expecta *etc.*
143. Omne *etc.*
144. Fac mecum *etc.* misericordiæ tuæ *etc.* ut justificationes tuas efficiam.
145. Redemisti *etc.* pretioso tuo *etc.* gratiam tuam *etc.*
146. Nunc tempus est *etc.*
147. Nunc est *etc.* quia igitur præsentes divitiæ temporariæ sunt, divitiæ autem ex præceptis tuis æternæ existunt, propterea magis dilexi *etc.*
148. Propterea *etc.* respiciebam.
149. Testimonia tua plena sunt *etc.* propterea igitur *etc.*
150. Ioterpretatio *etc.*
151. Sitiens *etc.* quoniam desiderabam agnoscere interpretationem tuarum scripturarum.
152. Quemadmodum respexisti *etc.* & miserere mei.
153. Fac cor meum *etc.*
154. Libera me ab omni fraude & incursu *etc.*
159. Emarcui totus *etc.* hæreticos contraria scripturis tuis loqueotes de fide tua.
160. Quoniam ignis ipse existis *etc.* stipulam, hoc est pravas operationes.
161. Qui autem servus *etc.* vitæ spinas in se ipso comburit.
162. Ego nunc *etc.*
164. Indigentia *etc.* quoniam dixisti: Beati *etc.* cum persequentur vos & exprobrabunt vobis.
165. Justitia *etc.*
166. Domine *etc.*
167. Respiciam *etc.* & cognoscam quid non *etc.*
168. In dolore cordis mei clamo ad te *etc.*
169. Ut vidi *etc.* confiteor tibi *etc.*
170. Speravi *etc.*
171. Vigilaverunt *etc.*
172. Sicut *etc.* & quemadmodum vis vivifica me.
173. Attulerunt mihi adversariæ *etc.* ubi vero viderunt in me *etc.*
177. Quandoquidem *etc.* libera me & sermone tuo iostrue me, quoniam dixisti: *nihil vos lædet*.
178. Morti traditi sunt *etc.*
179. Novi *etc.*
180. Recordatus sum *etc.*

181. Ob-

181. Vidi prævaricantes *etc.*
182. Vide quoniam *etc.*
183. Principium verborum *etc.*
184. Principes *etc.*
185. Et a verbis *etc.*
186. Lætabor *etc.*
187. Iniquitatem *etc.*
188. Septies in die *etc.*
189. Pax multa *etc.*
192. Servavi *etc.*
193. Appropinquet *etc.*
194. Juxta eloquium tuum *etc.*
195. Intret *etc.*
196. Eructabunt *etc.*
197. Pronunciabit *etc.*
198. Fiat manus tua *etc.*
200. Vivet anima mea *etc.*
201. Erravi *etc.*

Canticum Graduum. Psalm. CXIX.

1. AD Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me.
2. Domine libera animam meam a labiis iniquis,
3. Et a lingua dolosa.
4. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?
5. Sagittæ potentis acutæ
6. Cum carbonibus desolatoriis.
7. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est,
8. Habitavi cum habitantibus Cedar:
9. Multum incola fuit anima mea.
10. Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus.
11. Cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Canticum Graduum. Psalm. CXX.

*℣. 2. Unde veniet etc. ℣. 3. Auxilium etc. & terram.

1. LEvavi oculos meos in montes, unde * veniet auxilium mihi.
2. Auxilium meum a Domino,
3. Qui fecit cælum, & terram.
4. Non det in commotionem pedem tuum,
5. Neque dormitet qui custodit te.
6. Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.

7. Do-

---

181. Observavi *etc.*
182. Novisti *etc.*
183. Initium *etc.* credere tibi *etc.* reddes unicuique *etc.*
184. Contrariæ *etc.*
185. Et recordatus *etc.*
186. Ita ego gaudeo *etc.*
187. Odio habui *etc.* gaudium mihi est.
188. Primum quidem incessanter laudavi te peragens per bona opera justitiam tuam *etc.*
189. Qui *etc.* quam dilexerunt adjuvantem & docentem eos.
192. Custodivi in meipso quæ constituisti mihi, & contestatus es mihi, quod omnia inspicis quæcumque efficio opere vel sermone.
193. Ita *etc.*
194. Et quemadmodum *etc.*
195. Aperi *etc.* invoca me *etc.*
197. Loquar *etc.*
198. Præpara *etc.*
200. Vivifica *etc.*
201. Erravi *etc.* ubi sum nunc. Fac ut velis igitur reperire me *etc.* clamo quærens te *etc.*

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur *confessio venientium a peccatis*, ut ascendant ad fidem Domini, ejusque præcepta. Gradus igitur ideo dicti sunt (*b*), quoniam quemadmodum ex aquis *, ita ab idololatria, & hujus (*c*) operibus incipiunt, qui convertuntur, a primo Psalmo graduum confiteri, & deinceps per singulos gradus ascendentes (*d*) his gradibus, quos ascenderunt, sublimiores ostendi; perfectiores autem perfectiores etiam confessiones, & gratiarum actiones referre. * Baptismi

1. Cum redactus essem in servitutem a peccato, ad Dominum lacrymans clamavi, & exaudivit me.
2. 3. Domine, deprecor te, libera animam meam a contrariis potestatibus, & diabolo.
4. Deus autem audiens (*e*) eum dicit ipsi: quid tibi dabo, & quali auxilio succurram, ut liberem te ab idololatria:
5. 6. Mittam (*f*) tibi Apostolos Filii mei, cum verbis ejus desolantibus idololatriam, & omnem potentiam inimici.
7. Confitetur deinde hic (*g*) dicens: *hei mihi*, quod omnem meam vitam consumpsi luxuriose vivendo.
8. Et mansi mutus (*h*), & adorans idola potestatum tenebrarum: *Cedar* enim *tenebræ* interpretatur.
9. Vecors (*i*) fui, & omnem meam spem in ipsis repositam habui.
10. Amicus eram potestatum diaboli, quæ inimicæ sunt pacis.
11. Cum serviebam (*k*) ipsis, dominabantur in me captivum me deducentes in cupiditates inutiles, & vanas.

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum graduum*; confessio ascendentium a primo gradu in secundum, hoc est a confessione peccatorum ad simul evigilandum mente, & ad agnoscendum auxilium suum, quod a Deo est.

1. Intendi oculos mentis meæ ad audiendum a sanctis scripturis, unde veniet auxilium mihi.
2. 3. Et ex ipsis audivi, quod auxilium meum erit a Domino Creatore visibilium omniū, & invisibiliū.
4. Denunciabit (*b*) deinde ipsi Deus: Ne amplius incedas in lubrico anteriorum tuorum peccatorum. *Salos* enim *tentatio* interpretatur.
5. Neque mens tua dormiat in posterum in peccato, sed vigilet, & oret, ne incidat in tentationem.
6. Ecce neque punctum, neque momentum præterit Deus, in quo non aspiciat, & custodiat mentem videntem (*c*) eum. *Israel* enim interpretatur *videns Deum*.

7. 8. Do-

(*a*) cinnabari scriptus continet *etc.*
(*b*) ideo interpretatur, quoniam *etc.*
(*c*) ejus.
(*d*) ascendentes veluti in gradibus sublimiores ostendi, hoc est perfectiores, & perfectiores confessiones *etc.*
(*e*) exaudiens.
(*f*) Mitto.
(*g*) ita dicens: *Va mihi est* &c.
(*h*) confidens & *etc.* *Cedar* igitur *etc.*
(*i*) Ab infantia omnem *etc.*
(*k*) loquebar.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *Canticum graduum*, quod interpretatur confessio *etc.* a prima confessione peccatorum incipit resipiscere mente, & agnoscere *etc.*
(*b*) Denunciat *etc.* incedes *etc.*
(*c*) videntium *etc.* *mens videns Deum*.

7. Dominus custodit te:
8. Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.
9. Per diem sol non uret te:
10. Neque luna per noctem.
11. Dominus custodit te ab omni malo:
12. Custodiat animam tuam Dominus.
13. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum,
14. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Canticum Graduum. Psalm. CXXI.

* ℣. 1. et 2. vers. unus.
* in atriis tuis Hierusalem, adjecta sunt alio charact.

1. LÆtatus * sum in his quæ dicta sunt mihi:
2. In domum Domini ibimus.
3. Stantes erant pedes nostri in * atriis tuis Hierusalem:
4. Hierusalem quæ ædificatur ut civitas,
5. Cujus participatio ejus in idipsum.
6. Illuc enim ascenderunt tribus,
7. Tribus Domini, testimonium Israel,
8. Ad confitendum nomini * Domini.
9. Quia illic sederunt sedes in judicio,
10. Sedes super domum David.
11. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem,
12. Et abundantia diligentibus te.
13. Fiat pax in virtute tua,
14. Et abundantia in turribus tuis.
15. Propter fratres meos & proximos meos,
16. Loquebar pacem de te.
17. Propter domum Domini Dei nostri, quæsivi bona tibi.

* nomini tuo, Domine.

Canticum Graduum. Psalm. CXXII.

1. AD te levavi oculos meos,
2. Qui habitas in cælis.

3. Ecce

---

7. 8. Dominus a dextris tuis est custodiens, (*d*) & protegens in opera justitiæ.
9. In luce (*e*) permanentem omnis tentationis æstus non te exuret; habes enim in teipso fontem vitæ.
10. Neque deceptio hujus vitæ in tenebris dominabitur tibi.
11. 12. In die judicii Dominus non te comburet, non enim habiturus es talia opera, quibuscum igni tradendus sis, neque temporaria gloria principum hujus mundi paulatim deficiens, sicut luna, dominabitur (*f*) in te.
13. Dominus custodiat (*g*) auditum tuum, ne auscultes peccato, & cor tuum, ne educat pravas, & perniciosas cupiditates.
14. Ex hoc nunc, & usque in finem.

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur confessio ascendentium a primo gradu internæ confessionis, & a secundo gradu institutionis seu catechismi in tertium gradum desiderii veniendi demum in domum Dei, & confitendi Dei (*b*) Sacerdotibus, & ab ipsis audire verbum Dei, volentes illuminari (nempe baptizari).

1. 2. Impletus sum gaudio audiens ab iis, qui mihi consilio aderant: adeamus Ecclesiam Dei.
3. Deinde ingrediens loquitur ad seipsum: ascenderunt pedes mei in atria tua, ubi Spiritus gratiæ Domini est: ita enim *Hierusalem* interpretatur *Spiritus gratiæ ejus*.
4. Ecclesia Dei ædificata, & munita divina gratia: *portæ enim inferi non prævalebunt adversus eam*.

Matth. xvi. 18.

5. Cujus (*c*) gratiæ Sancti tui participes sunt, & ego.
6. 7. (*d*) Ad ipsam enim ascenderunt Apostoli, Apostoli Domini testes, qui viderunt Deum: *Israel* enim interpretatur, ut antea dixi, *videns Deum*.
8. Ad prædicandam in nomine (*e*) Domini remissionem peccatorum.
9. Quia in Ecclesia sederunt Apostoli cum Episcopis, & Presbyteris.
10. Sicut diximus, Apostoli in Ecclesia *manu fortis*: ita enim *David* interpretatur *manu fortis*, qualis est Dei filius.
11. Demum venientes ad illuminationem, (nempe ad Baptismum) precantur dicentes Apostolis: orate valde, ut Deus nobis (*f*) reconcilietur, ut etiam nos accipiamus gratiam ejus: sicut enim antea diximus: *Hierusalem* interpretatur *Spiritus gratiæ ejus*.
12 (*g*) Et abundabit cor eorum in præceptis Sanctorum.
13. 14. 15. (*h*) Chorus Apostolorum dicit ad Deum: propter salutem nostrorum fratrum, qui præiverunt, & eorum, qui proximi nostri facti sunt per fidem,
16. Loquuti sumus ipsis verbum tuum, & spem in te.
17. Propter perfectionem Sanctorum postulavimus (*i*) dona Sancti tui Spiritus.

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur confessio ascendentium a tertio gradu cultus erga Deum in quartum gradum eorum, qui intelligunt, & cognoscunt se ipsos in peccatis; (*b*) humiliant se coram Deo, cumque deprecantur, ut ipsorum misereatur.

1. 2. Non amplius meam spem repositam habeo in idolorum vanitate; sustuli enim oculos mentis meæ ad te, qui habitas in Cœlis.

3. Quem-

(d) custodiens te, & protegens te *etc.*
(*e*) In luce te *etc.*
(*f*) dominatur in te.
(*g*) custodiet *etc.* cogitationes pravas *etc.*
(*a*) cinnabari scriptus continet.
(*b*) Domini Sacerdotibus.
(*c*) ejusdem gratiæ Sancti tui participes sunt, & illi.
(*d*) *n.* 6. In ea enim sunt Apostoli. *n.* 7. Apostoli Domini *etc.* dixi, & iterum dico, *vir videns Deum*.
(*e*) nomine tuo, Domine *etc.*
(*f*) nobis *non legitur*.
(*g*) *n.* 12. & germinare nos, & fructificare per gratiam suam, ita sicuti diligentes ipsum.
(*h*) *n.* 13. Orant deinde pro eis Apostoli dicentes: *Fiat in ipsis pax in virtute tua*. *n.* 14. Et abundavit *ut in n.* 12. *n.* 15. Chorus *etc.* *desunt*, qui præiverunt.
(*i*) postulavi.
(*a*) cinnabari scriptus cont.
(*b*) & humiliant se *etc.*

3. Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum:
4. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ:
5. Ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum,
6. Donec miſereatur noſtri.
7. Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri:
8. Quia multum repleti ſumus deſpectione.
9. Quia multum repleta eſt anima noſtra:
10. Opprobrium abundantibus,
11. Et deſpectio ſuperbis.

Canticum Graduum. Pſalm. CXXIII.

1. NIſi quia Dominus erat in nobis;
2. Dicat nunc Iſrael:
3. Niſi quia Dominus erat in nobis.
4. Cum exſurgerent homines in nos,
5. Forte vivos deglutiſſent nos.
6. Cum iraſceretur furor eorum in nos,
7. Forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
8. Torrentem pertranſivit anima noſtra:
9. Forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.
10. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
11. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt
12. De laqueo venantium.
13. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.
14. Adjutorium noſtrum in nomine Domini,
15. Qui fecit cælum & terram.

Canticum Graduum. Pſalm. CXXIV.

1. QUi confidunt in Domino, ſicut mons Sion.
2. Non commovebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem.
3. Montes in circuitu ejus,

3. Quemadmodum (*e*) unuſquiſque ſervorum intuetur vitam ſuam, & mortem in Domini ſui poteſtate eſſe; ita etiam nos coram te adſtamus, expectantes, quid velis in nos facere: neque enim coram te habemus defenſionem.
4. Et ſicut omnis ancilla, quæ peccavit, pavens, & tremens adſtat dominæ ſuæ expectans, aut (*d*) morti tradi, aut vita donari:
5. 6. Ita etiam nos nunc (*e*) expectamus, au vitam a nobis a Deo concedi, aut juſtam peccatorum noſtrorum retributinnem.
7. Precamur te Domine, miſerere noſtri.
8. Impleti enim ſumus omni iniquitate, & peccato.
9. Inſanabilis (*f*) eſt multitudo peccatorum noſtrorum.
10. 11. Dominus autem ad eos: ne timeatis nb peccata, pro quibus ad me converſi eſtis; iniquitates veſtræ vertentur ſuper contrarias poteſtates, & condemnatio veſtra erit ſuper principatus, & poteſtates diaboli.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur confeſſio aſcendentium a quarto gradu cultus erga Deum in quintum: hoc eſt eorum, qui poſt confeſſionem illuminati ſunt, & in memoriam revocant, quomodo fuerunt prius ſub dominio contrariarum poteſtatum; & quod niſi Deus eos ab ipſis Baptiſmate liberaſſet, morituri erant in eorum peccato.

1. Niſi Jeſus Dei Filius Dominus noſter veniſſet, & apparuiſſet ſuper terram, & cum bominibus converſatus eſſet.
2. Dicat autem Populus mente illuminatus;
3. Quod niſi ipſe Dominus adveniſſet.
4. Cum in nos irruerent contrariæ poteſtates,
5. Omnino uti adhuc (*b*) eramus in terra viventes, morti traditi fuiſſemus.
6. Cum principatus, & poteſtates, & rectores tenebrarum mundi fremerent in nos,
7. Impetus utique eorum potentiæ forſitan deduxiſſet nos in inferiora abyſſi.
8. Impetus voluptatis (*c*), & concupiſcentiarum diaboli, quibus nmnes pertrahit.
9. Forſitan pertranſiſſet anima noſtra diaboli tyrannidem inſuperabilem.
10. Benedictus Dominus, qui non permiſit uſque in finem nos perdi ab eorum doctrinis.
11. 12. Anima noſtra, ut paſſer liberata eſt ex laqueo contrariarum poteſtatum; irretita enim ab ipſis fuit terrenis concupiſcentiis, veluti paſſer.
13. Sed Dnminus veniens per Baptiſmum contrivit peccatum, & nos liberati ſumus.
14. 15. Et demum auxilium noſtrum eſt in Nomine Domini Jeſu Chriſti (*d*) Creatoris omnium.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur confeſſio aſcendentium a quinto gradu ſpei in Chriſtum in ſextum gradum: hoc eſt confeſſio agnoſcentium poſt Baptiſmum Chriſti virtutem: quomodo opitulatur credentibus in eum, & non credentes quomodo tradit in ſupplicium æternum.

1. Credentes in Filium Dei potentes virtute ſunt, ſicut mandatum (*b*) Dei. *Sion* enim interpretatur *mandatum*.
2. Immobiles erunt permanentes in Spiritu gratiæ ipſius. *Hieruſalem* enim interpretatur *Spiritus gratiæ ejus*.
3. Montes exiſtunt in circuitu Hieruſalem;

(*e*) Et quemadmodum u. s. qui ea peccavit, quæ veniam non merentur, intuetur *etc.*
(*d*) an morti eam traditura ſit, an gratiam ei vivendi factura.
(*e*) nunc *non legitur*.
(*f*) Inſuperabilis *etc.* peccatorum meorum.

(*a*) cinnabari ſcriptus continet.
(*b*) quando.
(*c*) voluptatum.
(*d*) *deeſt* Chriſti.
(*a*) cinnabari ſcriptus continet.
(*b*) mandata.

4. Et Dominus in circuitu populi sui,
5. Ex hoc nunc & usque in sæculum.
6. Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum
7. Super sortem justorum:
8. Ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas,
9. Benefac Domine bonis, & rectis corde.
10. Declinantes autem in obligationes,
11. Adducet Dominus cum operantibus iniquitatem,
12. Pax super Israel.

Canticum Graduum. Psalm. CXXV.

1. IN convertendo Dominus captivitatem Sion,
2. Facti sumus sicut consolati.
3. Tunc repletum est gaudio os nostrum,
4. Et lingua nostra exsultatione.
5. Tunc dicent inter Gentes:
6. Magnificavit Dominus facere cum eis.
7. Magnificavit Dominus facere nobiscum:
8. Facti sumus lætantes.
9. Converte Domine captivitatem nostram,
10. Sicut torrens in austro.
11. Qui seminant in lacrymis, in exsultatione metent.
12. Euntes ibant, & flebant
13. Mittentes semina sua.
14. Venientes autem venient cum exsultatione,
15. Portantes manipulos suos.

Can-

---

4. 5. Et Dominus Jesus, mons implens mundum, in circuitu est populi sui, & nunc, & in futuro sæculo.
6. (*c*) Non enim sinet Dominus potestatem, & adversariam potentiam
7. (*Super fortem*) Sanctorum ejus.
8. Ne justi, dominantibus in eos dæmonibus, tradant animas (*d*) suas concupiscentiis vitæ.
9. Da Deus bona bonis, & obedientibus præceptis tuis ex corde.
10. 11. (*e*) Dedentes autem seipsos in lascivias corruptioni, tradet Dominus in ignem æternum cum diabolo, & angelis ejus.
12. Gratia Filii Dei super mundos corde.

* a sexto gradu cognitionis Christi ascendentium in septimum gradum, Titulus (†) præpositus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur confessio * ascendentium a quinto gradu spei in Christum in sextum gradum, hoc est confessio agnoscentium post Baptismum Christi virtutem; quomodo opitulatur credentibus in eum, & non credentes tradit in supplicium æternum,

1. In tempore quando convertit Dominus Jesus servitutem cordis nostri, cum serviebamus contrariis potestatibus. *Sion* enim interpretatur *specula*, quod est cor.

II. ad Corinth. VII. 6. 2. Facti sumus veluti in requie: *qui enim consolatur humiles, consolatus est nos Deus*.

3. Tunc repleti sumus Spiritu Sancto:

ad Ephes. V. 4. 4. Et cœpimus (*b*) nobismetipsis loqui *in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus cantantes, & psallentes in cordibus nostris Nomini ejus*.

5. 6. (*c*) Tunc dixerunt contrariæ potestates; complacuit Filio Dei ipsos salvos facere.
7. Nos autem rursus gloriantes in Domino dicimus; expandit super omnes, & super nos misericordiam suam.
8. Inventi sumus repleti gratia ipsius.
9. 10. Torrens iste, de quo loquitur Propheta est in parte australi in Rhinocerura (*d*), quæ est principium Ægypti, ideo & Propheta dixit, *veluti torrens in austro*. Hoc enim didicimus a pluribus, quod Saraceni deveniebant in Rhinocerurам, ut etiamnum veniunt, & depopulantur quæcumque inveniunt, & revertuntur in loca sua. Torrens autem iste, de quo loquitur Propheta, ex Saracenorum terra originem habet: secundum igitur Dei voluntatem, cum copiosus imber cadit, adeo crescit torrens, ut vehementer se inserat trahens secum tabernacula Saracenorum, & ipsos quidem perdit, quæcumque autem rapuerunt, accipiens fert Rhinocerurам, unde & antea capta fuerunt a Saracenis: & nos quidem cum essemus in ea civitate vidimus torrentem. Hoc igitur est, quod dicit Propheta ex Persona credentium: quod quemadmodum ille torrens eos, qui alios in captivitatem abduxerunt, perdit, capta autem ab ipsis spolia restituit eis, quibus & erepta fuerant; ita fac & ipse, & contrarias potestates, qui captivos nos duxerunt, interfice aqua Baptismi, eadem autem aqua redde nobis gloriam, & libertatem, quam nobis eripuerunt potestates inimici. Hæc igitur est explicatio dictionis illius: *sicut torrens*, & hæc causa, cur Propheta ejus meminerit.
11. Beati flentes in præsenti sæculo peccata sua corde mundo, quoniam consolabuntur in regno Cælorum.
12. 13. Totam suam vitam traducunt in (*e*) metu, nocte, ac die cum lacrymis operantes salutem suam.
14. 15. In resurrectione (*f*) venientes venient in exultatione accipientes vitam æternam.

Titu-

(*c*) *n. 6. 7. Comment. unicus* Non enim sinet Dominus dominari contrarias potestates in Sancta tuis.
(*d*) corda sua.
(*e*) *n. 10.* Dedentes &c. *n. 11.* Tradet &c. *n. 12.* Gaudium Filii &c.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *Canticum graduum*, quod interpretatur confessio ascendentium a sexto gradu perfectionis in Christu in septimum gradum memoriam ingerentem fidelibus, & præparantem eos ad enarrandum quomodo Christus eis subvenit, & consolatus est, in recuperanda priori Paradisi voluptate, quam perdidit primus Parens Adam deceptus a Diabolo.
(*b*) in nobismetipsis.
(*c*) *n. 5.* Tunc &c. *n. 6. 7.* Nos &c. super omnes, & in omnes nos &c.
(*d*) in Rhinocura &c. ut torrent &c. in Rhinocuram, quo etiamnum veniunt &c. & transcurrendo rapiunt, quæcumque inveniunt, & abeunt in loca &c. perdit. Et necessario quæcumque eorum sunt, & quæ rapuerunt accipiens fert Rhinocuram, unde & antea accepta fuerunt ipsa spolia a Saracenis &c. Quod quemadmodum torrens &c.
(*e*) cum timore, & tremore.
(*f*) In resurrectione autem &c.
(†) *In describenda explicatione titulorum Psalmorum Graduum multipliciter, & non uno in loco errasse videtur Librarius. Manifestus quidem hoc loco Scribæ error est: cum interpretatio tituli hujus Psalmi eadem, atque illa Psalmi antecedentis sit. Quomodo autem pauca mutando corrigerem, ad marginem adscripsi; recte autem, an secus benigni Lectoris judicio relinquam. Neque enim mihi spes est, omnia ad rectam, & veram lectionem revocare posse, & quæ Sanctus Doctor scripsit, & nunc manca & mutila ac corrupta leguntur, in integrum restituere.*

Canticum Graduum Salomonis, Psalm. CXXVI.

1. NIsi Dominus ædificaverit domum:
2. In vanum laboraverunt qui ædificant eam.
3. Nisi Dominus custodierit civitatem:
4. Frustra vigilavit * qui custodit eam.
5. Vanum est vobis ante lucem surgere:
6. Surgite postquam sederitis,
7. Qui manducatis panem doloris.
8. Cum dederit dilectis suis somnum:
9. Ecce hæreditas Domini, filii:
10. Merces fructus ventris.
11. Sicut sagittæ in manu potentis:
12. Ita filii excussorum.
13. Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis:
14. Non confundeotur cum loquentur inimicis suis in porta.

* vigilaverunt qui custodiunt eam.

Canticum Graduum. Psalm. CXXVII.

1. BEati omnes qui timent Dominum,
2. Qui ambulant in viis ejus.
3. Labores manuum tuarum manducabis:
4. Beatus es, & bene tibi erit.
5. Uxor tua sicut vitis abundans
6. In lateribus domus tuæ.
7. Filii tui sicut novellæ olivarum
8. In circuitu mensæ tuæ.

9. Ecce

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum graduum Salomoni*, quod interpretatur canticum eorum, qui salvi facti suot per Baptismum summe Pacifico, nempe Jesu, qui est pax nostra: hoc igitur dico, demum post septimum gradum agnitionis * Christi in altiorem gradum ascendunt scilicet in octavum, videlicet io cælestia Christi dona docentis fieri non potuisse, ut salvaremur sermone, quem loquuti sunt Angeli (*b*), & Prophetæ, nisi ipse Dominus nostris aspectibus se præbens salvos nos fecisset: & quod ipsi Prophetæ in dolore vitam agebant, quia non poterant convertere genus humanum, ut salvaretur, nisi, ut antea dixi, Domious advenisset, ut ipse primus Psalmi versus dicit (*c*).

* virtutis

1. 2. (*d*) Nisi ipse Dominus adventu suo ædificasset Ecclesiam, quemadmodum dixit Petro: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, inutiles fuissent labores Prophetarum io generatione hominum.

3. 4. Nisi Dominus custodierit omnem hominem, frustra elaboravit quicumque videtur esse aliquid.

5. *Vobis*, Prophetæ, *vanum est ante lucem surgere*, *& sumere* (*e*) *verbum Dei* propter hominum incredulitatem.

6. Veruotamen post dormitionem vestram resurgite; vester enim sermo prædicabitur, & adducet omnes ad Dei fidem.

7. Nunc autem, quia nemo vos audit, cum dolore editis (*f*) panem vestrum.

8. Tandem resurgetis (*g*), cum Domious comprehendetur a Judæis inter suos dilectos, hoc est Apostolos, & dixerit: *Dormite jam, & requiescite, appropinquavit enim, qui me tradet.*

Matth. XXVI. 45. 45.

9. Ecce hæreditas Domini filii vestri, o Prophetæ, Apostoli.

10. Et merces laboris vestri, & doloris quem habebatis tunc prædicantes, eosdem Apostolos vobis peperit.

11. Sicut tela missa ab aliquo perito, & forti sagittario; ita sunt Apostoli missi a Domino ad prædicandum.

12. Filii Prophetarum non habentium in se ipsis frumentum, aut escam (*h*) deficientem.

13. Beatus quicumque (*i*) habens desiderium eorum, quæ dicta sunt ab Apostolis, & discit ipsa, & implet.

14. Tales enim non confunduntur, cum decedunt ex hoc mundo, & contrariæ potestates stantes extra cæli portas quærunt contra ipsos iovenire aliquam improbam actionem (*k*), ut eos tanquam peccatores Deo accusent.

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur confessio ascendentium a cognitione * Christi, hoc est ab octavo gradu in Deum, nempe ad intelligendum, quomodo implens mandata Christi digous ipse retributione censebitur a Deo in die judicii.

* donorum

1. Beati qui auscultaot sermonem Dei.

2: Qui sectantur vestigia ejus.

3. Fructus justitiæ, quos (*b*) cum tribulatione, quæ in mundo est, producis, postea impleberis iisdem in regno Dei.

4. Sanctorum beatitudine dignus fies, & (*c*) in gaudium Dei tu introibis.

5. 6. Anima tua, veluti vitis, plena omnis lætitiæ; ita est in membris corporis tui hinc, & inde habens fructus justitiæ: *per arma justitiæ a dextris & a sinistris per gloriam*, et *ignobilitatem etc.*

II. ad Corinth. VI. 7. 8.

7. 8. Opera justitiæ tuæ cum misericordia, & fructibus pacificis stipantia, & protegentia cor tuum.

9. Ecce

(*a*) cinnabari scriptus continet &c. *Salomoni*, quod interpretatur *confessio* eorum &c.
(*b*) Angelus & &c.
(*c*) versus hoc ipsum significat.
(*d*) *n.* 1. Nisi &c. Prophetarum generi humano. *n.* 2. 3. 4. Nisi Dominus &c.
(*e*) *loqui*.
(*f*) manducaverunt.
(*g*) Quando autem exsurgetis, cum Jesus comprehendetur a Judæis, & dixerit dilectis suis, hoc est Apostolis &c. *Dormite & nec non enim*.
(*h*) escam aliquam.
(*i*) qui.
(*k*) actionem eos commisisse, ut &c.

(*a*) cinnabari scriptus continet &c. gradu in nonum, ad intelligendum, inquam, qui implet mandata Christi, quanta retributione dignus judicabitur in die judicii a Dei Verbo.
(*b*) quos nunc cum &c.
(*c*) fies, in gratiam Dei tui introeundo.

9. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.
10. Benedicat tibi Dominus ex Sinn,
11. Et videas bona Hierusalem
12. Omnibus diebus vitæ tuæ.
13. Et videas filios filinrum tuorum:
14. Pacem super Israel.

Canticum Graduum. Psalm. CXXVIII.

1. SÆpe expugnaverunt me a juventute mea:
2. Dicat nunc Israel,
3. Sæpe expugnaverunt me a juventute mea:
4. Etenim non potuerunt mihi.
5. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores:
6. Prolongaverunt iniquitatem suam.
7. Dominus justus * concidit cervices peccatorum:

* justus

8. Confundantur, & convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sinn.
9. Fiant sicut fœnum tectorum,
10. Quod priusquam evellatur *, exaruit.
11. De quo non implevit manum suam qui metit,
12. Et sinum suum, qui manipulos colligit.
13. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio Domini super vos:
14. Benediximus vobis in nomine Domini.

* Evellatur illud, etc.

Canticum Graduum. Psalm. CXXIX.

1. DE profundis clamavi ad te Dnmine:
2. Domine * exaudi vocem meam.
3. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.
4. * Si iniquitates observaveris Domine:
5. Domine quis sustinebit?

6. Quia

* ℣. 2. Domine exaudi orationem meam etc. intendentes. ℣. 3. In vocem etc.
* ℣. 4. 5. vers. unicus.

---

9. Ecce ita (*d*) beatus prædicabitur homo faciens Dei voluntatem.
10. Dominus enim dicet nmnibus hujusmodi hominibus in cælesti civitate: *venite benedicti Patris mei* (*e*), *etc.*
11. 12. Et fruetur quisque (*f*) æternis bonis, quæ Dominus promisit diligentibus se in sempiterna sæcula.
13. Retributionem (*g*) operum tuorum.
14. Neque amplius est (*h*) in superna Hierusalem bellum ullum, sed pax est: quoniam & artifex, & opifex illius Jesus (*i*) existit, qui & pax nostra.

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur confessin ascendentium a * Dei gradu (†) in Jesum, hoc est post cognitionem, qua cognoverunt, quæ ad mercedem futuram pertinent, recordantur, quæ perpessi sunt a contrariis potestatibus, & quomodo gratia Domini Jesu liberati sunt, & etiamnum quidem in altiorem cognitionem ascendentes ad prænoscendum, quæ eventura sunt peccatoribus decedentibus ex hac vita.

* nono
(†) *divinæ scilicet retributionis.*

1. Multo tempore quæsiverunt me dæmones in captivitatem redigere, quoniam intelligentia secundum Deum infans eram.
2. 3. Ex tnto corde sun enarrent, qui mente illuminati sunt ad cognoscendum Deum, quomodo impugnabantur a contrariis potestatibus.
4. Quoniam Dominus opitulatus est mihi.
5. 6. Hi duo quidem versiculi accipi etiam possunt de Domino, hoc est cum a Judæis flagellatus est: veruntamen & apposite ad ea, quæ supra dicta sunt, allegorice possunt explicari de improbis actionibus, quas post me projeceram, & rursus eas mihi imposuerunt, & diu permanserunt incumbentes mihi.
7. Sed Dominus, qui neminem credentium in se despicit, mortificavit principatus, & potestates tenebrarum.
8. In die ventura judicii diabolus, & Angeli ejus, & nmnes, qui ipsis obediunt condemnentur in ignem æternum, qui aversati sunt omne Domini mandatum. *Sion* enim *mandatum* interpretatur.
9. Ita in ignem projecti.
10. Qui (*b*) ante finem in mundo existentes interempti sunt a peccato.
11. 12. (*c*) Ab his non invenit unusquisque Angelnrum accipientium eorum animas, fere unam drachmam justitiæ, & unusquisque Angelorum, qui cum ipsis fuerunt in vita ipsorum, & afferens eorum opera Deo, non invenit semen justitiæ in eis ad offerendum Deo.
13. (*d*) Et Angeli Sancti missi in mundum propter eos, qui hæredes salutis futuri sunt, videntes ipsos abeuntes ex hoc mundn non salutaverunt eos.
14. Neque ipsis dixeruut, pax vobis; hoc enim est nomen Domini.

Titulus præpositus continet (*a*): *Canticum graduum*, quod interpretatur confessio ascendentium a decimo gradu cognitionis (Christi in undecimum) ad sciendum ea, quæ ad futurum judicium pertinent: deinde indesinenter nocte, atque die ex corde suo deprecantur cum lacrymis Deum pro remissione peccati, si quod superest ab eis commissum.

1. Ex corde meo gemitu inenarrabili clamavi ad te.
2. 3. Inclinans teipsum ad me exhibe mihi aures tuas promptas ad audiendum, quæ tibi confessurus sum.
4. 5. Si attendas iniquitates nostras, & secundum eas, ita facias nobis (*b*), Domine Domine, quis relinquetur?

6. Quo-

(*d*) Ecce ita beatificabitur, sicut dicturus sum, omnis homo, faciens &c.
(*e*) *mei, accipite paratum vobic regnum ante constitutionem mundi.*
(*f*) quisque qui hujusmodi erit, æternis &c.
(*g*) Et videas retributionem &c.
(*h*) erit.
(*i*) Jesus pax nostra.
(*a*) cinnabari scriptus continet &c. ascendentium a nono gradu in decimum, hoc est &c. quæ eveniunt &c.
(*b*) Qui priusquam morerentur in &c.
(*c*) *n.* 11. Ab his &c. *n.* 12. Et unusquisque Angelorum *etc.*
(*d*) *n.* 13. Et Angeli &c. ex hoc mundo. *n.* 14. Non salutaverunt eos, neque ipsis &c.
(*a*) cinnabari scriptus continet &c. cognitionis Dei in undecimum, hoc est a cognitione, qua intellexerunt, quæ ad futurum &c. cum planctu deprecantium Deum, ut eis dimittatur, si aliquod peccatum ab eis commissum remanet.
(*b*) nobis Domine, & quis etc.

6. Quia apud te propitiatio est:
7. Propter legem tuam sustinui te Domine.
8. Sustinuit anima mea in verbo * ejus: * in verbis tuis:
9. Speravit anima mea in Domino.
10. A custodia matutina usque ad noctem,
11. A custodia matutina speret Israel in Domino.
12. Quia apud Dominum misericordia,
13. Et copiosa apud eum redemptio:
14. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus *. * suis.

Canticum Graduum David.
Psalm. CXXX.

1. Domine non est exaltatum cor meum:
2. Neque elati sunt oculi mei:
3. Neque ambulavi in magnis:
4. Neque in mirabilibus super me.
5. Si non humiliter sentiebam, sed * exaltavi animam meam: * ℣. 6. Sed exaltavi etc. ℣. 7. Sicut etc. ℣. 8. Ita etc.
6. Sicut ablactatus est super matre sua:

Tom. III.

7. Ita retributiones in anima mea.
8. * Speret Israel in Domino * ℣. 9. Speret etc. ℣. 10. Ex hoc etc.
9. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Canticum Graduum. Psalm. CXXXI.

1. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.
2. Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob.
3. Si * introiero in tabernaculum domus meæ: * Si dest.
4. Si ascendero in lectum strati mei.
5. Si dedero somnum oculis meis,
6. Et palpebris meis dormitationem,
7. Et requiem temporibus meis.
8. Donec inveniam locum Domino,
9. Tabernaculum Deo Jacob.
10. Ecce audivimus eam in Ephratha:
11. Invenimus eam in campis sylvæ.

I i 12. In-

---

1. Joan. 11. 2.
6. Quoniam tu es *propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam totius mundi.*
7. Quoniam misericors, & benignus es, propterea etiam ego expecto misericordiam consequi a te.
8. Et permanet (c) anima mea in præceptis tuis.
9. Spera (d) anima mea in Domino, quoniam non projecta es ab ipso.
10. Custodiens meipsum, ne peccem die, ac nocte.
11. Et conservans se ipsum in operibus lucis, speret omnis homo videns Deum mente: ita enim *Israel* interpretatur, *vir videns Deum.*
12. *Quia apud* (e) *Dominum misericordia* impertitur hominibus.
13. Et ipse pretioso (f) Sanguine omnes redimet credentes in eum.
14. Et omnium (g) iniquitates delebit.

Titulus præpositus continet (a): *Canticum graduum David*, quod interpretatur confessio *manu forti*, hoc est Dei Filio, ascendentium ab undecimo gradu in Jesum, videlicet a gradu confessionis, & spei, & perfectionis, quæ est in Christo, ascendit in altitudinem humilitatis.

1. Domine non existimavi me esse dignum te.
2. Neque mens mea aliquid hujusmodi habet (b).
3. 4. (c) Neque concupivi in Sacerdotali aliqua dignitate constitui.
5. 6. 7. Nisi, sicut puer cognitione præditus se submittit matri suæ, ita etiam ego humiliavi me ipsum coram te, imo cogitavi, quomodo tibi complacerem; fiat retributio animæ meæ in medio superborum.
8. 9. Gratia autem Dei talibus dicit: ne timeatis, sperate in Domino ex hoc nunc, & usque in finem.

Titulus præpositus continet (a): *Canticum graduum*, quod interpretatur confessio ascendentium a gradu principali in Jesum, hoc est ab humilitate in majorem illuminationem ascendit. [Nam qui renunciando omnibus, quæ in mundo sunt, tradidit se ipsum totum Deo, in altiora, in majora nempe præcepta deinde ascendens invenitur: quemadmodum enim e principali gradu ascendens quispiam conspicuus fit, ita etiam iste in majorem Christi illuminationem pervenit.

1. Recordare Domine populi tui secundum David, facientis perinde ac ipse voluntates tuas.
2. Quemadmodum credidit Domino, subjecit se ipsum Deo auscultationis: *Jacob enim* interpretatur *auscultatio.*
3. Si in posterum curam geram corporis mei.
4. Nisi in futurum bumi somnum capiam:
5. 6. Si cessavero vigilare, & orare, & meditari die, ac nocte in lege tua.
7. Et si dedero requiem menti cordis mei in scripturis perscrutandis.
8. 9. Donec gratia tua ædificabo me ipsum in domum Domino, & requiem Deo auscultationis: diximus enim quod *Jacob* interpretatur *auscultatio.*
10. Ecce audivimus in Evangelio, quod hæc (b) est requies Dei, cum quis vendiderit omnia bona sua, & dederit pauperibus, & abiverit, & omnibus renunciaverit: *Ephratha* enim interpretatur de eo, qui præbet *fructuum ubertatem.*
11. Invenimus requiem hanc in eremo, ubi est multitudo virorum habentium corda sua expansa ad Deum (c); (manifestum est, quod Monachos significat).

12. In-

(c) Et sustinuit.
(d) Speravit *etc.* projectus sum &c.
(e) *a Domino.*
(f) pretioso suo Sanguine.
(g) Eorum *pro* omnium.
(a) cinnabari scriptus continet &c. ab undecimo gradu in duodecimum, videlicet &c.
(b) habuit.
(c) *n.* 3. Neque *n.* 4. 5. 6. *juxta divisionem, quæ supra*, Nisi &c. *usque ad* complacerem. *n.* 8. Fiat &c. sicut superbia. *n.* 9. 10. Gratia Dei &c. Et usque in sæculum.

(a) cinnabari scriptus continet &c. a duodecimo gradu in decimumtertium, hoc est &c. ascendit. Tradidit enim seipsum renunciando quidem omnibus, quæ in mundo sunt: tradendo autem seipsum totum Deo, & in sublimiora videlicet majora præcepta deinde ascendens invenitur: sicut a duodecimo gradu ascendens aliquis in decimumtertium sublimior apparet. Ita & iste in majorem Domini illuminationem pervenit.
(b) quod hujusmodi est &c.
(c) Deum, scilicet Monachos &c.

12. Introibimus in tabernacula ejus:
13. Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.
14. Surge Domine in requiem tuam,
15. Tu & arca ſanctificationis tuæ.
16. Sacerdotes tui induentur juſtitiam,
17. Et ſancti tui exſultabunt *. (* exultatione exultabunt.)
18. Propter David ſervum tuum,
19. Non avertas faciem Chriſti tui.
20. Juravit Dominus David veritatem,
21. Et non ſruſtrabitur eam *: (* eum;)
22. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
23. Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meum,
24. Et teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos,
25. Et filii eorum uſque in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.
26. Quoniam elegit Dominus Sion:
27. Elegit eam io habitationem ſibi.
28. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi:
29. Hic habitabo, quoniam elegi eam.
30. Viduam ejus benedicens benedicam:
31. Pauperes ejus ſaturabo panibus.
32. Sacerdotes ejus induam ſalutari,
33. Et ſancti ejus exſultatione exſultabunt.
34. Illuc producam cornu David:
35. Paravi lucernam Chriſto meo.
36. Inimicos ejus induam confuſione:
37. Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

Canticum Graduum David.
Pſalm. CXXXII.

1. ECce quam boοum, & quam jucundum,
2. Habitare fratres in unum?

3. Sic-

---

12. Introibimus in monaſteria ad renunciandum *mundo*.
13. Crucem ejus adorabimus, ubi confixi ſunt pedes ejus.
14. Orant Præſides Monachorum pro iis, qui *mundo* renunciarunt, dicentes: veni Domine in cor iſtorum, qui requiem tuam efficiunt.
15. Veni tu, & gratia tua cum omnibus Sanctis tuis.
16. Nos Sacerdotes tui induemur per doctrinam his juſtitiæ (*d*) Filiis.
17. Et omnes Angeli tui, & omnis Fraternitas exultabunt in renunciatione *ſeu profeſſione* horum, qui *ad monaſticam vitam* venerunt.
18. Propter chorum deſideratum Sanctorum tuorum: *David* eoim interpretatur *deſideratus*.
19. Non auſeras a nobis gratiam Filii tui.
20. 21. Iis rebus, quas promiſit Dominus diligentibus ſe, non privabit eos (*e*): *David* enim interpretatur *dilectus*.
22. Filii veſtri, quos paritis per gratiam meam, ipſi hæreditabunt regnum Cælorum: hæc dicit omnibus Præſidibus Monachorum.
23. 24. (*f*) Qui ſub poteſtate ſunt uniuſcujuſque veſtrum, ſi habeant in corde ſuo teſtamentum meum, & has meas paſſiones, quas ut diſcant, eos illumino gratia mea;
25. Et in ſempiternum opera juſtitiæ eorum regnabunt.
26. Quoniam elegit Dominus cor faciens præcepta ſua: *Sion* enim interpretatur *ſpecula*, quale eſt cor.
27. In tali corde libenter inhabitabit (*g*) Deus.
28. Requieſcam in tali corde, & nunc, & in futuro ſæculo.
29. In ipſo iohabitabo, & inambulabo, quoniam dilexi illud.
30. Ejus hoſpitalitatem benedicens benedicam.
31. Manſuetudinem ejus, & ſileotium ſaturabo eloquiis meis.
32. Deprecationes ejus, & ſupplicationes ſalute circumdabo.
33. Et opera ejus immaculata in Regno cælorum exultabunt.
34. In ſuperna Hieruſalem excitabo Regnum in populo deſiderato: *David* enim interpretatur *deſideratus*.
35. Spiritualiter quidem explicatur de Joanne Baptiſta, & de Domino Noſtro Jeſu Filio Dei. Ad (*h*) ea autem quæ dicta ſunt, allegorice etiam illud, *Paravi lucernam Chriſto meo*, exponitur in hunc modum: Paravi lucem æternam populo meo, qui unctus eſt gratia Spiritus Sancti per Baptiſmum.
36. Cootrarias virtutes, & principatus, & poteſtates diaboli, & eos qui illis obediunt, & qui inimici ſunt populo meo, induam confuſione æterna in die judicii.
37. Super chorum autem Sanctorum veniet gratia mea, & fulgebunt tamquam ſol.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Canticum graduum David*, hoc eſt oblectationi, & gaudio ſunt Dei Filio, qui aſcendunt in perfectam cognitionem Monaſticæ renunciationis: quoniam Pſalmus qui præcedit, ex perſona dictus eſt eorum, qui mundo renunciarunt, propterea in hoc Pſalmo, non dicit ſolum, ut in præcedentibus Pſalmis gradualibus: *Canticum graduum*, ſed additur *David*: adeo, ut manifeſtum ſit, quod caoticum hujus gradus *manu forti*, hoc eſt Dei Filio dictum eſt: Canticum autem oblectatio eſt. Deinde verbum illud *graduum* explico de iis, qui aſcendunt a decimotertio gradu ad decimumquartum. Deinde: *David*, quod, ut antea dixi, interpretatur, *manu forti*, hoc eſt Dei Filio: quemadmodum igitur ſuperius dixi, oblectationi ſunt Dei Filio, qui aſcendunt ad perfectam cognitionem renunciationis, ſicut primus verſiculus declarat, a (*b*) quo Dominus ita ſermonem exorditur.

1. 2. Quid ita pulchrum, aut jucundum, ſicut ii, qui mundo renunciant, cum ſimul ſint unanimes, & (*c*) unum ſentientes?

3. 4. 5.

(*d*) Juſtitiæ tuæ Filiis.
(*e*) eum.
(*f*) *n.* 23. Qui *etc.* *n.* 24. Et has meas *&c.*
(*g*) inhabitat *etc.*
(*h*) & præter ea autem, quæ ſuperius relata ſunt *&c.*

(*a*) cinnabari ſcriptus continet: *Canticum graduum*, hoc eſt *etc.*
(*b*) hoc ipſum Domino dicente.
(*c*) & *deiſ.*

3. Sicut unguentum in capite, quod deſceodit in barbam,
4. Barbam Aaron.
5. Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus:
6. Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montes Sion.
7. Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem.
8. Vitam uſque in ſæculum.

Canticum Graduum. Pſalm. CXXXIII.

1. ECce nunc benedicite Dominum omnes * ſervi Domini.
2. Qui ſtatis in domo Domini,
3. In atriis domus Dei noſtri.

4. In

* *℣. 3. Omnes &c. ℣. 4. Qui &c. & ſic deinceps h. e. Verſ. in Cod. Var. ſunt n. 8.*

---

3. 4. 5. Sicut unguentum ſpirituale, quo unctus eſt Aaron, ita ſunt (*d*), & qui mundo morientes ipſi renunciarunt, & unanimes ſunt. Nam illud unguentum componebatur ex Myrrha, & Cinamomo, & Calamo bene olenti, & * Iride: hæc enim miſcebantur in oleo, atque ita fiebat unguentum unguentorum, quo ungebatur Sacerdos, cum initiabatur ad ſacra Deo facienda: ita enim præceperat Deus Moyſi in libro Exodi: *Myrrha* igitur interpretatur *concentus eorum*: *Cinamomum* autem *poſſeſſio immaculata*: *Calamus* vero *beneolens* eſt *Spiritus Sanctus*; Dominus enim inquit: *lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, ſcilicet Spiritus: *Iris* autem interpretatur *vigilantia*. Ita igitur etiam iſti compoſiti exiſtunt, renunciantes inquam mundo ſecundum Deum, propter eorum concentum, quod interpretatur *Myrrha*; & propter poſſeſſionem immaculatarum ſuarum operationum, quod interpretatur *Cinamomum*; & propter gratiam Spiritus Sancti, qui eſt *Calamus beneolens*; & propter animæ vigilantiam, quam ſignificat *Iridis* nomen. Hæc igitur habentes, qui mundo renunciant, ſcilicet concentum inter ipſos, & poſſeſſionem immaculatarum actionum, & fragrantiam gratiæ, & vigilantiam, miſcent ea cum miſericordia, & fit unguentum Deo in odorem ſuavitatis. Propterea igitur aſſimilat eos unguento effuſo in caput Sacerdotis. Aliam etiam interpretationem accipere poſſunt iidem Pſalmi verſiculi. Nam cum unguentum electum effunditur in caput Sacerdotis, neceſſario deſcendit in ejus barbam, quemadmodum dixit Pſalmus: & in ſuperhumerale, quod ejus collum circuit, & neceſſario utraque unguento implentur, barba ſcilicet, & ora veſtimenti ejus. Ita igitur, inquit, ſunt etiam qui unanimiter ſecundum Deum mundo renunciant: effunditur enim in ipſos Spiritus Sanctus a Deo, qui eſt unguentum ſpirituale, & deſcendens in caput, hoc eſt in mentem, implet gratia ſua etiam minimos cordis ſenſus, veluti barbam. Circum implet etiam dulcedinis doctrina animam, perinde ac oram veſtimenti, ut dicat: *Chriſti bonus odor ſumus in iis, qui ſalvi fiunt.* Rurſus animadvertere licet, quod propter hoc idem unguentum, unguento illi eos aſſimilavit, quoniam ex iis quatuor, quæ recenſuimus, præparatur unguentum illud in oleo; ita etiam iſti ex quatuor Euangeliis præparati ſunt in Dei charitate, quæ eſt plena olei, & fructuum pacificorum. Non ſolum autem in hunc modum, ſed etiam aliter intelligere licet mentem hujus Pſalmi, quam ob cauſam unguento illi ſpirituali eos aſſimilaverit, quoniam omnino iſti membra ſunt Chriſti, de quo Propheta inquit: *unguentum novum Nomen tuum*: appoſite igitur, veluti divini unguenti, videlicet Chriſti, ſecundum gratiam membra exiſtentes, merito etiam unguento iidem aſſimilati ſunt.

** herba aromatica caſia dicitur in Latin. vulg. edit.*
Exod. xxx. 23. 24.
Pſalm. xliv.
2. ad Corinth. II. 5.

6. *Ros Hermon* interpretatur *Ros glorificatus*: hoc igitur ſignificat quod ita ſunt ii, de quibus ſupra locuti ſumus, ſicut gratia (*e*) Spiritus multifaria, quæ deſcendit in Prophetas, & quæ ſupercæleſtis civitatis eſt; *Ros* enim *glorificatus* evidens eſt, quod ſunt dona Spiritus Sancti propter eorum ſubtilitatem, & utilitatem: montes autem Prophetæ nimirum ſunt: *Sion* autem manifeſte ſupernam Hieruſalem multis in locis ſignificare oſtenſum eſt; ita igitur etiam iſti unanimiter mundo renunciantes habent diverſa dona, & perinde ac in ſuperna Hieruſalem eſſent, ita vitam agunt.

7. 8. Quoniam illic in ſuperna Hieruſalem promiſit Dominus ſe dicturum: *Venite benedicti Patris mei accipite præparatum vobis Regnum ante conſtitutionem mundi in ſempiterna ſæcula.*

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Canticum graduum David*, hoc eſt, quod hoc Canticum graduum David eſt: nempe non amplius ex Perſona eorum, qui ſe converterunt Canticum hoc dicitur, ſed ad manu fortem pertinet, hoc eſt ad Dei Filium: ita enim interpretatur nomen David *manu fortis*. Ipſe enim Dei Filius præcipit iis, qui mundo renunciarunt, & ſimul in unum habitant, ut ſincero corde illi ſerviant.

1. Vobis dico, qui mundo renunciaſtis: * Abundanter (*b*) *benedicite Dominum*, hoc eſt me: illud * enim *ecce nunc* abundanter, ſeu affatim interpretatur de iis, qui ſeipſos tradiderunt in Chriſti patientiam, mente vigilantes, atque aſſurgentes, illam præſentantes voluntati Dei in ſublimitate Cælorum.

* *ecce nunc*

* illud autem *ecce nunc* interpretatus.

2. 3. Et firmi exiſtentes in Dei præceptis, & in ipſis immorantes.

4. In

(*d*) ita ſunt, & qui renunciantes Mundo ſecundum Deum unanimes &c. Propterea igitur aſſimilavit eos &c. & in ſuperhumerale veſtimenti: hoc enim eſt, ora veſtimenti, ſuperhumerale circumdans collum, & neceſſario utraque unguento implentur &c. in caput ejus, hoc eſt in mentem, implet enim &c. Implet etiam in circuitu dulcedinis doctrina animam &c. unguento illi eos aſſimilavit, quoniam ex quatuor illis, ut diximus &c. plena miſericordiæ, & fructuum &c. unguentum effuſum boni odoris: appoſite igitur eum veluti divinum unguentum nimirum Chriſtus ſecundum gratiam futuri ſint, convenienter etiam iſti unguento aſſimilati ſunt.

(*e*) gratia Sancti Spiritus &c. in Prophetas ſupercæleſtis &c. montes autem, manifeſtum eſt, quod Prophetæ ſunt &c. ſecundum Deum renuntiantes &c.

(*a*) cinnabari ſcriptus continet &c. *David*, quod interpretatur quod &c.

(*b*) n. 1. *Comment. juxta ſuper. diviſionem incipit a verb.* Abundanter &c. *uſque* interpretatur. n. 2. Omnes, inquit qui dederunt ſeipſos in obedientiam Chriſti n. 3. Mente vigilantes, & eam explicatam exhibentes voluntati &c. *Quæ vero ſub n. 2. 3. leguntur non extant in Cod. n. 4. 5. 6.* In ſupervenientibus &c. *uſque* Dominum glorificate.

4. In noctibus extollite manus vestras in Sancta,
5. Et benedicite Dominum.
6. Benedicat te Dominus ex Sion:
7. Qui fecit cælum & terram.

Alleluja. Psalm. CXXXIV.

1. Laudate nomen Domini,
2. Laudate servi Dominum.
3. Qui statis in domo Domini,
4. In atriis domus Dei nostri.
5. Laudate Dominum, quia bonus Dominus:
6. Psallite nomini ejus, quoniam suave.
7. Quoniam Jacob elegit sibi Dominus,
8. Israel in possessionem sibi *. * fol.
9. Quia ego cognovi, quod magnus est Dominus:
10. Et Deus noster præ omnibus diis.
11. Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit
12. In cælo, & in terra,
13. Et in mari, & in omnibus abyssis.
14. Educens nubes ab extremo terræ:
15. Fulgura in pluviam fecit.
16. Qui producit ventos de thesauris suis.
17. Qui percussit primogenita Ægypti,

18. Ab

---

4. In supervenientibus vobis incursibus tenebrarum, hoc est inimici, intendite corda vestra in Cælos, respicientes reposita vobis bona.

5. Et operibus justitiæ, & gratiarum actionibus Dominum glorificate.

6. 7. (*c*) Mittet tibi Dominus ex sanctis suis altitudinibus gratiam suam protegentem te, & sanctificantem.

Quare autem numerus Psalmorum gradualium est quindecim Psalmorum, gratia Jesu Domini Nostri dicemus. Vobis omnibus manifestum est, quod omnes, qui secundum Deum proficiunt, sunt Filii lucis, & Filii diei, quemadmodum hoc ipsum dicit Apostolus scribens
1. Thessal. v. 5. Thessalonicensibus: *Omnes enim vos Filii lucis estis, & Filii diei*; & rursus paucis interjectis: *Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus*; & rursus ipse Dominus de se ipso hæc eadem dicit in Euangelio; diem se ipsum, & lucem
Joan. xi. 9. esse designans dicendo: *si quis ambulaverit in die, non offendit, quoniam lucem hujus mundi videt*; & rursus: *Ego sum lux mun-*
Joan. viii. 12. *di*. Porro ut antea diximus, qui Domino adhærent, diei, & lucis Filii sunt. Non ignoratis etiam hoc, Dilecti, quod cum nox ad extremum deficit, dies est horarum quindecim. Propterea igitur & Graduales quindecim sunt, ut notum sit omnibus, quod sunt de die lucis perfecta, hoc est de luce ascendentibus per gradus in perfectionem secundum ascensionem in Christo. Non autem propter hoc solum, sed etiam propter illud, quod decimo tertio gradu, in Psalmo inquam: *memento Domine David*, loquutus est de iis, qui mundo renunciarunt, ut significaret, quod tales plurima luce donantur. Ascenderunt enim gradum qui Jesus est, & pervenerunt in altiorem cognitionem lucis Christi. Defecit enim apud eos nox peccati, etenim se ipsos dederunt ad ascendendum quidem in lucem diei, videlicet Christi per quindecim gradus, ut omnibus manifestum sit, quod apud eos omnino nox defecit, & infirmatum est peccatum, quemadmodum antea dixi; gradus igitur horis perfecti diei comparati sunt, & expositi ex persona veræ lucis, & filiorum ejus.

Explicatio tituli hujus Psalmi deest in Codice Barberino †.

1. Laudate pulchritudinem ejus,
2. Qui ei subditi estis.
3. Indesinenter mente adstantes Deo.
4. In Cælis.
5. Laudate Dominum, quoniam neminem vult perire, sed omnes venire ad pœnitentiam, & æternis suis bonis frui.
6. Glorificate (*a*) nomen ejus corde puro, quoniam id vobis evadet in salutem.
7. Quoniam populum, perinde ac Jacobum, corde simplicem, sibi elegit Dominus.
8. Corde (*b*) Deum videntes acquisivit sibi in divitias per proprium Sanguinem.
9. Ab ipso edoctus cognovi magnitudinem suam per virtutem mortis ejus.
10. Et (*c*) ipse Dominus noster potentior est super omnes deos, qui etsi dicuntur dii, revera non sunt, sive in cælo, sive in terra.
11. 12. (*d*) Nam voluntati ejus nemo resistere potest, neque resistit.
13. Et in cælo, & in terra, & in aquis Baptismi in morte sua omnia, quæcumque voluit fecit, & contrarias potestates contrivit.
14. Ultimis diebus mundi ostendit Prophetas Agabum, & Simonem, qui (*e*) vocabatur Niger & Lucium Cyrenensem, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus. Act. Ap. xiii. 1.
15. Apostolos ejus apparere fecit mundo ab Oriente (*f*) usque in Occidentem, & veluti pluviam descendere sermonem eorum in cor arefactum peccatis.
16. Eosdem Apostolos dicit instructos præceptis ipsius circumivisse totam terram.
17. Principatus tenebrarum. *Ægyptus* enim *tenebræ* interpretatur.

18. A

(*c*) Mittet tibi &c. Quare autem & numerus &c. Jesu Christi &c. & filii diei, similiter hoc dicit Apostolus etc. de seipso eadem dicit &c. ideo dicit: *Si quis ambulaverit* &c. ut notum sit omnibus, quod sunt de perfecta die lucis, hoc est conversationis in Christo enarrant ascensum profectus eorum, qui in Christo ascendendo perveniunt in perfectionem lucis, veluti per gradus. Non autem ob id solum; sed & propter hoc in decimotertio gradu, in Psalmo, inquam, *Memento Domine David*, loquutus est de iis, qui mundo renunciarunt, ut significaret, quod qui renunciat mundo majori luce donatur. Supergressus est enim duodecimum numerum seu gradum, & pervenit in altiorem cognitionem lucis Christi. Desiit enim apud eum nox peccati, seipsum enim dedit ad ascendendum quidem in lucem diei, nempe Christi super quindecim gradus, ut &c. quod apud eum omnino &c. & infirmum factum est peccatum &c.

(†) Titulus præpositus cinnabari scriptus continet: *Alleluja*. In hunc enim sensum interpretatur *Alleluja*, quem declarat primus Psalmi versus, hoc est: *laudate*, *exaltate Dominum*.

(*a*) Glorificate eum in corde &c.

(*b*) Israel interpretatur *vir videns Deum*, & *mens videns Deum*. Populum corde videntem Deum acquisivit etc.

(*c*) Et quia ipse &c.

(*d*) *n.* 11. Nam &c. *n.* 12. 13. Et in cælo enim &c. & in morte &c.

(*e*) qui & *reliqua desunt usque ad* collactaneus.

(*f*) ab Oriente usque in Occidentem eorum in cor &c. *desiderari videntur, quæ leguntur hoc modo*: in occidentem & veluti pluviam describere sermonem eorum.

18. Ab homine usque ad pecus.
19. Misit signa & prodigia
20. In medio tui Ægypte,
21. In Pharaonem, & omnes servos ejus.
22. Qui percussit gentes multas:
23. Et occidit Reges fortes.
24. Sehon regem Amorrhæorum:
25. Et Og regem Basan,
26. Et * omnia regna Chanaan.
27. Et dedit terram eorum hæreditatem,
28. Hæreditatem Israel populo suo.
29. Domine nomen tuum in æternum:
30. Et memoriale tuum in generationem & generationem.
31. Quia judicabit Dominus populum suum:
32. Et in servis suis deprecabitur.
33. Simulacra Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.
34. Os habent, & non loquentur:
35. Oculos habent, & non videbunt.
36. Aures habent, & non audient:
37. Neque enim est spiritus in ore ipsorum.
38. Similes illis fiant qui faciunt ea,
39. Et omnes qui confidunt in eis.
40. Domus Israel benedicite Domino:
41. Domus Aaron benedicite Domino:
42. Domus Levi benedicite Domino:
43. Qui timetia Dominum benedicite Domino.
44. Benedictus Dominus ex Sion,
45. Qui habitat in Hierusalem.

* *V. 26. Desideratur in Cod.*

Alleluja. Psalm. CXXXV.

1. CONfitemini Domino, quoniam bonus:
2. Quoniam in æternum misericordia ejus.
3. Confitemini Deo deorum:
4. Quoniam in æternum misericordia ejus.
5. Confitemini Domino dominorum:
6. Quoniam in æternum misericordia ejus.

18. A diabolo, & usque ad potestates ejus, quæ ipsi obediunt (*g*), quemadmodum de illis scriptum est in Job.
19. 20. Emisit per Apostolos suos in tenebris signa, & prodigia per sanationes, quas perpetrarunt,
21. In diabolum & angelos ejus.
22. Adversarias virtutes in Baptismo (*h*).
23. Potestates, & principatus diaboli.
24. *Sehon* enim (*i*) interpretatur *tentatio vehemens*: *Amorrhæorum* interpretatur *exacerbantium aquarum*: diabolum igitur manifeste significat regem dæmonum exacerbantium omnem animam.
25. *Og* rursus interpretatur *congregans*: *Basan* autem interpretatur (1) *ignominia acuta* (*k*): manifestum est igitur, quod mortem significat dominantem per peccatum.
26. Et (*l*) omnes principatus, & potestates, ut antea dixi, colentium iniquitatem; hoc enim significat verbum illud, *Chanaan*, *colentium iniquitatem*.
27. 28. Et gentes, quas prius ipsæ per peccatum tenebant, eas dedit Apostolis in hæreditatem, hoc est in possessionem hominibus videntibus eum: *Israel* enim interpretatur *vir videns Deum*.
29. Indelebile.
30. Et mamoria Passionum tuarum perpetuo permanet (*m*).
31. Quoniam Dominus vindicabit populum suum a contrariis potestatibus.
32. Et in obedientibus verbo Euangelii sui se ipsum exorans reconciliabitur.
33. Corpora, & animæ eorum, qui gentiliter vivunt, inserviunt (*n*) avaritiæ: proprie autem quid significet alibi etiam dictum est, allegoria autem hanc exigit explicationem.
34. Nihil enim pacificum in ore ipsorum.
35. In tenebris semper ambulantes ad sobrietatem mentis non redeunt.
36. Non enim obediunt divinis præceptis, sicut & Dominus istis dixit: *qui habet aures audiendi audiat*.
37. Neque (*o*) enim habent Spiritum Sanctum.
38. Perinde ac pecuniæ igni tradentur thesaurizantes eas.
39. Et omnes, qui confidunt in incerto divitiarum.
40. Qui rectum habetis cor ad Deum glorificate Dominum: *Israel* enim interpretatur *rectitudo Dei*.
41. Qui firmi estis in fide, & præceptis Dei glorificate (*p*) Dominum: *Aaron* enim interpretatur *mons fortis*.
42. Appositi Deo glorificate Dominum: *Levi* (*q*) enim interpretatur *appositus*.
43. Pii, & timentes corde exaltate eum.
44. 45. *Sion* interpretatur *sitiens*: *Hierusalem* interpretatur *visio pacis*: ex corde igitur sitiente (*r*) benedictus Dominus, qui habitat in ipso.

(1) *ignominia ficcitatis, aut ficca. lex. Orig.*

Titulus præpositus continet: (*a*) *Alleluja*. In quibusdam autem exemplaribus invenimus post verbum *Alleluja*, & hoc verbo *duplicis* inscripto, ut etiam hic inscriptum est. *Alleluja*, ut sæpe diximus, interpretatur, *laudate Deum*: Illud autem *duplicis* hoc significat, quod veluti secundi testamenti est hæc laus. Siquidem in unoquoque, quod fecit erga nos, ditissime ostendit misericordiam suam, quemadmodum ipse Psalmus hoc declarat, ad singula, quæ fecit in novissimis diebus dicens: *Quoniam in æternum misericordia ejus*.

1. 2. Confitemini Domino peccata vestra, quoniam injuriarum non recordatur, quia misericors est (*b*).
3. Confitemini Deo Sanctorum, qui dii secundum gratiam ejus facti sunt.
5. Confitemini ei, qui dominator est omnium, qui in sublimitate sunt.

(*g*) obediunt in abysso, quemadmodum &c.
(*h*) Baptismo contrivit.
(*i*) *Deest* enim.
(*k*) *arida*.
(*l*) *Non legitur in Cod. Comment. ad hunc vers. quia & in Psalmo desideratur vers. 26.*
(*m*) permanebit.
(*n*) servi facti sunt &c.
(*o*) *Quæ sub n. 37. desunt At 37. 38. ita*. Perinde ac pecuniæ æterno igni &c.
(*p*) Glorificate Dominum *non leg in Cod.*
(*q*) *Levis &c.*
(*r*) sitiente eum, Benedictus &c.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *Alleluja duplicis*. In quibusdam &c. interpretatur: *Laudate Deum, qui est*. Illud &c. quod veluti de secundo testamento est hæc &c. in unoquoque eorum, quæ fecit *etc.* ipse Psalmus hoc ipsum subdit ad singula eorum, quæ *etc.*
(*b*) est in omnibus.

7. Qui facit mirabilia magna solus:
8. Quoniam in æternum misericordia ejus.
9. Qui fecit cælos in intellectu:
10. Quoniam in æternum misericordia ejus.
11. Qui firmavit terram super aquas:
12. Quoniam in æternum misericordia ejus.
13. Qui fecit luminaria magna solus:
14. Quoniam in æternum misericordia ejus.
15. Solem in potestatem diei:
16. Quoniam in æternum misericordia ejus.
17. Lunam & stellas in potestatem noctis:
18. Quoniam in æternum misericordia ejus.
19. Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum:
20. Quoniam in æternum misericordia ejus.
21. Qui eduxit Israel de medio eorum:
22. Quoniam in æternum misericordia ejus.
23. In manu potenti & brachio excelso:
24. Quoniam in æternum misericordia ejus.
25. Qui divisit mare Rubrum in divisiones;
26. Quoniam in æternum misericordia ejus.
27. Et eduxit Israel per * medium ejus:
* ex medio eorum 28. Quoniam in æternum misericordia ejus.
29. * Et excussit Pharaonem & virtutem ejus in mari Rubro: * v. 29. 30. desunt in Cod.
30. Quoniam in æternum misericordia ejus.
31. Qui traduxit populum suum per desertum:
32. Quoniam in æternum misericordia ejus.
33. Qui percussit reges magnos:
34. Quoniam in æternum misericordia ejus.
35. Et occidit Reges fortes:
36. Quoniam in æternum misericordia ejus.
37. Sehon regem Amorrhæorum:
38. Quoniam in æternum misericordia ejus.
39. Et Og regem Basan:
40. Quoniam in æternum misericordia ejus.
41. Et dedit terram eorum hæreditatem:
42. Quoniam in æternum misericordia ejus.
43. Hæreditatem Israel servo suo:
44. Quoniam in æternum misericordia ejus.
45. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus:
46. Quoniam in æternum misericordia ejus.
47. Et redemit nos ab inimicis nostris:
48. Quoniam in æternum misericordia ejus.
49. Qui dat escam omni carni:
50. Quoniam in æternum misericordia ejus.

51. Con-

---

7. Et in filiis Israel, & in glorioso ejus adventu.
9. Qui implet (c) spiritu intelligentiæ Sanctos suos, in quibus inhabitat, & inambulat, & perficit eos in spiritualem intelligentiam.
11. Corda (d) Gentium in fide sua in aquis Baptismi.
Matth. v. 14. 16. 13. Apostolos suos, quemadmodum ipsis dixit: *Vos estis lux mundi*, *& sic luceat lux vestra coram hominibus* (e) *&c.*
Matth. xiii. 43. 15. Sanctos (*f*) præesse populo lucis, de ipsis enim dictum est, quod *tunc fulgebunt sicut sol*, *&c.*
17. Vetus Testamentum, & Prophetas præesse olim Judæis.
19. Qui contrivit omnem dæmonum multitudinem cum principatibus, & (*g*) potestatibus eorum.
21. Et qui eripuit populum (*h*) mente illuminatum ex illorum servitute.
23. In Filio suo unigenito.
25. Qui divisit mundum Apostolis in eorum prædicatione. Quod speciale quidem contigit tunc in mari rubro sub Moyse, quemadmodum multi veterum scribunt, quod mare rubrum divisum est in duodecim partes, adeo ut quælibet Tribus sua via per illud incederet; ideoque ita dicit Psalmus, *qui divisit mare rubrum*, & non ait *in divisionem*, sed *in divisiones*: Id ipsum igitur, quod ex historia traditum est, contigisse in mari rubro, in figura fuit mundi, qui dividendus erat a Domino duodecim Apostolis.
27. (*i*) Et ipsum Apostolorum chorum videntium eum, per medium mundum deduxit.
29. Et (*k*) contrivit diabolum, & potentiam ejus in Baptismo: mare autem rubrum ideo vocat Baptismum, quia quemadmodum in mari vivescunt ejus pisces, ita & in hoc mundo natantes vivificantur homines baptizati in Sanguine Domini nostri Jesu: propterea enim dicitur rubrum, ut Sanguis (*l*) Domini nobis significetur.
31. Qui gubernat populum suum in mundo.
33. Principatus diaboli,
35. Et potestates ejus.
37. *Seon* (*m*) interpretatur *tentatio calida* seu *vehemens*, qualis est diabolus rex mundanarum voluptatum: *Amorrhæorum* autem interpretatur *aquarum exacerbantium*, quales sunt contrariæ potestates exacerbantes omnem animam.
39. *Og* interpretatur *congregans*: *Basan* autem interpretatur *ignominia sicca*: mortem igitur significat congregantem quidem mortuos, dominantem autem per peccatum.
41. Et dedit populo fideli supernam Hierusalem, in qua isti habitabant prius quam e cælo projicerentur.
43. Hæreditatem Sanctis suis.
45. Quia vidit nos in servitutem redactos a contrariis potestatibus, & misericordia motus est, & misertus est nostri.
47. Et redemit nos passione sua ab immundis spiritibus.
49. Sensus quidem proprius manifestus est, interpretatio (*n*) autem allegorica verborum Prophetæ hoc significat: qui præbet seipsum cibum in vitam æternam omni homini volenti.

51. 52. Glo-

(c) Qui implevit *etc.* & constituit eos in spirituali intelligentia.
(*d*) Qui firmavit corda *etc.*
(*e*) *hominibus*, *ut videant opera vestra bona*, *& glorificent Patrem vestrum*, *qui in Cælis est*.
(*f*) Ut præsint populo lucis: Ipse enim dixit; quod *etc.*
(*g*) *deest* &.
(*h*) populum, & mente illuminatum ex illorum servitute: Israel enim interpretatur: *Mens videns Deum*.
(*i*) *Commentarium*, *seu Interpretatio n.* 27. *&* 28. *deest in Cod. sed ejus loco extat Interpr. quæ est n.* 29. *&* 30. *qui duo vers. in Cod. desiciunt*.
(*k*) *Desunt hæc verba*, Et contrivit Diabolum.
(*l*) ut sanguinem Jesu nobis significaret.
(*m*) Sion (*leg.* Seon).
(*n*) interpretatio autem prophetiæ hoc *etc.*

51. Confitemini Deo cæli:
52. Quoniam in æternum misericordia ejus.

Psalmus David Jeremiæ. Psalm. CXXXVI.

1. Super flumina Babylonis,
2. Illic sedimus & flevimus,
3. Cum recordaremur Sion.
4. In falicibus, in medio ejus suspendimus organa nostra,
5. Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum,
6. Et qui abduxerunt nos, hymnum:
7. Cantate nobis de canticis Sion.
8. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?
9. Si oblitus fuero tui Hierusalem, oblivioni detur dextera mea.
10. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.
11. Si non proposuèro Hierusalem in principio lætitiæ meæ.
12. Memor esto Domine filiorum Edom, in die Hierusalem.
13. Qui dicunt: exinanite *, exinanite usque ad fundamentum ejus. * exinaniatur, exinaniatur
14. Filia Babylonis misera:
15. Beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.
16. Beatus *, qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram. * Beatus, qui tenebit parvulos tuos, & allidet eos ad petram.

Psalmus David. Psalm. CXXXVII.

1. Confitebor tibi Domine in toto corde meo:
2. Et in conspectu Angelorum psallam tibi:
3. Quoniam audisti omnia verba oris mei.
4. Adorabo ad templum sanctum tuum:

5. Et

---

51. 52. Glorificate Deum, chori Sanctorum, narrantes (o) quæ ante dicta sunt, quoniam sine fine misericordia ejus.

Titulus præpositus continet: (a) *David per Jeremiam, sine titulo apud Hebræos*. Inscriptionis autem interpretatio talis est: *manu forti*, nempe Dei Filio, *confessio per Baptismum priorum malarum actionum;* Ita enim interpretatur illud *per Jeremiam* præbitio aquæ, nimirum Baptismus, & recordatio Judæorum advenientium ad illuminationem, quomodo contrariæ potestates cogebant eos ipsas colere. Illud autem *sine titulo apud Hebræos* significat receptum non fuisse ab incredulis Judæis; non enim prælegerunt Baptismum Christi.

1. *In (b) concupiscensis confusionis*: ita enim interpretatur *super flumina Babylonis*, in quibus inescati, & submersi sumus permanentes;

2. 3. Illic flevimus recordati mandati Dei: *Sion* enim interpretatur *mandatum*.

4. Salix aspectu quidem delectabilis, sed arbor infructifera est. Hoc igitur significat (c), quod in deceptionibus, & vanitatibus vitæ ob concupiscentiam suspensa fuerunt membra nostra in medio confusionis, hoc est peccati.

5. 6. 7. Quoniam illic, dum in confusione peccati essemus, demum etiam nos deceperunt contrariæ potestates redigendo nos in captivitatem ad colendum, & adorandum eas, ac dicendo nobis: *Glorificate nos sicut Deum cæli*. Nam *Sion* etiam interpretatur *locus ubi Tabernaculum*, videlicet cælum.

8. Nos autem contrariis potestatibus diximus: *quomodo vos colemus, qui estis dæmones terrestres (d) alieni?*

9. Et existens in peccato (e), si oblitus fuero tui Jesu pax nostra, decidam ab auxilio tuo: *Israel* enim interpretatur *visio pacis*, hoc est Dei Filius. Apparuit enim mundo pax existens.

10. Deficiat anima mea quærens gratiam Sancti Spiritus, & non assequens, nisi tui meminero, & convertar ad te.

11. *Hierusalem* interpretatur *Spiritus (f) gratiæ;* hoc igitur, ut reor, significat: nisi rebus omnibus, quæ in mundo sunt, præferam gratiam Sancti Spiritus, cum evigilaverit cor meum.

12. 13. *Edom* interpretatur *deficiens*, qualis est diabolus. Dicit igitur, memor etiam esto exprobrationis contrariarum potestatum, quæ filiæ Mali sunt dicentis (g): *deficis deficit genus Fidelium*: & rursus in eodem versu, *in die Hierusalem*, hoc est in illuminatione supernæ scientiæ per lavacrum immortalitatis.

14. Infelix anima, quæ filia es confusionis, scilicet peccati: *Babylon (h)* enim interpretatur *confusio*.

15. Beatus, inquit, est, qui ita in servitutem suam redegerit peccatum, quemadmodum ipse prius a peccato in servitutem redactus est.

16. Beatus, qui carnalium concupiscentiarum dominus effectus (i) contriverit eas ad petram, hoc est Christum. *Petra* autem *erat Christus*, quemadmodum dicit Apostolus. 1. Corinth. 1. 4.

„ Explicatio tituli hujus Psalmi deest in Codice Barberino forsitan quia eadem est atque antecedentis, videlicet: *Psalmus David*, hoc est *manu forti*, nempe Dei Filio (†).

1. Populus eorum, qui illuminati sunt dicit: *tradidi me ipsum sibi*.

2. Et inter Sanctos Angelos adstantes luci tuæ glorificabo te.

3. Quoniam accepisti confessionem meam, & dignatus es me gratia tua.

4. Ingrediens in Templum sanctum tuum adorabo te, postquam illuminatus fuero.

5. Et

(o) narrantes hæc, quæ etc. sine sine est etc.
(a) cinnabari scriptus continet: *David canticum per* &c. & recordatio eorum, qui præcesserunt Judæorum illuminationem, nempe quando etc. non enim adhæserunt baptismati Christi.
(b) n. 1. 2. 3. *Unicus Comment.* Et submersi sumus *deest*.
(c) significat, ut puto, quod etc. vitæ hujus ob &c.
(d) *terrestres* deest.
(e) peccatis.
(f) *Spiritus ejus gratia* &c. Sancti Spiritus tui &c.
(g) dicentes: *Deficiat, deficiat* &c. supernæ generationis per etc.
(h) *Babylonis* enim nomen &c.
(i) effectus fueris, & contriveris eas etc.
(†) Titulus præpositus cinnabari scriptus continet: *David*, hoc est, *manu forti*, Dei, inquam Filio.

5. Et confitebor nomini tuo,
6. Super misericordia tua, & veritate tua:
7. Quoniam magnificasti super omne * nomen sanctum tuum. (* omnes)
8. In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me:
9. Multiplicabis me in anima mea virtute tua.
10. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ:
11. Quia audierunt omnia verba oris tui.
12. Et cantent in viis * Domini: (* viis tuis, Domine:)
13. Quoniam magna est gloria Domini.
14. Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit:
15. Et alta a longe cognoscit.
16. Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me:
17. Super iram inimicorum meorum extendisti manus * tuas: (* manum tuam:)
18. Et salvum me fecit dextera tua.
19. Dominus retribuet pro me:
20. Domine misericordia tua in sæculum.
21. Opera manuum tuarum ne despicias.

In finem Psalmus David.
Psalmus CXXXVIII.

1. DOmine probasti me, & cognovisti me:
2. Tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.
3. Intellexisti cogitationes meas de longe.
4. Semitam meam & funiculum meum investigasti.
5. Et omnes vias meas prævidisti:
6. Quia non est dolus * in liogua mea. (* verbum iniquum in etc.)
7. Ecce Domine tu cognovisti omnia novissima & antiqua:
8. Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.
9. Mirabilis facta est scientia tua ex me:
10. Confortata est, non potero ad eam.
11. Quo ibo a spiritu tuo?
12. Et quo a facie tua fugiam?

13. Si

---

5. Et confitebor, me ipsum servum esse nominis tui,
6. Propter misericordiam tuam, & veritatem tuam, quam fecisti in me.
7. Quoniam & super (*a*) omnes glorificatum est nomen tuum.
8. Ex quo dignatus es me adoptione, vix dum clamo (*b*): *Pater noster, qui es in Cælis*, statim me exaudis.
9. In altitudines præceptorum tuorum deduces (*c*) animam meam virtute tua.
10. Glorificabunt te omnes, qui in te crediderunt.
11. Quia acceperunt, & implevisti (*d*), quæ illis denunciasti.
12. Et in exultatione cordis laudabunt (*e*) te Domine.
13. Quoniam ineffabilis (*f*) est benignitas Dei.
14. Quoniam talis, & tantus existens, & in cælis habitans, curam (*g*) geris de peccatoribus, ac vilibus hominibus, hoc est nobis.
15. Et Sanctos (*h*) a constitutione mundi præscivit, & prædestinavit.
16. Si in via angusta præceptorum tuorum ambulavero, vivificabis me.
17. Cum inimici mei quærerent (*i*) me interficere, opitulatus es mihi per adventum tuum.
18. Et salvum me fecit gratia tua.
19. Dominus debellabit contrarias potestates propter ea, pro quibus me impugnaverunt.
20. Et nunquam oblivioni tradetur misericordia tua hæc, quam fecisti generi humano.
21. Et usque in finem ne despicias, quos fecisti secundum imaginem tuam.

Titulus appositus continet (*a*): *In finem Psalmus David*, quod interpretatur de iis, qui in novissimis diebus futuri sunt, dictus est Psalmus *manu forti*, hoc est Dei Filio.

1. Domine discernens cogitationes meas, & mentem cordis mei cognovisti, qualis incedam coram te.
2. Tu cognovisti, quæ sit requies cordis mei, & desiderium animæ meæ.
3. Tu priusquam ego fierem, scivisti (*b*) quæ cogitaturus sum.
4. Conversationem meam in hoc mundo, & qualium operationum bonarum me, ac malarum seriem expleturus eram, vel sum in diebus meis, tu usque in finem ad minimum novisti earum exitum.
5. Actiones (*c*) meas præcognoscis.
6. Et novisti, quod non dico falsa.
7. Tu enim futura, & præterita novisti. Aliter etiam potest versiculus iste Allegorice explicari; quoniam secundum Prophetam (*d*) dictum est: *Ecce Domine tu cognovisti omnia novissima, & antiqua*, hoc est, tu habiturus es novissimas omnes gentes, & antiquas Judæorum progenies.
8. Tu creasti me, & posuisti super me auxilium tuum protegens me.
9. Recordatus, quæ sit potentia tua, extra (*e*) me ipsum factus sum præ admiratione.
10. Investigabilis est virtus tua, non possum contra eam resistere.
11. Ubi enim abscondi possum a Spiritu Sancto tuo, qui noscit omnia?
12. Et a te, qui omnia vides, quo possum fugere? quoniam *omnia nuda, & aperta oculis tuis*. (*ad Hebr. iv. 13.*)

13. Inse-

(*a*) super peccatores glorificatum est *etc.*
(*b*) clamabo ad te: *Pater mi, qui* &c. statim audi me.
(*c*) deduc.
(*d*) impleverunt, quæ illis præcepisti.
(*e*) laudent te *etc.*
(*f*) Quoniam indeficiens est benignitas Domini.
(*g*) dignatur providere peccatoribus *etc.*
(*h*) Et Sanctos ante *etc.*
(*i*) quærerent, ut me interficerent *etc.*
(*a*) cinnabari scriptus continet *etc.*
(*b*) vidisti.
(*c*) & omnes actiones *etc.*
(*d*) Prophetiam *etc.*
(*e*) ex me ipso factus sum admirans in me ipso.

13. Si ascendero in cælum, tu illic es:
14. Si descendero in infernum, ades.
15. Si sumpsero pennas meas diluculo,
16. Et habitavero in extremis maris:
17. Etenim illuc manus tua deducet me:
18. Et tenebit me dextera tua.
19. Et dixi: forsitan tenebræ conculcabunt me:
20. Et nox illuminatio in deliciis meis.
21. Quia tenebræ non obscurabuntur a te,
22. Et nox sicut dies illuminabitur:
23. Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.
24. Quia tu possedisti renes meos:
25. Suscepisti me de utero matris meæ.
26. Confitebor tibi, quia terribiliter magoificatus es:
27. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.
28. Non est occultatum os meum a te,
29. Quod fecisti in occulto,
30. Et substaotia mea in inferioribus terræ:
31. Imperfectum meum viderunt oculi tui.
32. Et in libro tuo omnes scribentur:
33. Dies formabuntur, & nemo in eis.
34. Mihi autem oimis honorificati sunt amici tui Deus:
35. Nimis confortatus est principatus eorum.
36. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur:
37. Exsurrexi, & adbuc sum tecum.
38. Si occideris Deus peccatores:
39. Viri sanguinum declinate a nte:
40. Quia cootentiosi estis io cogitationibus:
41. Accipient in vanitate civitates *.
42. Nonne qui oderunt te Domine oderam?
43. Et super inimicos tuos tabescebam?
44. Perfecto odio oderam illos:
45. Inimici facti suot mihi.
46. Proba me Deus *, & scito cor meum:
47. Interroga me, & cognosce semitas meas.
48. Et vide, si * via iniquitatis in me (est):
49. Et deduc me in via æterna.

* civitates tuas.

* Domine etc.

* si est via etc.

13. Inseparabilis (*f*) es a sinu Patris.
14. Morti enim traditus es propter me.
15. Hoc solum mihi reliquum est, si forte assumam cogitationes cordis mei, & confugiam ad illuminationem fidei tuæ (*g*).
16. Et dabo me ipsum in Baptismum.
17. 18. Etenim illuc gratia (*h*) tua deducet me, & in me dominabitur.
19. Et mecum cogitavi dicens: an ita patiar usque io finem dominari in me peccatum?
20. Et cogitavi tradere me ipsum Baptismatis immersioni, quoniam illuminatio, & deliciæ meæ sunt lavacrum immortalitatis: ibi enim relinquo peccata mea.
21. Quia omnis anima in tenebris sedens cum venerit ad Baptismum, non amplius obtenebrabitur, quoniam tu, qui vera lux es, ascendis in ipsam.
22. Et (*i*) quæ in peccatis ægrotat anima sublevata in Baptismo, veluti dies illuminabitur, exoriente te in ipsa.
23. Ita enim omnis anima illuminata a te, imitatur in Baptismo triduum mortis tuæ, & resurrectionis, noctem, atque diem.
24. Quia tu redemisti omnem meam virtutem pretioso (*k*) tuo Sanguine:
25. Adjutorem (*l*) mihi dedisti statim a lavacro Spiritum Sanctum tuum.
26. Tradam totum me ipsum tibi, quia excellenter glorificatus es.
27. Admirationis plenæ sunt passiones tuæ, & anima mea credit in ipsis usque in finem.
28. (*m*) Non despiciatur a te infirmitas animæ meæ,
29. Et substantia ipsius inveterata in peccatis.
30. Renovasti enim me in occulto, hoc est in Baptismo, cor meum.
31. Corruptelam, & inutilitatem mentis meæ non despexisti, sed ei providisti.
32. Et qui digni facti sunt Baptismo tuo, omnes in libro vitæ scripti (*n*) sunt in cælis.
33. In luce Baptismi renovaotur, & nemo alius illic, nisi tu solus in ipsis.
34. Mihi autem deinceps honorabiles sunt Apostoli tui, ad quos dixisti: *vos amici (o) estis*.
35. Fortiter dominata est potentia prædicatioois eorum.
36. Duodecim sunt, & totum mundum sermone suo in filios, & filias per adoptionem spiritualem acquirent.
37. Baptismo vivificatus sum, & indesinenter e . ro tecum.
38. Si morti tradideris Deus has contrarias potestates:
39. Dæmonibus dicit: *sanguipotores osores hominum recedite a me*:
40. Quia cogitationes pravas pugnantes (*p*) subjicitis:
41. Captivas abducent animas hominum in vanitate, rursus enim converteotur ad te.
42. Ego autem omnes adversantes veritati tuæ, Domine, oderam.
43. Et super inobedientes (*q*) tibi tabescebam præ zelo. Aliter autem intelligitur iste versiculus in hunc modum & super contrarias potestates jejunio, & contioeotia tabescebam.
44. Neque salutabam ioimicos fidei tuæ.
45. Ita eos abominatus sum, ut simul ipsi confiaterent in me, ut me occiderent.
46. Visita cor meum, & attende, si (*r*) in omnibus tibi obtemperet.
47. Dijudica cor meum, & agnosce cogitationes meas.
48. Et si inveneris in me concupiscentias malas, ejice eas gratia tua.
49. Et deduc me in vitam æternam.

Titu-

(*f*) Inseparabilis enim *etc.*
(*g*) tuæ *desst*.
(*h*) manus tua.
(*i*) & in peccatis dormiens anima excitata *etc.*
(*k*) in pretioso *etc.*
(*l*) Succurrens mihi *etc.*
(*m*) *n.* 28. 29. 30. *Comm. unicus*, infirmitas animæ, & substantia animæ meæ inveterata *etc.*
(*n*) ordinati sunt *etc.*
(*o*) *amici mei*, &c.
(*p*) impugnantes me *etc.*
(*q*) inobedientes præceptis tuis tabescebam *etc.* sed aliter quoque intelligendus iste *etc.*
(*r*) ut in *etc.*

In finem: Psalmus David.
Psalm. CXXXIX.

1. ERipe me Domine ab homine malo:
2. A viro iniquo eripe me.
3. Qui cogitaverunt iniquitates in corde:
4. Tota die constituebant prælia.
5. Acuerunt linguas suas sicut serpentis:
6. Venenum aspidum sub labiis eorum.
7. Custodi me Domine de manu peccatoris:
* Ab homine iniquo etc. 8. Ab hominibus * iniquis eripe me:
9. Qui cogitaverunt supplantare gressus meos.
10. Absconderunt superbi laqueum mihi:
11. Et funibus extenderunt laqueum pedibus meis:
12. Juxta iter scandala posuerunt mihi.
13. Dixi Domino: Deus meus es tu:
14. Exaudi Domine vocem deprecationis meæ.
15. Domine, Domine virtus salutis meæ,
16. Obumbrasti super caput meum in die belli.
17. Ne tradas me * Domine a desiderio meo peccatori: * me *deest*.
18. Cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.
19. Caput circuitus eorum,
20. Labor labiorum ipsorum operiet eos:
21. Cadent super eos carbones *: * carbones ignis.
22. In ignem dejicies eos *: * eos in terra.
23. In miseriis non subsistent.
24. Vir linguosus non dirigetur in terra:
25. Virum injustum mala capient in interitu.
26. Cognovi, quia faciet Dominus judicium inopum,
27. Et vindictam pauperum.
28. Veruntamen justi confitebuntur nomini tuo:
29. Et habitabunt recti cum vultu tuo.

Psalmus David. Psalm. CXL.

1. DOmine clamavi ad te, exaudi me:

2. In-

Titulus præpositus continet (*a*): *In finem Psalmus David*, quod interpretatur: de iis, quæ in fine sæculorum futura sunt illis, qui resistunt veritati, & de retributione Sanctorum dictus est Psalmus *manu forti*, hoc est Dei Filio, ita enim interpretatur *David*, ut pluries diximus.

1. Libera me Domine ab iis, qui speciem quidem habent pietatis, ejus autem denegant virtutem.
2. Ab omni viro, qui armatus est contra veritatem (*b*).
3. Qui simulationem habent in se ipsis.
4. Semper festini sunt ad fundendum sanguinem.
5. Decipiunt bonis in speciem sermonibus, & fictis laudibus animas simplicium, quemadmodum serpens sermonibus suis Evam decepit.
6. Doctrina eorum, & admonitio mortifera est, veluti venenum aspidis.
7. Ab hujusmodi hominibus custodi me, Domine, quoniam manus diaboli sunt.
8. Eripe me ab hominibus detinentibus veritatem
ad Rom. 1. 18. in injustitia.
9. Qui meditati (*c*) sunt persuasibiles sermones ad deducendum me a Christi fide.
10. Congregaverunt sibi (*d*) ipsis, qui Dei veritati resistunt, sermones quosdam captiosos, volentes me illaqueare.
11. Et nexus quosdam (*e*) eorum, qui in sermone suo perversi sunt, ad comprehendendum me tetenderunt mihi.
12. Et quæstiones quasdam noxias, & inutiles injecerunt mihi.
13. 14. (*f*) Ego autem dixi Domino: Deus meus es tu, qui crucifixus es, audi Domine gemitum cordis mei.
15. Domine, Domine, passiones tuæ sunt in meam salutem.
16. Misisti gratiam tuam ad custodiendum cor meum in tempore oppositionis falsæ eorum scientiæ (*g*).
17. Ne permittas Domine diabolo, ut me avertat a fide tua, quoniam ipsa est desiderium meum.
18. Meditati sunt adinventiones quasdam contra me (*h*), ut me deciperent, ne auferas a me gratiam tuam, nequando glorientur, quod me inique oppresserunt.
19. Sensus cordis eorum infirmus est (*i*).
20. Infirmos effice (*k*) etiam sermones sapientiæ eorum, & una cum ipsis concident.
21. Sermones enim gratiæ (*l*), quos loquar ad ipsos veluti carbones cadent super eos.
22. Et Spiritu Sancto tuo occides eos.
23. In miseriis sermonum suorum, quos excogitaverunt, non potuerunt resistere veritati tuæ (*m*).
24. Obstinatus contra te, & perverse (*n*) loquens non ingredietur in supernam Hierusalem.
25. Hominem resistentem divinæ veritati & reliqua peccata circumdabunt, quæ custodient eum in interitum.
26. Novi, quod faciet Dominus vindictam Sanctorum suorum.
27. Et vindictam eorum, qui nunc laboribus oppressi sunt propter spem in Christum.
28. Etenim præter ipsos Sanctos nullus est alius injustorum, qui te glorificet.
29. Et ita semper erunt (*o*) Sancti tui gaudio ineffabili videntes gloriam tuam, & incessanter laudantes te.

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus David*, quod interpretatur, Psalmus *manu forti*, nempe Dei Filio: hoc enim, ut supra diximus, *David nomen* significat; alias etiam significationes habet hoc nomen; hic ita interpretatur, ut modo scriptum est.

1. Domine in dolore cordis mei clamavi ad te, exaudi me.

2. In-

(*a*) cinnabari scriptus continet *etc.*
(*b*) veritatem, libera me.
(*c*) Qui mentiti sunt persuasibiles aliquos *etc.*
(*d*) in seipsis *etc.*
(*e*) quosdam perversorum suorum sermonum ad *etc.*
(*f*) *n.* 13. Ego *etc. n.* 14. Audi gemitum *etc.*
(*g*) generationis *leg. vid.* scientiæ.
(*h*) contra me; ne auferas gratiam tuam a me, ne quando glorientur, veluti jam victores.
(*i*) existens.
(*k*) Infirmos esse efficiet *etc.*
(*l*) gratiæ tuæ *etc.*
(*m*) tuæ *deest*.
(*n*) perversa *etc.*
(*o*) erunt tecum Sancti *etc.*
(*a*) cinnabari scriptus continet *etc.* diximus, interpretatur David nomen *etc.* habet *David* nomen; tamen hic ita interpretatur *etc.*

Ante titulum seu inscriptionem Psal. CXL. legitur hujusmodi adnotatio de Diapsalmate, quæ extat etiam post tertium Psalmum; vide supra pag. 4.

2. Intende voci deprecationis meæ,
3. Cum clamavero ad te.
4. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo:
5. Elevatio * manuum mearum sacrificium vespertinum. * Elevationes
6. Pone Domine custodiam ori meo:
7. Et ostium circumstantiæ circa labia mea.
8. Non declines cor meum in verba malitiæ,
9. Ad excusandas excusationes in peccatis.
10. Cum hominibus operantibus iniquitatem:
11. Et non communicabo cum electis eorum.
12. Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me:
13. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum:
14. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.
15. Absorpti sunt juncti petræ judices eorum:
16. Audient verba mea, quoniam potuerunt.
17. Sicut crassitudo terræ disrupta est super terram:
18. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum.
19. Quia ad te Domine, Domine oculi mei,
20. In te speravi, non auferas animam meam.
21. Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi,
22. Et a scandalis operantium iniquitatem.
23. Cadent in retiaculo ejus peccatores:
24. Singulariter sum ego donec transeam.

Intellectus David, cum esset in spelunca orans. Psalm. CXLI.

1. Voce mea ad Dominum clamavi:
2. Voce mea ad Dominum * deprecatus sum. * ad Deum &c.
3. Effundo in conspectu ejus orationem meam:

4. Tri-

---

2. Intende labori cordis mei,
3. Cum illud ingemuerit ad te.
4. Sursum (*b*) elevans gratia tua orationem meam, & suaviter trahens ad seipsam, ut incensum detineat apud se.
5. Exclamatio (*c*) cordis mei ita inveniatur coram te veluti sacrificium, quod afferunt Sancti Angeli tui convertentes se ad te a ministerio eorum, qui hæredes futuri sunt salutis.
6. 7. Muni Domine os meum, & gratiam tuam mihi circum labia mea, ne prodeat ex ore meo sermo (*d*) impurus, & de verbo otioso rationem reddere debeam, sed potius si quid est ad ædificationem audientium, ut id loquar, & impleatur in me illud: *aperuit os suum etc.*
8. Ne permittas cor meum, ut se tradat in verba simulationis,
9. Ad aliquos speciosos prætextus (*e*) componendos.
10. Cum hominibus non obtemperantibus legi tuæ, sed sine timore se ipsos gubernantibus:
11. Et non assentiar doctrinæ Sacerdotum ipsorum.
12. Corripiet me omnis, qui facit justitiam, & loquitur veritatem in visceribus Christi, & objurgabit me.
13. Dilectio autem, & adulatio inimicorum veritatis non approximabit menti meæ.
14. Quoniam (*f*) semper hoc deprecor, ut sequar vestigia Sanctorum.
15. Consumpti (*g*) sunt principes impiorum a Sanctis derelicti.
16. Potens erit (*h*) deprecatio mea coram te, & implebuntur quæ te rogavi.
17. Vidi Satanam de cælo cadentem, & contritum veluti glebam terræ.
18. Omnis eorum virtus corrupta est in concupiscentiis mortis.
19. Quoniam ad te Domine oculi mentis meæ elevati sunt.
20. In te speravi, ne auferas gratiam tuam confirmantem animam meam.
21. Custodi me ab omni eorum doctrina, quæ existimatur habere aliquem cibum animæ, existente autem in ea decipula ad mortem.
22. Et a dæmonibus subjicientibus mihi voluptates vitæ.
23. Comprehendentur in (*i*) fallaciis vitæ, qui in pelago ipsius vivunt.
24. Non me ipse tradam in servitutem peccato, donec perficiam cursum meum.

Titulus præpositus continet (*a*): *Intellectus David, cum esset ipse in spelunca orans*. Ita igitur res est: *nomen David* varie interpretatur, ut sæpius diximus: modo enim positum invenies ad significandam personam Domini, & tunc interpretatur *manu fortis*: modo autem ad personam Justorum, & tunc interpretatur *desideratus*: modo vero ad personam eorum, qui peccarunt, & se converterunt, illud positum invenies, & tunc interpretatur *contemptus* ob peccata sua. Psalmus igitur dictus est de populo, qui peccavit, & in intellectum venit, & claudens se in spelunca, orat cum lacrymis validis, & confitetur: quod autem hoc ipsum significet, similiter & Psalmus ipse manifeste hoc docet.

1. In dolore cordis mei ingemui ad te.
2. Et non audens aperire labia mea coram ipso deprecatus sum ad eum fletibus inenarrabilibus.
3. Propterea (*b*) effundo in conspectu ejus lacrymas animæ meæ.

4. Et

(*b*) *Forte leg.* Exsuscitans gratis *etc.*
(*c*) Ascensio cordis *etc.*
(*d*) ullus sermo impurus &c. in me illud: *aperi os tuum verbo Dei*.
(*e*) prætextus ut soleo &c.
(*f*) Quoniam oportet, & semper &c.
(*g*) Abiverunt comprehensi a Christo principes impiorum.
(*h*) Potens est &c.
(*i*) in confusis fallaciis &c.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *in spelunca oratio*. Hoc igitur est. Nomen *David* &c. diximus & varie etiam accipitur: modo enim &c. *contemptus* scilicet ob peccata sua. Nunc igitur hoc ipsum *David* nomen accipiendum est de populo, qui &c. validis, ut & hoc ipsum declarat. Similiter autem & Psalmus manifeste hoc ipsum docet.
(*b*) Propterea *Deest*.

4. Tribulationem meam ante ipsum pronuncio,
5. In deficiendo ex me spiritum meum,
6. Et tu cognovisti semitas meas.
7. In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.
8. Considerabam ad dexteram, & videbam:
9. Et non erat qui cognosceret me.
10. Periit fuga a me:
11. Et non est qui requirat animam meam.
12. Clamavi ad te Domine,
13. Et dixi: tu es spes mea,
14. Portio mea in terra viventium.
15. Intende ad deprecationem meam:
16. Quia humiliatus sum nimis.
17. Libera me a persequentibus me:
18. Quia confortati sunt super me.
19. Educ de custodia animam meam,
20. Ad confitendum nomini tuo.
21. Me expectabunt justi, donec retribuas mihi.

Psalmus David, quando persequebatur eum Absalom filius ejus.
Psalm. CXLII.

1. Domine exaudi orationem meam:
2. Auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua.
3. Exaudi me in tua justitia,
4. Et non intres in judicium cum servo tuo:
5. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
6. Quia persecutus est inimicus animam meam:
7. Humiliavit in terra vitam meam.

8. Col-

---

4. Et confitebor ante ipsum peccata mea coram ipso, quæ priusquam ego eloquar, novit.
5. Et nunc, & (c) in ultimis diebus meis.
6. Et tu, qui omnium corda nosti, cognoscis improbas meas actiones.
7. In omni tempore vitæ meæ, inseruerunt in corde meo pravas vitæ cupiditates.
8. Et evigilans reputabam in me ipso, an forte aliquod bonum coram te fecissem.
9. Et nullum penitus in me erat repositum opus (d) bonum.
10. Et cogitabam (e) ad quem confugerem, & incertus, atque inops consilii eram.
11. Neque enim erat, qui provideret animæ meæ.
12. 13. Cum igitur aspicerem (f) meipsum, desperavi, & cum lacrymis clamavi ad te Domine, & dixi: defensionem non habeo coram te: in benignitate autem tua spero, quod misereberis mei.
14. Hæreditas (g) es in superna Hierusalem civitate Sanctorum tuorum.
15. 16. Intende ad deprecationem meam, & imple illam, quoniam in servitutem redactus sum a peccato (h).
17. Libera me a contrariis potestatibus, quæ volunt me a te avertere.
18. Quia me peccante, ipsæ fortiores me factæ sunt.
19. Educ e vinculis, & tenebris iniquitatum animam meam.
20. Ut veniens in lucem tuam possim confiteri tibi, quæ facta sunt mihi: omne enim, quod manifestatur, lux est.
21. Me expectabunt (i) omnes Justi tui, & sanctæ tuæ virtutes, ut convertar, & pro mœrore, quem habeo in anima mea, dona mihi lætitiam condonans mihi peccata, & tum de more lætitia exultabunt laudantes te super uno peccatore pœnitentiam agente, hoc est *Luc. xv. 10.*
super me.

Titulus præpositus continet (a): *Psalmus David, quando persequebatur eum Absalom filius ejus:* *David* igitur hic interpretatur *desideratus*, hoc est populus Judæorum convertens se ad Dominum. Deinde, *quando eum persequebatur Absalom filius ejus: Absalom* interpretatur *Pater pacis:* populum igitur Judæorum convertentem se persequebatur Pater pacis Jesus veluti cursor: descendit enim Jesus e cælo, ut eum apprehenderet, ac salvum faceret. Hoc enim commemorans Propheta cecinit, (juncta quidem alia interpretatione apposita versiculo Psalmi decimi octavi, qui hoc ipsum significat, descendisse eum de Cælis,) dicens: *Exultavit ut Gigas ad currendam viam, a summo cælo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum ejus.* Hæc igitur est interpretatio inscriptionis: Psalmus populo Judæorum convertenti se ad Deum, quando Pater pacis Jesus persequebatur e Cælis Genus humanum, ut comprehenderet eum, & salvaret. Quod autem dicitur in inscriptione: *quando Filius Patrem suum persequebatur*, manifesto id comperies. Pater enim pacis Jesus, Filius per gratiam suam Judæorum factus, ita studuit comprehendere eos sub alas suas, ut salvos faceret.

1. 2. (b) Domine imple orationem meam, & audi deprecationem meam in Filio tuo existens.
3. Et imple eam per ipsum.
4. Et ne velis rationem mecum ponere, hoc est examen facere iniquitatum (c) mearum.
5. *Quoniam non est justus, neque unus; omnes enim peccaverunt, et egent gloria tua justificati gratis gratia tua.* *ad Rom. III. 10. 23.*
6. Comprehendit (d) diabolus animam meam.
7. Mortificavit in terrenis concupiscentiis animam meam.

8. Quem-

(c) Et *deest*.
(d) opus aliquod bonum.
(e) Et cogitabam quo, aut ad quem fugiens semper incertus &c.
(f) ut igitur vidi me spe destitutum cum lacrymis &c.
(g) Hæreditas mea es &c.
(h) a peccato valde.
(i) Me expectant omnes Sancti tui &c.

(a) cinnabari scriptus continet &c. pacis veluti velox cursor &c. de cælis, & in cælos eum rursus ascendisse) dicens &c. comprehenderet illud, & salvaret &c. in titulo seu inscriptione, quod *filius patrem suum persequebatur*, manifesto & id comperies &c.
(b) *n.* 1. Domine &c. *n.* 2. Et audi &c.
(c) peccatorum meorum.
(d) Quia comprehendit &c.

8. Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi,
9. Et anxiatus est super me spiritus meus:
10. In me turbatum est cor meum.
11. Memor fui dierum antiquorum:
12. Meditatus sum in omnibus operibus tuis,
13. In factis manuum tuarum meditabar.
14. Expandi manus meas ad te:
15. Anima mea sicut terra sine aqua tibi.
16. Velociter exaudi me Domine:
17. Defecit spiritus meus.
18. Non avertas faciem tuam a me,
19. Et similis ero descendentibus in lacum.
20. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam:

21. Quia in te speravi.
22. Notam fac mihi viam, in qua ambulem:
23. Quia ad te levavi animam meam.
24. Eripe me de inimicis meis Domine,
25. Ad te confugi.

Tom. III.

26. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
27. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:
28. Propter nomen tuum Domine vivificabis me in æquitate.
29. Educes de tribulatione animam meam,
30. Et in misericordia tua disperdes inimicos meos.
31. Et perdes omnes qui tribulant animam meam:
32. Quoniam ego servus tuus sum.

Psalmus David, adversus Goliath.
Psalm. CXLIII.

1. Benedictus Dominus Deus meus, qui * docet manus meas ad prælium, (* v. 2. *Qui docet etc.*)
2. Et digitos meos ad bellum.
3. Misericordia mea & refugium meum,

Mm 4. Su-

---

8. Quemadmodum (*e*) mortuos in monumentis includunt, & dimittunt eos in fœtore suæ corruptionis, ita etiam mihi fecit diabolus. Conclusit enim me in fœtore peccatorum meorum, ut corrumperer, & ita computrui, ut fœtorem eorum, quæ feci non ferret anima mea, sed se ipsam abominaretur.
9. Et conscientia cordis mei,
10. Cum recordarer futuri judicii, timore correpta est.
11. Memini enim anteriorum dierum meorum, qui inveteraverunt in iniquitatibus.
12. Et conversus cœpi meipsum exercere in operibus pietatis.
13. Et quemadmodum ab initio me creasti, talem conatus sum inveniri coram te.
14. Extendens cor meum, cum dolore clamavi ad te.
15. Infructifera est, & desolata, non habens in se ipsa Spiritum Sanctum tuum.
16. Deprecor te Domine; celeriter imple (*f*) quod peto;
17. Nam mortificatus sum a peccato.
18. Ne abomineris me propter nomen tuum.
19. Et similis (*g*) fiam illis non videntibus hanc lucem, & incidentibus in foveam, quia etiam ego sic incidi, & permansi in peccato.
20. 21. (*h*) Quia in te speravi, ideo misere-re mei.
22. Ut omnes noscant, quod mei misertus es, dum lux tua exoritur in me.
23. Quia tibi obtuli animam meam, quoniam a tenebris anteriorum meorum peccatorum obtenebratus sum, & ignoro quo progrediar, ut appropinquem tibi, da mihi gratiam tuam deducentem me ad te.
24. Eripe me a dæmoniis Domine.
25. Quoniam sub tuum dominium esse volo.
26. Et quia infans sum adhuc in mandatis tuis, instrue me, quid perfectum, & placitum sit coram te.
27. Tui, qui bonus es, bonus (*i*) & Sanctus Spiritus deducet me, ut perveniam in supernam Hierusalem.
28 (*k*) Quia Deus vivens es, & hoc tibi nomen, & me etsi mortificatum vivifica in Filio tuo justo Judice.
29. Educes me ex tenebris, & vinculis inhærentibus animæ meæ.
30. Et videns plagas animæ meæ, quas fecerunt mihi inimici mei, commiserere, & æterno igni trade illos.
31. Et omnes, qui subjiciunt cordi meo improbas vitæ concupiscentias, disperde in gehennam ignis.
32. Quoniam ego pretioso tuo Sanguine redemptus sum.

Titulus præpositus continet (*a*): *Psalmus David adversus Goliath:* hoc igitur dicit Psalmus populo desiderato a Deo adversus diabolum: etenim nomen *David* interpretatur *desideratus*, & nomen *Goliath* interpretatur *transmigrare faciens*: hoc est *in captivitatem ducens*, qualis manifeste diabolus est, qui omnes in captivitatem ducit.

1. Secundum naturam benedictus (*b*) Dominus Deus meus, qui (*c*) gratia Sancti Spiritus sui docet cor meum se ipsum præparare adversus omnem tentationem.
2. Et mentem meam resistere omnibus telis ignitis inimici.
3. Requies mea, & protectio mea.

4. Pro

(*e*) *n.* 8. 9. Quemadmodum *&c.* *n.* 10. Et conscientia *&c.* correpta est.
(*f*) imple Domine, quod peto a te.
(*g*) Et similis iis fiam, qui non vident hanc lucem, & cadunt; exinde etiam ego ita cadam & permaneam in peccato.
(*h*) *n.* 20. 21. Quia *etc.* *usque* exoritur in me. *n.* 22. 23. Quia ad te adduxi animam meam; recens sum a tenebris priorum meorum peccatorum, & ignoro *&c.* *n.* 24. 25. *Comm. unus* eripe *&c.* volo.
(*i*) Sanctus bonus Spiritus.
(*k*) *n.* 28. Quia *&c.* *usque* vivifica. *n.* 29. In Filio *etc.* animæ meæ.
(*a*) cinnabari scriptus continet: *David adversus Goliath* &c.
(*b*) benedictus es Domine *etc.*
(*c*) *n.* 2. Qui *etc.*

4. Susceptor meus & liberator meus,
5. Protector meus, & in ipso speravi,
6. Qui subdit populum meum sub me.
7. Domine quid est homo, quia innotuisti ei?
8. Aut filius hominis, quia reputas eum?
9. Homo vanitati similis factus est:
10. Dies ejus sicut umbra prætereunt.
11. Domine inclina cælos, & descende:
12. Tange montes, & fumigabunt.
13. Fulgura coruscationem, & dissipabis eos:
14. Emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.
15. Emitte manum tuam de alto:
16. Eripe me, & libera me de aquis multis,
17. De manu filiorum alienorum.
18. Quorum os locutum est vanitatem,
19. Et dextera eorum, dextera iniquitatis.
20. Deus canticum novum cantabo tibi:
21. In psalterio decachordo psallam tibi.
22. Qui das salutem regibus:
23. Qui redemisti David servum tuum de gladio maligno *.
24. Eripe ma, & erue me de manu filiorum aliennrum:
25. Quorum os locutum est vanitatem,
26. Et dextera eorum, dextera iniquitatis.
27. Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua.
28. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ * ut similitudo templi.
29. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.
30. Oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis:
31. Boves eorum crassæ.
32. Non est ruina maceriæ, neque transitus:
33. Neque clamor in plateis eorum.

34. Bea-

* maligno liberabit eum

* ℣. 29. Circumornatæ ut similitudo hominis. ℣. 30. Promptuaria etc.

---

4. Pro me dedit se ipsum usque ad mortem, & liberavit me (*d*).
5. Providet mihi, & ego omnem curam meam super ipsum projeci.
6. Corroborans me, ut castigem corpus meum, & ipsum in servitutem redigam.
7. Domine quid (*e*) est homo, quod dignatus es ipsi manifestari super terra?
8. Aut quid (*f*) rursus est filius loti, quoniam non oblivisceris illius, & indesinenter tantam de ipso curam habes?
9. Unusquisque hominum huic mundo assimilatur.
10. Inutiles atque instabiles.
11. Domine inclinans cælos tuos veni ad nos.
12. Prope tantummodo fias contrariis potestatibus, & statim incipient comburi.
13. Appare solum in terra, & videntes splendorem (*g*) cadent in terram sub hominibus.
14. Mitte Apostolos tuos (*h*), veluti tela exacuta contra easdem potestates, acutos existentes gratia Sancti Spiritus, & infirmas in ipsos reddent.
15. Deum Patrem rursus orat dicens: *mitte Filium tuum ex sanctis tuis altitudinibus.*
16. Libera me per ipsum a spiritibus istis malis & multis, submergentibus me.
17. E potestate filiorum improbi, hoc est a contrariis potestatibus:
18. Quarum omnis doctrina nihil vivificans habet, sed omnia in corruptionem, & exitium.
19. Non solum sinistra earum perditio ast, sed etiam earum dextera mors existit.
20. Mundum, immaculatum de passione tua.
21. Gratia Sancti Spiritus in decem præceptis perficiens me ipsum, glorificabo te bonis operibus.
22. Qui vivificas gratia tua Sanctos regnantes in terra contra peccatum, & in cælo (*i*) in infinita sæcula.
23. Qui tradidit se ipsum morti in redemptionis pretium pro populo desiderato, ut eriperet nos a diabolo.
24. Libera (*k*), & abstrahe me e dominio contrariarum potestatum:
25. Quarum doctrina disseminat in hominibus iniquitatem (*l*), & peccatum:
26. Et earum potentia hæc est, ut aliquid rapiant, & vi in servitutem redigant.
27. Et in concupiscentiis, & dæmonum iniquitatibus geniti abundant divitiis, & gloria, & conspecti ab hominibus in eorum fallacia laudantur, tanquam novellæ plaotationes validæ, & florentes.
28. (*m*) Et animæ eorum omni pretioso amictu coopertæ, & auro, & argento, & lapide pretioso circumstipatæ.
29. Corda eorum plena omni iniquitate, & peccato, & ex uno improbo desiderio transeunt in aliam pejorem concupiscentiam.
30. Iidem homines eum peccati cupidi sint, inventores sunt malorum, educentes e cordibus suis pravas cogitationes.
31. Magistri eorum luxuriantes in comessationibus suis, & gloriantes contra veritatem.
32. Non est qui possessiones eorum invadat, neque eas pertranseat: omni enim custodia servantur.
33. Neque quispiam in eorum domibus aliquid audet (*n*), adeo illos omnes timent.

34. Et

(*d*) me *deest*.
(*e*) Domine quia est homo, quoniam dignatus es teipsum videri super terras?
(*f*) Aut quis *etc.* habuisti?
(*g*) splendorem gloriæ personæ tuę cadent *etc.*
(*h*) tuos contra eas exacutos *etc.* & infirmas eas reddent.
(*i*) cælo regnantes in *etc.*
(*k*) Libera me, & *etc.*
(*l*) omnem iniquitatem &c.
(*m*) *n.* 28. Et animæ eorum omnes &c. *usque* coopertæ. *n.* 29. *juxta sup. divis.* & auro &c. *n.* 30. Corda &c. *n.* 31. Iidem &c. *n.* 32. Magistri &c. *n.* 33. Non est &c.
(*n*) audet loqui &c.

34. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt:
35. Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

Laudatio ipsi David. Psalm. CXLIV.

* In marg. ad vers. 1. Aleph. 1. * EXaltabo te Deus meus Rex meus:
2. Et benedicam nomini tuo in sæculum,
3. Et in sæculum sæculi.
ב * ad vers. 4. Beth. 4. * Per singulos dies benedicam tibi,
* V. 5. 6. Vers. unus. 5. Et * laudabo nomen tuum in sæculum,
6. Et in sæculum sæculi.
ג * Gamel. 7. * Magnus Dominus & laudabilis nimis,
* Daleth. 8. * Et magnitudinis ejus non est finis.
9. Generatio & generatio laudabit opera tua,
10. * Et potentiam tuam pronunciabunt. * ה
11. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, * He. ה
12. * Et mirabilia tua narrabunt,
13. Et virtutem terribilium tuorum dicent, * Vau. ו
14. * Et magnitudinem tuam narrabunt *. *
15. Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt, * Zeti. ז ** ; & potentiam tuam loquentur.
16. * Et justitia tua exsultabunt.
17. Miserator & misericors Dominus, * Heth. ח
18. Patiens & multum misericors.
19. Suavis Dominus universis,
20. Et miserationes ejus super omnia opera ejus, ט
21. * Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, * Joth.

22. Et

---

34. Et demum beatum homines dixerunt, cui talia sunt.

35. Ego autem dico: beatus populus, cujus Dominus Deus ejus divitiæ ipsius, & gloria existit. Et aliter etiam præpositos versus allegorice interpretari iterum licet de Sanctis ejus; quoniam (*o*) dæmonum quidem oves, & boves sunt, secundum quod allegorice de ipsis interpretantur. In Justis autem non amplius * auxilium eorum veterascere, & * cadere; nulla enim superbia in mentibus eorum; beatum dixerunt scripturæ, cui hæc sunt, dicentes: *beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.* (* pecus * posse)

Titulus præpositus continet (*a*): *Laus David*, hoc est *manu forti* idest Dei Filio: ita enim interpretatur *David*, ut sæpius diximus (†).

1. Glorificabo te Deus (*b*) Rex meus, qui docuisti me scientiam: nam nomen *Aleph* versui adscriptum interpretatur *doctrina*.
2. (*c*) In præsenti,
3. Et in futuro sæculo.
4. Secundum singulas actiones lucis tuæ glorificabo te in corde meo (*d*), hoc enim significat syllaba versui apposita: *Beth* enim interpretatur *domus*, quæ est cor.
5. (*e*) Non cessabit hymnus prodiens ex ore meo in præsenti sæculo.
6. Et in futuro judicio, & in sæculis æternæ aulæ tuæ.
7. Thorax meus in bello Dominus, & usque in finem laudabilis est in corde meo: hoc enim significat nomen *Gamel* (*f*) versui adscriptum; interpretatur enim *thorax*, quod est *Dominus noster*, quemadmodum dixit Apostolus.
8. Et non est creatura capiens eum.
9. Qui geniti sunt ex gratia tua admirabuntur mandata tua: nomen enim *Daleth* (*g*) versui appositum interpretatur *generatio*.
10. Syllaba versui adscripta, quæ *He* dicitur, interpretatur (*h*) *Area*, quæ est *Dominus*, eteque etiam interpretatur *suscipite*: Popule igitur, (simul conjungens syllabæ interpretationes hunc sensum invenies,) Dominus est, suscipite. Propterea etiam versus hoc ipsum significat dicens: quia Deus es, prædicabunt te.

11. 12. (*i*) Splendorem gloriæ faciei tuæ narrabunt, quando transformatus es ante eos, & mirabilia tua, quæ fecisti in adventu tuo narrabunt in mundo: interpretatur enim *Vau in ipso*, hoc est in adventu & in mundo:

13. 14. Et virtutem mirabilium tuorum curationum dicent in Evangelio; & immensam tuam misericordiam narrabunt: nomen enim, quod versui adscribitur dicitur *Zain*, quod *misericordia* interpretatur.

15. Memoriam immensæ tuæ bonitatis prædicabunt, quoniam cum Deus esses, sustinuisti Crucem confusione contempta. (ad Hebr. xii. 2.)

16. Et conversationem, (*k*) qua conversatus es in mundo, ediscentes in ipsa vivent. Nam syllaba versui adscripta, quæ dicitur *Cheth* interpretatur *stupor*: stupor enim habuit, & habet omnes, quod Deus est, & cum hominibus in terra conversatus est.

17. 18. Ex iis quæ pro nobis passus est, ostenditur.

19. Bonus Dominus erga omnes homines:

20. Et miserationes ejus super omnem hominem (1).

21. Confitebuntur omnes homines, quoniam tu es Dominator omnium; hoc enim significat nomen *Joth* (*l*) versui adscriptum, quod interpretatur *dominans*.

(1) *Teth* interpretatur *bonum* Hier. de nom. Hebr. & in Ep. ad Paul. de interpr. Alph. Hebr.

22. Et

(*o*) quoniam beatorum oves & boves *etc.* neque eorum auxilium veterascere, neque cadere, neque interire potest: semper enim vivunt. Neque superbia in mentibus eorum *etc.*

(*a*) cinnabari scriptus continet *etc.* diximus *manufortis*, qualis est Filius Dei.

(*b*) Deus meus Rex *etc.* *Aleph* cinnabari versui *etc.*

(*c*) *n.* 2. 3. *Comm. uaicut.*

(*d*) meo *deest*; *mox* syllaba cinnabari versus *etc.*

(*e*) *n.* 5. 6. *Comm.* *nuscus...* judicio, & in æternis aulis tuis.

(*f*) *Gamel* cinnabari versui adscriptum, quod interpretatur *thorax*, qualis est Dominus, quemadmodum *etc.*

(*g*) *Daleth* cinnabari versui *etc.*

(*h*) interpretatur *Adonai*, idest *Dominus*, & rursus interpretatur *est*; tum etiam interpretatur *suscipite*. Omnes igitur simul conjungens *etc.* invenies: *Dominus est, suscipite* Propterea *etc.*

(*i*) *n.* 11. Splendorem *etc.* faciei ejus *etc.* transformatus est *etc.* *n.* 12. Et mirabilia *etc.* *n.* 13 Et virtutem *etc.* *n.* 14. Et immensam *etc.* nomen enim cinnabari versui adscriptum dicitur *Zeti* quod *etc.*

(*k*) Et conversatione, qua *etc.* in ipsa ediscentes vitam instituunt. Nam cinnabari versui adscripta syllaba, quæ dicitur *Heth*, interpretatur *etc.* & habet omnes, quod Deus in terra cum *etc.*

(*l*) *Joth* cinnabari versui adscriptum; interpretatur enim *etc.*

(†) *Quatuor Psalmos secundum ordinem Hebræorum incipere elementorum etc. In centesimo decimo octavo Psalmo, singulas litteras octoni versus sequuntur. In centesimo quadragesimo quarto singuli versus deputantur.* Hier. in Epist. ad Paulam de interpret. alphab. Hebr.

* Kam. 22. * Et Sancti tui benedicant tibi.
כ 23. Gloriam regni tui dicent,
* Sabed. 24. * Et potentiam tuam loquentur.
ל 25. Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam,
26. Et gloriam magnificentiæ regni tui.
מ 27. Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum,
28. Et dominatio tua, in omni generatione & generatione.
נ * Sam. 29. * Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis,
30. Et ſanctus in omnibus operibus ſuis.
ס * Kam. 31. * Allevat Dominus omnes qui corruunt,
32. Et erigit omnes eliſos.
ע * Mei. 33. * Oculi omnium in te ſperant,
34. Et tu das eſcam illorum * in tempore opportuno.
35. * Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. * eſcam eis temporibus opportunis.
36. Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis, פ * Phe.
37. Et ſanctus in omnibus operibus ſuis.
38. * Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum, צ
39. Omnibus invocantibus eum in veritate. ק * Koph.
40. * Voluntatem timentium ſe faciet,
41. Et deprecationem eorum exaudiet, & ſalvos faciet eos. ר * Res.
42. * Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe,
43. Et omnes peccatores diſperdet.
44. * Laudationem Domini loquetur os meum, ש * Sem.
45. Et benedicat omnis caro nomini ſancto ejus,
46. In ſæculum, & in ſæculum ſæculi. ת * Thau

Alle-

---

22. Et ſpiritu viventes, (*m*) & laborantes in operibus juſtitiæ glorificabunt te. Nam *Cham* verſui appoſitum interpretatur *calor*, & *labor*, hoc eſt, calorem fidei, & laborem Sanctorum in hoc mundo ſignificat.

23. 24. Et æternum ſupplicium annunciabunt: nomen ſiquidem adſcriptum (*n*) hoc ſignificat, quia * *Sames* interpretatur *virga*, hoc eſt *cruciatus*: [* *Lamed*]

25. 26. (*o*) Ut ſignificent omnibus judicium adventus tui, & retributionem æternorum bonorum in regno tuo.

27. Sine fine,

28. Et ſuper omnes credentes verbo Euangelii, & ſuper non credentes (1).

29. Verax, firmus, immutabilis in iis, quæ definivit in judicio; hoc enim ſignificat ſyllaba (*p*), quæ dicitur (2) *Sam*, hoc eſt *ſtabilivit*, & etiam interpretatur *illic*, hoc eſt in judicio.

(1) *Mem, ex quo vel ex ipſis ſive aquæ.* Hier. ibid.
(2) *Nun* hoc eſt *ſempiternum*. ita Hier. ibid.

30. Et irreprehenſibilis in omnibus, quæ creavit; & in omnibus præceptis ſuis; & in omnibus, quæ ſuſcepit, & paſſus eſt propter noſtram ſalutem:

31. (*q*) Subjicit Dominus gratiam ſuam.

32. Et ſurgere facit omnes prolapſos in faciem, hoc eſt in corda ſua, & infirmatos in peccatis: ſyllaba enim appoſita, quæ dicitur (3) *Cham*, *ſuſtentaculum* interpretatur, perinde ac ſi diceret ſubjicit ſe ipſum Dominus, & portat infirmos, ut verſus ſignificat: & permanentes mente ſua in peccatis, veluti ex ſomno ſuſcitat, compungens eos gratia ſua, & ſurgere faciens, ut confiteantur, & vigilent deinceps, ne amplius peccent.

(3) *Samech, firmamentum: licet quidam erectionem, vel adjutorium, ſive fulturam putent.* Hier. ibid.

33. Corda omnium credentium in te gratiam recipiunt.

34. Et tu, cum mens eorum quieſcit ab omni mundana cura, & concupiſcentia, illuminas eos ſcientia præceptorum (*r*) tuorum. (1)

35. Abundanter donando gratiam Sancti (*ſ*) Spiritus omni homini, qui adhæret voluntati tuæ: *Phe* enim interpretatur *os*, hoc eſt inſufflans ipſum in faciem Sanctorum, & dicens: *accipite Spiritum Sanctum*.

(1) *Ain interpretatur fons, ſive oculus.* Hier. ibid.

36. Non oneroſus in omnibus præceptis ſuis: (*t*) nam graves non ſunt. (2)

37. Et laudabitur in omnibus operibus (*u*) ſuis.

38. Si (*x*) ſolum viderit aliquem, qui clamaturus ſit ad eum, ſtatim advenit ipſe ad illum: ſyllaba enim dicta *Coph* interpretatur *ſonus*, hoc eſt clamor.

(2) *Sade interpretatur juſtitia.* Hier. ibid.

39. Omnibus ex fide non ficta eum invocantibus.

40. Syllaba (*y*) verſui appoſita, quæ dicitur *Res* interpretatur *caput*, & *viſibilis*: ſalus igitur eſt timentibus eum, & notus ipſis rurſum Dominus erit.

41. Et clamorem, quem emittunt nocte, atque die, ut fugiant venturum judicium, exaudiet (*z*) Dominus; nam donabit eos gratia æterna.

42. Syllaba (*aa*) verſui appoſita, quæ eſt *Sem*, interpretatur *nomen*: nomen igitur Domini invocatum ſuper diligentes eum cuſtodit illos.

43. Tradet igni æterno.

44. Syllaba (*bb*) verſui adſcripta, quæ vocatur *Thau*, interpretatur *ſignum*, & *inclinatio*, aut *conſummatio*: gloriam igitur Crucis ſuæ, & conſummationem ſæculi in Pſalmo, inquit, narrabo.

45. Et glorificet operibus bonis omnis homo nomen ſanctum ejus,

46. Et nunc, & in futuro ſæculo.

Titu-

נ *, Deeſt in textu Hebræo littera נ, quia deficit verſus, qui ab illa incipere debebat nempe נאמן, ideſt *Fidelis*, ut advertunt Vatablus, & Simeon de Muis, aliique. Hunc autem verſum neceſſe eſt, vel Librariorum culpa excidiſſe, vel de induſtria ab Hebræis fuiſſe ſublatum. Nam illum in textu Hebræo originali antea extitiſſe probat ordo litterarum Alphabeti Hebraici, certoque confirmat verſio ſeptuaginta, aliæque Græcæ verſiones; & præter vulgatam, quæ ex ſeptuaginta ſumpta eſt, etiam Arabica, & Syriaca, quæ omnes verſum illum habent, & conſequenter in Codicibus Hebræis, unde adornatæ ſunt, legerunt. Quare merito contra Maſoretarum veneratores inquit Grotius: *Quomodo ad hæc reſpondebunt, qui nos jubent per omnia Maſorettarum ſtare decretis?* Et inſuper hac de re digna quidem obſervatione ſunt, quæ adnotat Clarius referens: *veteres Hebræos dixiſſe tempore Meſſiæ hunc verſum, qui tum deerat, reponendum quod tenemus*, ait, *factum*.

(*m*) ferventes *etc.* Nam nomen quod dicitur *Cham* verſui *etc.* *calor*, & *crudus*, hoc eſt *etc.*

(*n*) verſui adſcriptum *etc.* *Sabed* interpretatur *etc.*

(*o*) *n.* 25. Ut *etc.* judicium poteſtatis tuæ. *n.* 26. Et retributionem *etc.*

(*p*) Syllaba cinnabari adſcripta, quæ dicitur *Sam*; interpretatur enim *confirmo* & etiam *etc.*

(*q*) ſubjicit D. g. ſ. & ſ. f. o. infirmos, & p. in f. h. ſ. in c. ſ. ſyllaba autem cinnabari appoſita, quæ dicitur *Kam* &c. quemadmodum & verſus id ſignificat. *n.* 32. Et permanentes *etc.* gratia ſua, exſurgentes eos ad confitendum & vigilandum *etc.*

(*r*) tuorum corroborantium eos.

(*ſ*) Sancti tui Spiritus *etc.* *Phe* enim cinnabari ſcriptum interpretatur *etc.*

(*t*) ſuis quemadmodum inquit Apoſtolus, & præcepta ejus gravia non ſunt.

(*u* Sanctis ſuis.

(*x*) Vix dum viderit *etc.* ſyllaba enim cinnabari ſcripta, quæ dicitur *Koph* interpretatur *ſtrepitus* hoc eſt clamatio.

(*y*) Syllaba cinnabari verſui *etc.* igitur erit *etc.*

(*z*) exaudiet, qui donabit *etc.*

(*aa*) Syllaba cinnabari ſcripta, & verſui *etc.*

(*bb*) Syllaba cinnabari verſui adſcripta *etc.* & *inclinatio*, & *conſummatio* *etc.*

Alleluja. Aggæi & Zachariæ. Psalm. CXLV.

1. LAuda anima mea Dominum,
2. Laudabo Dominum in vita mea:
3. Psallam Deo meo quamdiu fuero.
4. Nolite confidere in principibus, in * filiis hominum, in quibus non est salus.
5. Exibit spiritus ejus,
6. Et revertetur in terram suam.
7. In illa die peribunt omnes cogitationes ejus.
8. Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus:
9. Spes ejus in Domino Deo ipsius.
10. Qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt:
11. Qui custodit veritatem in sæculum:
12. Facit judicium injuriam patientibus:
13. Dat escam esurientibus.
14. Dominus solvit compeditos:
15. Dominus illuminat cæcos:
16. Dominus erigit elisos:
17. Dominus diligit justos:
18. Dominus custodit advenas.
19. Pupillum, & viduam suscipiet,
20. Et vias peccatorum disperdet.
21. Regnabit Dominus in sæcula Deus * tuus Sion,
22. In generationem & generationem.

* ꝟ. 5. Et in filiis etc.

ꝟ. 6. Exibit etc. suam.

ꝟ. 7. In illa etc. cogitationes eorum.

* ꝟ. 22. Deus etc. & generationem.

Alleluja. Aggæi & Zachariæ. Psalm. CXLVI.

1. LAudate Dominum, quoniam bonum est Psalmus,
2. Deo nostro sit jucunda laudatio.
3. Ædificans Hierusalem Dominus:
4. Dispersiones Israelis congregabit.

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja, Aggæi, & Zachariæ:* alleluja igitur interpretatur *laudate, & hymnum dicite Deo vero: Aggæi* autem interpretatur *festum agentis: Zachariæ* vero interpretatur *victoriæ Leonis*. Laudate igitur Festum Passionis Leonis, qui victoriam retulit, Jesu Domini nostri. Propterea & Propheta ex hoc ipso exorditur dicendo: *Lauda anima mea &c.*

1. Laudes dignas repende Domino tuo, qui redemit te proprio Sanguine.
2. 3. Laudabo eum, donec accipiat Spiritum meum, & rursus postquam acceperit ipse Spiritum meum, illic laudabo eum.
4. (*b*) Nolite confugere ad auxilium eorum, qui in sublimitate sunt, neque ad filios hominum, qui non possunt se ipsos salvare, sed in illum sperate, qui dictus est Filius hominis propter propriam humanitatem, Salvator autem cum sit Generis humani.
5. 6. Uniuscujusque hominis morientis redit substantia in terram, ex qua sumpta est: ille autem Filius hominis, etiam postquam mortuus fuit propter nos, & incorruptus permansit propria virtute, & mortuos vivificavit.
ad Rom. 2. 15. 16. 7. In die judicii occulta hominum judicabit Deus, accusantibus cogitationibus unumquemque (*c*) de actionibus suis.
8. Beatus homo, cujus (*d*) inseparabilis adjutor ejus est Deus.
9. Et omnem suam curam projiciet in ipsum.
10. Mare, & omnia quæ in eis sunt, Creator (*e*) visibilium, & invisibilium omnium.
11. Qui verax Deus est custodiens corda omnia Sanctorum suorum.
12. Vindicans, & in præsenti, & in futuro sæculo afflictos, aut ab hominibus, aut a contrariis potestatibus.
13. Proprius quidem sensus manifestus est; quod ipse omnem carnem alit: veruntamen id allegorice etiam explicari potest, quod desiderantibus gratiam suam abundanter ipsam exhibet.
14. Constrictos a propriis (*f*) peccatis liberat eos gratia sua.
15. Mente excæcatos sapientes reddit eos, non sapientia hujus mundi, sed * insuperabili, & æterna. * immutabili
16. Dominus erigit lapsos in peccata.
17. Adeo ut & animam suam pro ipsis posuerit.
18. Confugientes ad ipsum protegit gratia sua.
19. Sensus quidem proprius manifestus est, quod Pupilli & Viduæ curam suscipit: allegorice autem loquitur de juvene, quem suscitavit in urbe Nain, & de illius matre.
20. Et omnem concupiscentiam, & deceptionem, & doctrinam Principum hujus sæculi conficiet.
21. 22. (*g*) In æternum Deus tuus superna Hierusalem, ubi supercæleste altare existit: *Sion* enim interpretatur *locus, ubi tabernaculum*, hoc est ubi supercæleste altare.

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja, Aggæi, & Zachariæ: alleluja* igitur interpretatur *laus, & hymnus: Aggæi* autem *Festum agentis: Zachariæ* autem interpretatur *memoriæ Domini*. Aperte igitur hoc significat, laus, & hymnus Deo vero a populo, qui festum agit memoria Passionis ejus.

1. Laudate Dominum, quoniam jucundum est Deo, ut ipsi psallatur.
2. Delectabitur enim hujusmodi laude Deus.
3. *Hierusalem* interpretatur *visio pacis*, quale est cor fidele: singula igitur hujusmodi corda ædificat Dominus. Verum enim vero supernam Hierusalem ipse ædificavit; & multitudo Angelorum dicitur Hierusalem, & omnibus manifestum est, quod ipse eos ædificat domum spiritualem, quemadmodum (*b*) inquit Apostolus.
4. Dispersa membra Sanctorum, hoc est populos, qui ex Judæis sunt, & qui ex Gentibus congregabit per Passionem suam. Aliam etiam interpretationem hujus versus dicam. *Israel* (*c*) interpretatur *videns Deum:* mentis igitur videntis eum omnem captivitatem congregabit, & in suam liberam potestatem ipsam restituet.

(*a*) cinnabari scriptus continet *etc. Laudate, et exaltate* Dominum: Aggæi *etc.* Laudate igitur, & celebrate festum diem passionum Leonis victoris, hoc est Jesu Domini nostri. Quemadmodum & Propheta hinc exordium ipsum sumens ideo inquit: *Lauda anima mea*.

(*b*) *n.* 4. Nolite *etc. n.* 5. Neque ad filios *etc.* Salvator cum sit Generis humani. *n.* 6. Uniuscujusque *etc.*

(*c*) uniuscujusque de *etc.*

(*d*) cujus, Deus populi simplicis, adjutor ejus est.

(*e*) *n.* 10. Creatorem *etc. quæ præcedunt verba desiderantur*.

(*f*) propriis *deest*.

(*g*) *n.* 21. In æternum *n.* 22. Deus *etc.* hoc est locus, ubi supercæleste *etc.*

(*a*) cinnabari scriptus continet *etc.* interpretatur *memoria Domini etc.*

(*b*) quemadmodum inquit Apostolus. *desunt hæc verba in Cod.*

(*c*) *Israel* enim interpretatur *mens videns etc.*

5. Qui ſanat contritos corde,
6. Et alligat contritiones eorum,
7. Qui numerat multitudinem ſtellarum,
8. Et omnibus eis nomina vocat.
9. Magnus * Dominus noſter,
10. Et magna virtus ejus,
11. Et ſapientiæ ejus non eſt numerus.
12. Suſcipiens manſuetos Dominus:
13. Humilians autem peccatores uſque ad terram,
14. Præcinite Domino in confeſſione:
15. Pſallite Deo noſtro in cithara.
16. Qui operit cælum nubibus,
17. Et parat terræ pluviam.
18. Qui producit in montibus fœnum,
19. Et herbam ſervituti hominum.

* ℣. 9. Magnus *uſque ad* virtus ejus. ℣. 10. Et ſapientiæ *etc.* ℣. 11. Suſcipiens *etc.* ℣. 12. Humilians *etc. et ſic deinceps in Cod. verſus recenſentur.*

20. Qui dat jumentis eſcam ipſorum,
21. Et pullis corvorum invocaotibus eum.
22. Non in fortitudine equi voluntatem habebit:
23. Nec in tibiis viri beneplaeitum erit ei.
24. Beneplacitum eſt Domino ſuper timeotes cum,
25. Et in eis * qui ſperant ſuper miſericordia ejus.

* ℣. 24. *in Cod.* Et in omnibus eis, qui &c.

Alleluja. Aggæi & Zacharia,
Pſalm. CXLVII.

1. LAuda Hieruſalem Domioum,
2. Lauda Deum tuum Sion.
3. Quoniam confortavit feras portarum tuarum:

4. Be-

Interpretatio verſiculi quinti uſque ad decimum octavum non extat in Cod. Barb. (*)

(*) *n.* 5. 6. Et concupiſcentias eorum conterentes antea corda hominum alligans vinculis æternis, & tradens igni æterno, hoc eſt contrarias poteſtates.

n. 7. 8. Manifeſtum quidem eſt, quod ipſe ut factor, novit quantitatem earum ſtellarum, quas fecit. De Sanctis etiam allegorice explicari poſſuot, quæ de ſtellarum numero dicuntur; ſimiliter enim & horum numerum agnoſcit. Niſi enim prævideret, quæ ſit eorum quantitas, non præparaſſet ipſis civitatem, quæ poſſet eos excipere. Numerans igitur multitudinem ſtellarum, perſpiciens, & probans, quale chariſma, & quantum poſſit unuſquiſque Sanctorum accipere, & ita exhibens. Deinde ſequitur in Pſalmo: *Et omnibus eis nomina vocans:* Mos enim in Eccleſia eſt, Sanctos ſuos alios quidem vocare Apoſtolos, alios autem Prophetas, alios autem Magiſtros; deinde Lectores, deinde Interpretes ſcripturarum ex una lingua io aliam. Hic igitur mos eſt, inquam, omnibus eis nomina vocans (†).

n. 9. 10. Qui per mortem ſuam profligavit eum, qui mortis imperium habebat, hoc eſt, Diabolum.

n. 11. O altitudo divitiarum, & ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! quam imperſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! quis enim novit mentem Domini; & quis Conſiliarius ejus fuit? Nam cum Patre, & cum Spiritu Sancto inito conſilio morti traditus mortuos vivificavit.

n. 12. Advocat ad ſe ipſum non adverſantes præceptis ſuis.

n. 13. Tradidit autem Diabolum, & Angelos ejus, & obedieotes ipſis, ut cuſtodirentur in inferioribus terræ.

n. 14. Aperite corda veſtra Domino, confitentes ipſi.

n. 15. Mortificaotes membra veſtra, glorificate eum in ipſis.

n. 16. Qui protegit chorum Sanctorum ejus in donis Spiritus Sancti. Et aliter quidem explicabimus, dicendo: Qui implet Paradiſum Sanctis ſuis.

n. 17. Qui præparat prædicationem ſuam univerſæ terræ. Verumtamen & aliter explicando dicemus: Qui prompte exhibet cordi fideli gratiam ſuam.

18. (*d*) Flores ejus chariſmatum in Gentibus.

19. Et eloquia ejus in requiem animis, & membris hominum.

20. Qui dat inſipientibus iotellectum ad comprehendenda ejus præcepta, quibus vivificantur.

21. Et filiis Gentium, quæ denigratæ, & immundæ ſunt, clamantibus ad eum per fidem in cibum gratiam ſuam præbet.

22. Non in fortitudine inſipientis voluntatem habebit, ut iohabitet gratia ſua.

23. Neque magnitudine, & corde cujuſque delectatur.

24. Sed in corde contrito, & humiliato a timore ſuo beneplacitum eſt ei, & iohabitat.

25. Et non in eis, qui confidunt in ſe ipſis quod ſint juſti; ſed in eis qui ſperant, quod ob ejus bonitatem digni fient miſericordia.

Titulus præpoſitus continet (*a*): *Alleluja*, *Aggei*, & *Zachariæ*: ut dixi, & rurſus dico, *Alleluja* interpretatur *laudate Deum*: *Aggeus* autem ioterpretatur *victoria Leonis* Jeſu Domini noſtri, quam retulit adventu, & Paſſione ſua.

1. Viſio pacis glorifica Dominum, hoc eſt Eccleſia ex Gentibus, in qua viſa eſt, & videtur pax totius mundi Dominus Noſter Jeſus: *Hieruſalem* enim interpretatur *viſio pacis*.

2. Lauda Deum tuum (*b*) Eccleſia ipſius, in qua eſt Sanctuarium gratiæ ejus: *Sion* enim interpretatur *locus ubi tabernaculum*.

3. Quoniam corroboravit potentiam Apoſtolorum, per quos omnes ingrediuntur ad te.

4. San-

(†) Ex *hujuſmodi autem loquendi ratione, qua hoc loco Interpres noſter varios Sanctorum Fidelium ordines in B. Pauli epiſtolis expreſſos refert, antiquæ rerum Eccleſiaſticarum peritus ejus vetuſtatem conjicere poteſt, tum etiam ex iis, quæ in explicatione* verſ. 12. Pſal. XXVI. pag. 20. *leguntur: nempe Baptiſterium fuiſſe locum occultum in Eccleſia. Nam primis Eccleſiæ ſæculis et in ipſa urbe Alexandria Baptiſterium fuiſſe locum ab Eccleſia ſejunctum, et Eccleſiam adeuntibus abſconditum declarant potiſſimum ea quæ de cæde Proterii Epiſcopi Alexandrini ab Evagrio et Liberato Diacono, aliiſque tradita ſunt. Sæculo autem ſexto certum eſt, Baptiſteria in propatulo et in Narthece Eccleſiæ ædificata fuiſſe.*

(*d*) *n.* 17. Qui exoriri facit flores &c. *n.* 18. Et eloquia &c. *n.* 19. Qui dat &c. *n.* 20. Et Gentium, quæ &c. *n.* 21. Non in &c. *n.* 22. Neque &c. *n.* 23. Sed in corde &c. eſt et habitare. *n.* 24. Et in eis, qui non confidunt in ſe ipſis, quod ſint juſti, ſperant autem, quod propter ejus bonitatem &c.

(*a*) cinnabari ſcriptus continet &c. ut paulo ante diximus &c. *laudate, exaltate Deum qui eſt: Aggæi* interpretatur *feſtum agentes: Zachariæ* interpretatur *victoria Leonis* &c.

(*b*) tuum ejuſdem Dei Eccleſia &c.

4. Benedixit filiis tuis in te.
5. Qui posuit fines tuos pacem,
6. Et adipe frumenti satiat te.
7. Qui emittit eloquium suum terræ:
8. Velociter currit sermo ejus.
9. Qui dat nivem sicut lanam:
10. Nebulam sicut cinerem spargit.
11. Mittit crystallum suum sicut buccellas:
12. Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?
13. Emittet eloquium suum, & liquefaciet ea:
14. Flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.
15. Qui annunciat verbum suum Jacob:
16. Justitias & Judicia sua Israel.
17. Nnn fecit taliter omni natinni,
18. Et judicia sua non manifestavit eis.

Alleluja. Aggai & Zachariæ.
Psalm. CXLVIII.

1. Laudate Dominum de cælis:
2. Laudate eum in excelsis.
3. Laudate eum omnes Angeli ejus:
4. Laudate eum omnes virtutes ejus.
5. Laudate eum snl & luna:
6. Laudate eum nmnes stellæ & lumen.
7. Laudate eum cæli cælorum,
8. Et aqua quæ super cælos,

9. Lau-

---

4. Sanctificavit eos in ventre sun, hoc est in lavacro.

Joan. xvi. 24. 25. 5. Portæ enim inferi non prævalebunt adversus te.

6. Et adipe supercælestis frumenti satiat te, quod moritur in terra, & germinare facit spicas suas in tnto mundo.

7. 8. (*c*) Qui emittit prædicatinnem suam terræ, per Prophetas synagogæ, donec, mundn celeriter pertranseunte, prædicabitur sermo ejus.

9. Puritatem sermonis ejus significat, & facilitatem volentibus, & quod diligenter nperantibus sermonem fit animæ eorum, veluti operimentum ex lana.

10. Subtilitatem, & intelligendi difficultatem, quæ in sermonibus ejus est, significat: quoniam cum prope legentem sint eloquia, non conceditur menti ipsius ea introspicere propter eorum subtilitatem, perinde ac si nebula ea nbtegeret; opus est igitur, ut in mente exnriatur sol justitiæ, & abigat incubantem nebulam, ut ita possit lector puro cordis oculo videre sensum latentem.

11. Durum, ac dilucidum esse sermonem ejus, sicut crystallum: significat autem (*d*) etiam vivificum esse, veluti buccellam.

12. Ostendere (*e*) vnluit, ut putn, timendum, ac tremendum esse sermonem ejus.

13. Emittet Filium suum unigenitum solem justitiæ, & dissolvet ea, (hoc est elòquia interpretans nobis obscura, & difficilia legis (*f*).

14. Adveniet Spiritus Sanctus ejus in homines, & fluent ex ipsnrum ventre flumina aquæ vivæ. Joan. vii. 38. 39.

15. Qui manifestat Filium suum populo novissimo: *Jacob* enim interpretatur *tenens extrema*.

16. Et præcepta sua manifestat iis, qui mente eum vident.

17. Usque enim ad adventum ejus nulli genti ita fecit, ut verbum suum ex ore ejus audirent.

18. Neque ita judicia sua manifestavit, ut in ultimis diebus credentibus in eum.

Titulus præpositus continet (*a*): *Alleluja*, *Aggei*, *& Zacharię*: sæpius autem dixi, qund *Allelnja* interpretatur *laudate Deum*: *Agges* autem interpretatur, *festum agentis*: *Zacharię* autem interpretatur, *qui memor est Domini* atque etiam *victoria Leonis*. Laus igitur Deo eorum, qui festum agunt recolentes memoriam, & victnriam Leonis, hoc est, adventum, & Passinnem Domini Nostri Jesu Christi.

1. 2. 3. 4. Cum enim natus est Deus (*b*) in terra propter nostram salutem, clamaverunt de cælis, & ex excelsis nmnes cælestes exercitus:
Luc. II. 14. *Gloria in altissimis Deo, & in terra Pax, in hominibus beneplacitum*; similiter etiam quotidie laudant eum: quod autem dicit nunc Propheta manifeste e scriptura demonstratum est. Nimirum hic nobis indicavit glorificatinnem factam in ejus adventu a cælesti exercitu, quemadmodum scriptum est.

5. 6. Sensus quidem proprius manifestus est, quod scilicet ex aspectu, & ex eo quod præstitutum sibi cursum conficiant, gloriam præ-
Matth. v. 16. bent Factori suo (*c*): *ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est*. Veruntamen quod mystice significatur in versibus, de quibus agitur, certe ex titulo seu inscriptione intelligere licet: videlicet laudem, quam in Passione sua ei præbuerunt luminaria, & lux, indicavit nobis: cum enim confixus est in Cruce, tenebris suffusa demonstrarunt, illum esse, qui ea creando effecerat, ut lux essent.

7. Manifeste etiam cæli cælorum laudaverunt eum, inclinantes quidem seipsi ejus virtuti in ejus ad nos adventu, & rursus se ipsi aperientes, cum a nobis reversus est, unde descendens inseparabilis manserat. Veruntamen aliam quoque mysticam explicationem de hoc versu adducam tibi, carissime. Nam: *Laudate eum Cęli Cęlorum*: hoc est, Apostoli nmnibus Sanctis sublimiores laudate eum prædicatinne vestra.

8. 9. Aqua quidem, quæ super cælns est laudavit eum sub Noe, manifeste ostendens virtutem Creatoris, quoniam præcepto ejus & descendit in terram, unde assumpta fuerat in mundi creatinne; & rursus ascendit post diluvium, unde venerat, hoc est e cælis: tamen snr-

(*c*) *n.* 7. Qui e. p. f. per Prophetas terrenæ synagogæ. *n.* 8. Donec, *&c.*
(*d*) autem *deest*.
(*e*) Tremendum, pavendumque, quod lex habebat, significavit, ut puto.
(*f*) vitæ.
(*a*) cinnabari scriptus continet *&c.* sæpius autem diximus *&c.* *laudate Deum qui est*. *Aggei* interpretatur *qui memor est Domini* &c. *melius ut sup.* *festum agentis* &c.
(*b*) Deus eorum *&c.* & in excelsis *&c.* Attamen & quotidie indesinenter laudant *&c.* sicut in scripturis prædictum est.
(*c*) suo, quemadmodum alicubi de hominibus dictum est, ut *etc.* intelligere vobis licet *&c.*

9. Laudent nomen Domini:
10. Quia ipſe dixit, & facta ſunt:
11. Ipſe mandavit, & creata ſunt.
12. Statuit ea in æternum,
13. Et in ſæculum ſæculi:
14. Præceptum poſuit, & non præteribit.
15. Laudate Dominum de terra:
16. Dracones, & omnes abyſſi.
17. Igois, grando, nix, cryſtallum, ſpiritus procellę,
18. Quę faciunt verbum ejus.
19. Montes & omnes colles:
20. Ligna fructifera & omnes cedri.
21. Beſtię & univerſa pecora:
22. Serpentes, & volucres pennatę.
23. Reges terræ & omnes populi:
24. Principes & omnes judices terræ.
25. Juvenes & virgines,
26. Senes cum junioribus,
27. Laudent nomen Domini:
28. Quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.
29. Confeſſio ejus ſuper terram & cælum,
30. Et exaltabit cornu populi ſui.
31. Hymnus omnibus Sanctis ejus,
32. Filiis Iſrael, populo appropinquanti ſibi.

Alleluja. Pſalm. CXLIX.

1. CAntate Domino canticum novum:
2. Laus ejus io Eccleſia Sanctorum.

3. Læ-

---

forte nunc invenies aquam quæ ſupra cælos eſt, * eſſe aquam Baptiſmi, quæ ſupra caput quidem invenitur cælorum, hoc eſt credentium, effuſa vero (*d*) ſuper ipſos. Nam ſicut aqua, quæ ſuper cælos eſt, ſubmerſit, & perdidit omnes Dei inimicos; ita aqua Baptiſmi inventa ſuper. ioquam caput credentium ſubmergit, & perdit contrarias poteſtates, quemadmodum in diluvio fecit adverſus iniquos aqua, quæ ſuper cælos eſt.

* ſignificate

10. (†) Ipſe enim dixit eos regenerandos eſſe per aquam, & Spiritum.
11. Ipſe enim præcipit Apoſtolis ſuis dicens: *euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, & ita renovati ſunt io Baptiſmo. (Matth. XXVIII. 19.)
12. 13. Manifeſta quidem ſunt, quæ ad ſenſum peoprium ſpectant; Prophetia autem earum rerum, de quibus nobis ſermo eſt, ſignificat, quod renati io Baptiſmo, Dominus conſtituit, ut vivant in æternum, quemadmodum in Euangelio dixit: *Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet.* (Joann. XXI. 23.)
14. Diem juſtæ retributionis.
15. 16. Poteſtates ioimici repentes ſuper terram contritæ ab ipſo, & nolentes confiteri æternæ divinitatis ejus auctoritatem, & virtutem clamantes: *ſine, quid nobis, & tibi Jeſu Chriſte Fili Dei, veniſti ante tempus perdere nos?* & tanquam Judicem futuri noleotes etiam confiteri ipſum, ut prædiximus. (Marc. I, 23. Luc. IV. 85.)
17. 18. Nimirum igni aſſimilati ſunt Sancti Apoſtoli comburentes contrarias poteſtates, quoniam ex igne, qui hæc omnia conſumit, conſtituti ſunt, & impleti ſunt, hoc eſt Spiritu Sancto. Similiter perinde ac grando ſunt iidem Apoſtoli, cadentes enim ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & omnem inimici poteſtatem conculcaverunt eos, eorumque potentiam: nix autem etiam ſunt propter cordis munditiem, & cryſtallum quoque ſunt propter eorum claritudinem, & fidei firmitatem: itaque ignis, grando, oix, cryſtallum ſignificant hoc loco Apoſtolos, quemadmodum demonſtratum eſt. Spiritum autem procellæ inveoies illum obtemperantem ei in fluctu maris, quando dicebant Apoſtoli: *quis eſt hic, quia & venti, & mare obediunt ei?* de quo etiam Propheta dixit in libro Pſalmorum: *& imperavit procellę, & ſtetis in aere, & ſiluerunt fluctus ejus.* Apoſtoli igitur ſimul & ventus erant tunc in idipſum; Apoſtoli quidem ſpectantes miraculum, ventus autem cedens verbo imperii, ideo ſubjicit de Apoſtolis, & ſpiritu tempeſtatis: *quę faciunt verbum ejus.* (Matth. VIII. 27.) (Pſalm. CVI.)
19. 20. Sublimes præceptis, & humiles corde facientes fructum juſtitiæ, & incorrupti permanentes.
21. In eremis viventes, & manſueti corde.
22. Corpora, & animæ Sanctorum.
23. Epiſcopi, & omnes populi credentes.
24. Presbyteri, & qui mundo renunciarunt.
25. Qui malo reſiſtunt, & mundi ſunt corde.
26. Qui ante ſperaverunt in Chriſto, & cognitione perfecta aguntur, & florent in fide.
27. Unanimiter omnes uno ore, & uno corde laudabunt nomen Domini.
28. Quoniam nomen ejus demonſtratum eſt omnium dominans.
29. Nam & in terra exiſtentes peccata noſtra ipſi confitemur, & rurſus in cælo omnes nos oportet ſtare aote tribunal ipſius Chriſti, quemadmodum dixit Apoſtolus. (ad Hebr. X. 14.)
30. Et regnum populi efficiet ſempiternum.
31. Laus omnibus Sanctis.
32. Filiis Sanctorum Apoſtolorum videntium eum mente; ita enim interpretatur *Iſrael*, *vir videns Deum.*

Titulus præpoſitus continet: *Alleluja*, quod interpretatur *laudate, hymnum dicite Deo vero.*

1. Hymoum mundum emittite Domino: aliter etiam hic verſiculus intelligi poteſt, ſcilicet Hymnum gloriæ dicite Domino de Paſſione ejus, quem nulla dixit præteritarum generationum niſi ſolum nos, qui vidimus, & audivimus Deum.
2. Laus enim ejus dicitur in Eccleſia Sanctorum, hoc eſt in congregatione Sanctorum. Veruntamen aliter etiam interpretari poteſt idem verſus: Nempe, laus ejus in cordibus, & in membris Sanctorum: vos enim inquit Apoſtolus: *Templum Dei eſtis*; & rurſus: *An neſcitis, quoniam corpora veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo.* (I. Corinth. III. 16.) (II. ad Corinth. VI. 16.) (I. Corinth. VI. 19.)

3. Læ-

(*d*) vero rurſus ſuper ipſos, ſicut aqua, quæ &c. ita & aquam Baptiſmi comperimus, quæ ſuper Cęlos eſt, ſuper caput, inquam, credentium, ſubmergere & perdere &c.

(†) *Comment. a verſ. 10. uſque ad finem deſideratur una cum verſiculis Pſalmi, qui alternatim cum Interpretatione, quæ interlinearis eſt, ſeu ſingulis Pſalmorum verſiculis interpoſita, ſcripti ſunt. Integra enim pagina deeſt in Codice. Sequens autem pagina incipit ab his verbis Commentarii, ſeu Interpretationis verſiculi quinti Pſalmi ſequentis* CXLIX.

3. Lætetur Israel in eo, qui fecit eum,
4. Et filii Sion exultent in Rege suo.
5. Laudent nomen ejus in choro,
6. In tympano & psalterio psallant ei.
7. Quia beneplacitum est Domino in populo suo,
8. Et exaltabit mansuetos in salutem.
9. Exsultabunt Sancti in gloria:
10. Et lætabuntur in cubilibus suis.
11. Exaltationes * Dei in gutture eorum, * Exaltatio &c.
12. Et gladii ancipites in manibus eorum.
13. Ad faciendam vindictam in nationibus,
14. Increpationes in populis.
15. Ad alligandos reges eorum in compedibus,
16. Et nobiles eorum in manicis ferreis.

Tom. III.

17. Ut faciant in eis judicium conscriptum:
18. Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Alleluja Psalm. CL.

1. Laudate Dominum in Sanctis ejus:
2. Laudate eum in firmamento virtutis ejus.
3. Laudate eum in virtutibus ejus:
4. Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.
5. Laudate eum in sono tubæ:
6. Laudate eum in psalterio & cithara.
7. Laudate eum in tympano & choro:
8. Laudate eum in chordis & organo.

Oo 9. Lau-

---

3. Lætetur populus mente illuminatus in Domino, qui fecit eum, & ab initio, & in Baptismo: *Israel* enim interpretatur, ut sæpius diximus, *mens videns Deum*.
4. Et filii cælestis civitatis Hierusalem exultent in Domino Jesu ipsorum Rege: *Sion* enim interpretatur *locus, ubi Tabernaculum*.
5. Laudent eum in toto corde, & in totis membris suis; quemadmodum enim chorus componitur a diversis (*a*) hominibus, ita etiam membra composita sunt in homine: in toto igitur corpore, & corde laudate eum per bona opera.
6. Et mortificantes se ipsos, & repleti Spiritu Sancto glorificabunt eum.
7. Quia voluntas ejus in ipsis est.
8. Et glorificabit obedientes in præceptis suis in vitam æternam.
9. Gloriabuntur Apostoli in ipso Domino & in Cruce ipsius, quemadmodum dicit Apostolus: *qui autem gloriatur in Domino glorietur*; &: *mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini Nostri Jesu Christi*. 1. Corinth. v. 31. ad Galat. vi. 14.
10. Et exultabunt in æternis requietibus.
11. Prædicationem divinæ Passionis inclamabunt.
12. Veteris, & novi Testamenti sensus in cordibus eorum. Attamen etiam aliter (*b*) intelligitur: scilicet, dona Sancti Spiritus in manibus eorum; quotquot enim opus habentibus imponebant manus, dabant ipsis Spiritum Sanctum, & quot infirmis manus imponebant, sanabant eos. Ægritudines enim, hoc est contrarias potestates mortificabant virtute Sancti Spiritus.
13. Ad liberandas gentes a contrariis potestatibus, quæ antea in ipsas dominabantur.
14. Ad redarguendam in populis (*c*) audaciam, qua contra Deum usi sunt.
15. Ad alligandos dæmones regnantes in illis per peccatum.
16. Principatus (*d*), & potestates inimici vinculis æternis sub caliginem tradiderunt, ut custodirentur in diem Judicii. Jud. ep. 6.
17. 18. Ut faciant (*e*) vindictam in populis, & gentibus.

(*a*) *Pag. 236. in Cod. ut dixi, incipit ab illis verbis Comm. vers.* 5. a diversis singularibus hominibus in orbem dispositis, ita &c. corpore, ut antea diximus, & &c.
(*b*) Intelligendum est: scilicet &c. Ægritudines enim dispellebant ab eis: creantes autem ægritudines, hoc est, contrarias &c.
(*c*) In populis Judæorum &c.
(*d*) Et principatus &c. caliginem tradidit, ut &c.
(*e*) Ut facerent &c. gentibus contra adversarias potestates.

Interpretatio, seu expositio ultimi Psalmi deest in Codice Barberino (*)

Psalm. CL.

Titulus præpositus cinnabari scriptus continet: *Alleluja*, ut antea dixi, & iterum dico: *laudate, hymnis celebrate Deum, qui est*.

1. Laudate Deum in Sanctis ejus:

Laudate Deum in Sanctis ejus, & in sanctis præceptis ejus.

2. Laudate eum in firmamento virtutis ejus.

In fide caritatis ejus.

3. Laudate eum in virtutibus ejus:

In passionibus ejus.

4. Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Cum invincibilis sit.

5. Laudate eum in sono tubæ.

In prædicatione ejus.

6. Laudate eum in psalterio & cithara.

In gratia Spiritus Sancti laudantes eum in corde, & lingua, & labiis vestris.

7. Laudate eum in tympano & choro.

Mortificatione totius corporis vestri laudate eum.

8. Laudate eum in chordis & organo.

Chordæ, ut puto, nervi sunt in se ipsis quidem mortui, & colligati in quodam ligno, moti autem ab aliquo perito artifice vocem efficiunt: Organum autem fistulæ compactæ sunt,

9. Laudate eum in cymbalis benesonantibus:

10. Laudate eum in cymbalis jubilationis.

11. Omnis spiritus laudet Dominum.

sunt, & invicem harmoniam emittunt spiritu inflatæ, cum habent, qui eas ad id moveant. Laudate igitur eum in præceptis subtilibus, & validis, & illigatis mortificationi corporis, & in caritate, quæ efficitur a Spiritu Sancto, & tradita ex hoc in illud, & implens omnia simul præcepta, & ab omnibus audita, si adsit, velut organi vox.

9. Laudate eum in cymbalis benesonantibus:

Laudate eum in labiis corporis vestri.


10. Laudate eum in cymbalis jubilationis.

Et in gemitibus inenarrabilibus mentis vestræ.

11. Omnis spiritus laudet Dominum.

Psallite spiritu, psallite & mente, hoc est glorificate Deum & anima, & corpore vestro.

F I N I S.





Pag. 282. post n. 16. hæc adde ex Cod. Barb. desumpta, & fortuito omissa. Pertinent illa ad Interpretationem n. 9. 10.

Versiculus autem, in quo est hoc signum limnisci * sub duobus ŌB ad septuagiata duos interpretes pertinet, & per particulam, quæ post versiculum est, indicat; per duas autem punctiones sive puncta † duo juga septuaginta duorum interpretum significat.

Notet sibi unusquisque, vel jacentem lineam, vel signa radiantia, idest, obelos ÷ vel asteriscos .※. & ubicumque viderit virgulam ÷ præcedentem ab ea usque ad duo puncta, quæ impressimus, sciat in septuaginta translatoribus plus haberi. Ubi autem stellæ similitudinem perspexerit, de Hebræis voluminibus additum noverit, æque usque ad duo puncta, juxta Theodotionis dumtaxat editionem, qui simplicitate sermonis a septuaginta Interpretibus non discordat. Præfat. S. Hieron. ad Paul. & Eustoch. in Psalt. &c.

* super duo sigle *V. Const. Just. ad Ant. ec.* † duo sigla, seu notas compendiarias